de cōse. di. ij. in xp̄o patre. Ad quod ꝑtinet il-
lud. Uerbū caro factū est ⁊c. Hoc sacramen-
tum designat̄ in matrimonio carnali ꝑ cōiun
ctionem corpoꝝ cōsumato: nō ꝙ ipsa cōiun-
ctio in qua spūs sanct⁹ nō adest illd̄ designet:
sed per ip̄m actū cōsumatū significatur. Ter
tium sacramentū est ecclesie vnitas ex oībus
gentibus collecta: ⁊ vni viro. s. xp̄o subiecta.
xxvi. di. acuti⁹. Hoc sacramentū significat̄ in
eo qui vnicam tm̄ ⁊ virginē habuit vxorē fa-
cto postmoduz clerico ⁊ ordinato. Ubi vero
quis ad bigamiā siue ad secūdum matrimo-
niuz transit: iam ab vnitate recedit: qꝛ carnez
suā in plures diuidit. ⁊ sic hui⁹ tertij sacramē-
ti signatio in eo nō cadit: quare ꝓmoueri nō
pōt: naz ꝓmotus vnitatē significare nō pōt.
Preterea ꝑ scd̄m matrimoniū recedit a prio
ris cōiunctiōe matrimonij. Ecclesie vero ex
quo xp̄o se ꝯiunxit nūq̄ ab eo discessit: nec ab
ea xp̄us. Bigam⁹ ergo talē vnitatē significa
re nō pōt. Unde merito ꝓpter hui⁹ sacramen
ti defectū ꝓmoueri nō pōt. extra de se. nup. c.
i. ⁊. c. vir: ⁊. xxxi. q. i. de his. ¶ Illd̄ etiā nota ꝙ
sicut statutū est in cōcilio cartha. xxv. di. spō-
sus. ⁊. xxiij. di. sponsa. Sponsus ⁊ spōsa bene
dicendi a parentib⁹ vel a paranymphis offe-
rantur ecclesie sacerdoti. Accepta aūt bene-
dictione eadē nocte ꝓ reuerētia bn̄dictionis
in virginitate ꝑmaneant. Ceterū nuptie be-
nedicende sunt a sacerdote cū ꝑcibus ⁊ obla
tionibus ex institutione Euaristi pape. xxx.
q. v. c. i. Uerūtamē vir ⁊ mulier ad bigamiaz
transiens matrimoniū cōtrahēdo nō debet a

presbytero benedicti. extra d̄ se. nup. c. i. ⁊ c. vij. xxxi. q. i. de his q̄. q2 cuz alia vice benedicti sint: eorum benedictio iterari nō debet. Non ergo debent nuptie benedici. nisi vbi virgo cū virgine contrahit propter rationez que ponitur in prohemio secunde partis: imo presbyter qui benedictionē cum secunda vxore celebrauerit officio ⁊ bñficio suspēsus ē ad sedez apostolicam mittendus: quod quidam ad exhortationez continentie noscitur introductū Scd̄z quorūdaz locoruz consuetudinē si q̄s contrahat cuz secunda virgine benedictio iteratur: ⁊ hoc si dominus papa sciat ⁊ tolleret alioquin non valet. Dicunt etiam quidam q̄ si aliqui virgines contrahentes nō fuerint benedicti: facti bigami iteruz contrahendo poterunt benedici: sed ⁊ si contrahentes fuerint benedicti: licet se non cognouerint carnaliter non ideo iteruz contrahentes benedicentur. De benedictione virginum dicetur in prohemio secunde partis. ¶ Notandum autem est q̄ vnum sacramentum dignius est alio quattuor modis. s. ratione efficacie: vt baptismꝰ. ratione sanctitatis: vt eucharistia. de cōse. di. ij. nihil. ratione significationis: vt coniugiuz quidam tamen non approbant istum modū ⁊ ratione conferētis vt confirmatio ⁊ ordo. ¶ Sed queritur quare instituta sunt sacramēta: quia sine illis potuisset deus humano generi vitam eternam ⁊ gratiā donasse. Respōsio. propter tria. Primo propter humiliationem vt dum hō ex dei precepto se rebꝰ insensibilibꝰ ⁊ se inferiobꝰ reuerēter subijcit: ex hac obedientia magis apud deū meretur. Secūdo ꝓpter eruditionē: vt per id qd̄ foris in spē visibili cernitur: ad inuisibilem v̄tutez que interius est agnoscendā mens erudiatur. Tertio ꝑꝑ exercitationē: q2 cū homo ociosus esse nō debeat: preponitur ei vtilis ⁊ salubris exercitatio in sacramentis quavanā ⁊ noxiā declinet occupatōez. Juxta illd̄. Semꝑ aliq̄d boni operis facito vt diabolus inueniat te occupatum. de conse. di. v. nūq̄. non ergo debent omitti prout in p̄cedenti ti. dictum est.

¶ Incipit liber secundus de ministris ⁊ ordinibus ecclesiasticis ⁊ de eorum officijs.



In hac secūda parte de ministris et ordinibus ecclesiasticis eorꝝ q3 officijs tractare p̄uidimꝰ: p̄mittētes q̄ tres sunt secte famose: vid̄ licet gentiliuz: hebreorū: ⁊ christianorū. Prima ē erroris. Secunda veritatis. Tertia veritatis ⁊ salutis. In prima naufragamur. In scd̄a a periculo eripimur. In tertia saluamur. Prima secta dicitur a secādo: quia secat idest separat nos a deo. Secunda ⁊ tertia a sectando ⁊ tenendo: quoniam illuminant saluant ⁊ liberant. Christianorum persone tam seculares q̄ ecclesiastici de alijs duabus sectis sumpte sunt hebrea videlicet ⁊ gentili. Sicut enim apud nos duo sunt genera personarū. s. laicales ⁊ ecclesiastice. xij. q. i. duo. sic et apud gentiles ⁊ hebreos. Apud gentiles quidem seculares persone erant hee: monarchas. s. imperator romanus. patritij qui ⁊ senatores dicebātur ad quorum arbitriū vniuersa ordinabantur: reges: duces: comites: presides: prefecti: suffecti: tribuni militū: tribuni plebis: pretores centuriones: decuriones: quaterniones duū viri: questores: ediles: ⁊ aule ianitores. Int̄ poetas vero erant aduocati: carminum relatores: carminum scriptores comedi: tragedi ⁊ hystoriographi. Uates autē quia vi mētis dictus est: modo sacerdotem: modo prophetam: modo poetā significat s̄m isidoruz. In ritu templorum erant apud gentiles: archiflamines: prothoflamines: flamines: ⁊ sacerdotes: vt iam dicetur. Erāt quoq3 apud eos virorū ⁊ mulieruz religiosi conuetus. Apud hebreos quoq3 eadem erat diuersitas personarum. alie namq3 erant seculares: alie diuino cultui: vz in templo dedicate. In templo erant summus sacerdos: vt melchisedech: minores sacerdotes: leuite: nathinei: luminū extinctores: exorciste ianitores ⁊ edititij seu cātores. Super populum vero regenduz erat

dux populi Moyses: ⁊ sub eo quos ipse constituerat ad consiliū Jetro soceri sui: erant ēt ciliarche: ⁊ acontarche: penthacontarche: et decacontarche id ē millenarij centenarij quīquagenarij: ⁊ decani. Cilios .n. interpretatur mille: ⁊ archos princes. inde ciliarcha .i. princeps supermille. eta cētū: inde etacentarcha qui super cētū potestatē habebat. Pēthacōtarchus dicitur qui preest quīquaginta. pentha .n. quinqꝫ sonat. Decan⁹ qui decē deca .n. decē sonat. Apud xp̄ianos quoqꝫ sil'is diuer uersitas reperitur. ¶ Et nota ꝙ christiani a xp̄o dicti sunt. Christus vero a crismate: de quo dictuꝫ est in parte prima sub ti. de conse. ¶ Nomē christianorū primum in antiochia inuentū est. Antea eīꝫ oēs vocabāt̄ discipuli vel fratres donec apostoli in anthiochia concilium fecerunt .ij. q. iij. ad mensam. Et dicūt̄ christiani orthodoxi .i. recte gloriantes: et vt credunt viuētes. naꝫ orthos grece dr̄ recte latine ⁊ doxa gloria. Dicitur ergo christ⁹ a crismate quasi vnctus. Ipse autem vnctus est et̄ naliter a deo pre cōsortibus suis: prout legitur in actibus apostolorum: ⁊ hoc nomen est oleum effusum. hinc est ꝙ in veteri testamento sacerdotes ⁊ reges christi nūcupabantur: quia vncti erant vnctione temporali. Juxta illud. Nolite tangere christos meos: hoc aūt nomen xp̄s non est proprium nomē saluatoris: sꝫ est cōmunis nūcupatio potestatis .ē. n. cōe nomē dignitatis. Sed hoc nomē Jesus ꝓpriū ē vocabulū ꝑsone saluatoris q̄ ab āgelo Gabrieli in ꝯceptōe vocat⁹ ē euāgelista testante. Vocabis inq̄t nomē ei⁹ iesuꝫ: ⁊ ab hominibus in circūsitione. ¶ Et nota ꝙ iesus hebraice dr̄ messias. grece xp̄s: vel sother: vel sophir. latine vnctus: vt p̄missuꝫ est: vel saluator: eo ꝙ ipse saluū faciet populū suū a peccatis eorū. Potestatē .n. habet dimittendi peccata sicut ipse dicit: vel saluatoris qꝛ ipse nobis salutē dedit. Si .n. p̄cepta ei⁹ ꝟuauerim⁹ vitā et̄nā possidebim⁹. Hoc aūt nomē Jesus porphiri⁹ ph̄s greca ⁊ latina līgua ꝑitus scribebat latine iesus. grece vero ꝑ. h. quaꝫ greci ꝓ .i. longa sonāt. Unde ⁊ quidā ꝓferūt gysus: latini vero ꝑ .e. logā. Rect⁹ ergo videt̄ sic esse pingendum ꝟbs ꝑ grecā abbreuiatiouē q̄ Hiesus per latinam aspirationeꝫ. Sed ⁊ hoc nomen christus cum sit grecū: greca scribitur abbreuiatione sic. xp̄s. Nam greci ponunt .x. pro chi. p. vero pro .r. ⁊ .c. ꝓ .s. Si autem scribit̄ per .s. a latīa termīatione finitur ergo si lōga scemate scribitur: sic per aspirationem pingatur christus. ¶ Circa nomina autem christi notandum est ꝙ quedam ex ipsis dicuntur de christo relatiue seu quasi relatiue: vt pastor: sponsus ⁊ mediator: quedā nō relatiue vt hō: q̄dā trāsitiue: vt agn⁹: ouis: vitul⁹: serpēs: aries: leo: v̄mis: ⁊ q̄dā cū sint institutōe relatiua: sunt eñ p̄rogatiua p̄uilegij appropata vt xp̄s. Hiesus aūt ē ꝓp̄e ꝓp̄ium nomē ei⁹ vt p̄missum ē: vocat̄ ēt xp̄s alpha ⁊ o .i. p̄ncipiū ⁊ finis: ⁊ hebraice ē manuel. q̄d ē nobiscum deus interpretatū. Nobiscum eniꝫ est per presentiā maiestatis: per participationem veritatis: ⁊ per vinculū charitatis: ⁊ per adimpletionē veritatis. Vocatur p̄terea via veritas ⁊ vita. Joānis .xiiij. Via in exemplo vel precepto: veritas in promisso: vita in premio. Sabaoth vero id est de⁹ exercituū. adonay quod ē domine: athanathos id ē immortalis. Kyrios id est domin⁹. Theos. id ē de⁹ Pāthograthon id ē pater disponēs vel ꝑfectōs. Homoyson id est vnius essentie. Noīa sunt dei nō tm̄ persone christi. de conse. di. ij. ego Vocatur ꝓpterea christus ꝟm Jsaiam admirabilis cōsiliarius deus fortis: pater futuri seculi: prīceps pacis. Admirabilis ī īcarnatione. Conciliari⁹ in integra rerꝫ cognitōe. deus ī rerꝫ creatiōe: fortis in rerū dispositiōe: pater futuri seculi in meritoruꝫ retributione: princeps pacis dicit̄. vel qꝛ fuit mediator dei ⁊ hominum vel etiā hominum ⁊ angelorum vel qꝛ confert illis pacem que exuperat oēm sensum cui⁹ pacis non erit finis: vocatur etiā christus ineffabili nomine tethagrāmatō .i. quattuor litterraꝝ que sunt: ioth: hee: vau: heth. que sunt apud nos .i. e. v. he. est ergo nomen iehue quod dicitur ineffabile: nō quia nō valeat fari: sed quia non est deus hoc nomine nisi in arduis inuocandus: vel quia eius sententia sufficienter nequeat explicari. Cui⁹ interpretatio est talis. ioth principium. he iste. vau passionis: heth vite: quasi iste est princi-

pium vite passionis. Genitivus more greco rum ponit pro ablativo passionis p passione idest p passione. Quomodo aũt vita nostra ab ipsius morte dependeat nõ possum? intue ri. De hoc dicetur in tertia parte sub titulo de indumẽtis legalibus. Hoc autẽ nomẽ deus appropriatur patri t filio et spiritui sancto: put in simbolo athanasij legit. Quãuis etiã quãdoq; ad alias psonas extendatur. Juxta illud. Dis nõ detrabes. extra de bere. cũ ex in iuncto. ij. q. i. ex sacerdotib⁹. Et alibi. Appli ca illũ ad deos. Et apostolus. Nam tsi sunt qui dicãtur dij siue in celo siue in terra nobis tantũ vnus deus pater: ex quo oĩa. t idẽ. Si nostrũ euãgeliũ est opertũ: in bis qui pereũt est opertuz in quibus de⁹ huius seculi excecauit mẽtes infideliũ. ¶ Rursus Jesus dict⁹ est nazarenus a quodaz vico galilee: deus dict⁹ est ꝓpter vnicã cũ patre substantiã: dominus ño dicit ꝓpt seruientẽ creaturã. de⁹ t homo dicitur: quia verbũ t caro. verbũ dicit: q; pa ter p eum oĩa cõdidit siue iussit. imago dicit ꝓpter parẽ similitudinẽ patris. ¶ Siquidẽ apud xpianos seculares psone laici dicũtur. laos em grece dicit populus latine. Clerica les sunt q; in ecclesia deseruũt: vel ipaz regũt: a cleros quod est sors put iam dicet. Ille au tem subdiuidũtur in monachos: id est in sin gulariter degentes. xvi. q. i. si cupis. Mã mo nos grece dicit singularis latine: t alios reli giosos. Sunt autez quattuor genera mona chorum: alij sunt cenobite: q; videlicet in cõmuni monasterij regula t vita obediẽtie maior de seruiunt. alij sunt anachorite: qui videlicet edi ficant solitudines. t q; uis in cõmuni vita po siti: priuate tñ cõtemplation vacant. alij sunt heremite: qui videlicet solitarie in desertis de gunt. alij sunt gyrouagi. id est vagabũdi t cir cumcelliones. xvij. q. v. c. i. ¶ Religio vero dicta est: quia per eaz vni deo religamur ad di uinuz cultũ vinculo seruiendi: t in clericos se culares qui vsurpato nomine seculares dicũ tur. extra de offi. ordi. licet. ad differentiaz re gularium qui ꝓpio carent: quod nõ ptingit in istis. Maz t sm augustinũ. ij. q. i. legi. Bo nus monachus vir bonũ clericũ facit. ¶ Sz ecclesiasticarum personarum duo sunt gene ra. Nam aliud est dignitatis. aliud ordinis. Dignitatis vt papa: patriarcha: primas: ar chiepiscopus siue metropolitanus: quod idẽ est: episcopus. archidyaconus: t archipresby ter: t prepositus. Quãuis omẽs qui presint prepositi generaliter rite vocentur. extra de verboz significatione. q̃uis. In choro vero persone sunt decanus: subdecanus: cantor siue precentor: succentor: t besaurarius siue sa crista: archiacola: t huiusmodi. Dignitates autez vt t ordines a lege originẽ t exemplũ traxerunt. Juxta illud. Constitues eos pin cipes super omnẽ terrã. quãq; quidã dicunt dignitates a gentilitate sumpsisse initiũ. Or dinis autẽ persone sunt sacerdos: dyaconus t ceteri quos inferius psequimur. ¶ Qualiter a veteri ritu tam gentiliuz q; hebreorum ad cultum presentis ecclesie translatio perso naruz facta sit: t qualiter ab illis psone digni tatum in ecclesia originem habuerunt breui ter videamus. t quidez domin⁹ papa qui pa ter vel custos patrum est vicem gerit summi pontificis. Romanus imperator monarche similitudinem gerit. Senatoria t patricioꝝ dignitas manet in ecclesia in quattuor patri archis. t in ecclesia romana in cardinalibus. lxxvi. di. cõstantinus. Primates qui trib⁹ ar chiepiscopis preesse habent regẽ expannunt qui tribus ducibus preest. Metropolitani seu archiepiscopi ducibus comparantur: qui pluribus comitibus presunt: sicut illi plurib⁹ episcopis. Pelagius tñ papa dicit. vi. q. iij. scitote. q; vna puincia habet regem t metro politanum. Episcopi comitum similitudinez gerunt. Coepiscopi quoz potestas sublata est. lxvij. di. q̃uis. t ca. coepiscopi. presidum t prefectoz. Prepositi vero tribunos militũ imitantur. Archipresbyteri tribunos plebis: cancellarij: pretores: archidyaconi: centurio nes: decani: decuriones: presbyteri: curati: ad uocatos. ¶ Persone quoq; ordinuz ab illis originem habuerũt. nam presbyteri vices ge runt edilium: dyaconi quaternionum: subdya coni duum viroz: exorciste questores imitan tur: ostiarij aule ianitores: lectores: carminũ relatores: accoliti carminuz scriptores. Sa ne episcopalis ordo sm isidorum. xxi. dist. cle

ros.quadripartit⁹ est videlicet in patriarchis archiepis;metropolitanis atq; episcopis.Apostolica autez fides sicut ait Anacletus papa.xxij.dist.sacro.caput ⁊ cardo est aliarum: quoniam sicut ostium cardine regitur:sic illi⁹ auctoritate omnes ecclesie reguntur.et inde dicti sunt cardinales: per quod tota ecclesia sicut ostium per cardinem gubernatur.Illi⁹ autem prelatus papa:id est pater patruz vocatur:⁊ vniuersalis:q; vniuerse ecclesie p̄ncipatur:⁊ apostolicus:quia principis apostolorum vice fungitur:⁊ summ⁹ pontifex: quia caput est omniū pontificum:a quo illi tanq̄ a capite membra descendunt:⁊ de cuius plenitudine omnes accipiunt: quos ipse vocat in partem sollicitudinis:nō in plenitudinem potestatis.extra de vsu pal.ad honorez.Hic est melchisedech cuius sacerdotium non est ceteris comparatum.Patriarcha vero greca lingua summus patrum interp̄etatur:quia primuz.i.apostolicum retinet locum.xxi.distinc. cleros.⁊ ideo quia summo honore fungit talī nomine censetur:sicut romanus cōstantinopolitanus:antiochenus:alexandrinus: hierosolimitanus.Dicitur etiam patriarcha quasi pater archę.i.ecclesie:vel pater patrum p̄nceps.Archos.n.grece p̄nceps interp̄etat latine.Hic est moyses qui aaron in pontificē oleo consecrauit.Archiepiscopus greco vocabulo dicitur eo q̄ sit summus seu p̄nceps episcopoz.Tenet etiā vicem apostolicam:et p̄sidet tam metropolitanis q̄ ceteris epis.Metropolitani seu metropolite a mensura ciuitatum vocantur.Singulis.n.prouincijs p̄eminent:quoz auctoritati ⁊ doctrine ceteri sacerdotes subiecti sunt: sine quibus nihil reliqs episcopis agere licet.Sollicitudo.n. totius p̄uincie ei cōmissa est.Unde pelagi⁹ papa ait.v.q.iij.scitote.Scitote certam esse prouinciaz que habet decem aut vndecim ciuitates ⁊ vnuz regem:⁊ totidem nunores potestates sub se:⁊ vnuz metropolitanuz alioq; suffraganeos decem vel vndecim iudices episcopos.Ad quoz iudicium omnes cause episcopoz ⁊ reliquoz sacerdotum ac ciuitatum referantur.Omnes autem superius designati ordines episcopoz ⁊ superioz vno demq; vocabulo episcopi nominant.Sed priuato nomīe quidam vtūtur p̄pter distinctionem potestatum quam singulariter acceperunt.Episcopatus vocabulum vnde dictū sit sub ti.de episcopo dicet.Porro fm Anacletuz papā.xcix.di.p̄uincie.Primates ⁊ patriarche diuersoz nominuz:sed eiusdē forme atq; officij sunt.Et ideo quidam primates vsurpāt sibi nomen patriarche:vt aquilegen.⁊ graden.Primatia autez dicta est a p̄mittēdis cōuersionis ad fidē.¶ In concilio q̄z aphricano eadē dist.prima.statutū est ne prime sedis episcopus p̄nceps sacerdotū aut summus sacerdos aut aliquid huiusmodi: sz tm̄ prime sedis episcopus appelletur.Pelagius etiam papa statuit eadem di. nullus.vt nullus patriarcharum,vniuersalitatis vocabulo vnq̄ vtatur:nec aliquis in suis epistolis vniuersalem nominet illū:q; si vnus patriarcha vniuersalis dicitur patriarcharū nomen ceteris derogatur ⁊ subtrahitur.Ad hoc sum morum pontificum p̄sulum atq; reliquoz sacerdotū institutio in veteri testamento sumpsit exordium:⁊ in nouo est plenius consummata.xxi.distinc.§.i.Summu nanq; atq; minores sacerdotes a deo per moysen instituti sūt vt perpetuus esset cultus tabernaculi p̄ successores eoruz a filijs israel.ecto.xxvij.Dauid autē ministeria domus dei amplians ianitores instituit ⁊ cantores.Salomō exorcistas inuenit sicut sub titulo de sacerdote dicetur. Nec omnia ecclesia in nouo testamento imitata est vt iam dictum est.Habet etiā ianitores quos hostiarios appellamus:pro cantoribus vero lectores simul ⁊ cātores instituit: exorcistas etiaz nomīe ⁊ officio antiquo manente recepit p̄ filijs aaron.Oēs infra summuz pontificē sacerdotiuz administrātes cōsecrati sunt:inter quos quedam discretio est exorta:vt alij appellentur simpliciter sacerdotes:alij archip̄resbyteri:alij episcopi:alij archiepiscopi seu metropoliti:alij p̄mates:alij patriarche:alij summi pōtifices:vt p̄missuz est. que discretio maxime a gentibus introducta est qui suos flamines:alios simpliciter flamines:alios archiflamines:alios protoboflamines;id est primates appellabant.bi in capite

pileum habebant in quo erat breuis virga q̃ a carnibus sacrificioꝝ aues arcebant. Pileū autem ipsum desuper aliquid lane habebat ꝙ cum per estum ferre non possent filum tantum in capite ferre ceperunt. vnde a filio quo vtebantur flamines dicti sunt qua filaminea. Verum festiuis diebus filo deposito pro sacerdotij eminentia pileum imponebāt. Maiorum quoꝙ t minorum sacerdotū discretio in nouo testamēto ab ipso christo sumpsit exordium qui apostolos pro maioribus: discipulos pro minoribus sacerdotibus instituit. Petrū vero in summū sacerdotē elegit. Apostoli etiam eandez formaz secuti in singulis ciuitatib⁹ episcopos t pb̄yteros ordinauerunt, put sub titulo de sacerdote dicet. Leuitas vero ab apostolis legim⁹ ordinatos. Unde Cypria⁹ ait. xciij. di. domin⁹. Deminisse debent dyacon quoniā episcopos t ꝓpositos domin⁹ elegit. Dyaconos aūt post ascensionē domini in celum apostoli sibi constituerunt: subdyaconos t accolitos tēpore precedente ecclesia sibi cōstituit. Et sic canon Clemētis pape testat. lxxi. di. in quibus. Beatus petr⁹ episcopos ꝓmates vl̄ patriarchas in illis ciuitatibus poni precepit in quibus olim apud etbnicos siue gentiles erant flamines eoruz atq̃ prime legisdoctores. In q̃b⁹ vero olim apud eos erant eorum archiflamines: quos minores reputabāt q̃ dictos priates eorum archiepiscopos instituu precepit: t in singulis reliquis ciuitatib⁹ singulos episcopos. Anacletus quoq̃ papa eadem dist. episcopi. instituit pres byteros per castella t villas poni t ordinari. Ceterū in Leuiti. legitur voce supna ad Moysen dictū eē. Loqre ad aaron. homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam nō offerat panes deo suo: nec accedat ad ministerū eius si cecus fuerit: si claudus: si paruo vel grandi vel torto naso: si fracto pede: si manebus: si gibbus: si lippus: si albuginem habens in oculo: si iugē scabiem: si impetiginem in corpore: si ponderosus: si lāguidus: quia indignū est dare deo quod dedignatur homo. lxi. di. hinc t enim. t. c. sequenti in quo istruitur quales a clericatu sint repellendi. Dicuntur aūtē clerici a cleros grece quod est sors seu hereditas latine. quasi sint de sorte domini: vl̄ quasi dominus eorum sors sit. Juxta illud prophete. Dominus pars hereditatis mee tc. xij. q. i. clericus t. ca. qui. extra. de preben. cuz secundum. Ex quo patet ꝙ nibil extra deum b̄abere debent sed solum decimas primitias t oblationes: q̃ sunt hereditates domini: accipiāt: siue quasi sint sorte electi. In veteri. namq̃ testamento t apud gentiles t clerici t sacerdotes sorte t liberis eligebantur: t in nouo testamēto Mathias sorte electus est. Primus autem clericus factus est petr⁹. Jginus papa decimus a beato petro ꝓposuit clerū t distribuit gradus. ¶ Circa coronā clericorum tria attendēda sunt. s. capitis abrasio: capillorū detruncatio: t forme circulatio. Ad capitis abrasiōez tria sequūt. s. mūdicie ꝓseruatio: fōrmatio: t ōmudatio. Mūdicie ꝓseruatō: q: ex capillis sordes in capite aggregātur. Deformatio: q: capilli ad ornatū sunt: significat ergo tōsi ra mūdā t nō formabilē vitā. i. ꝙ clerici debent b̄abere mundiciā mentis interius t non formabilē vitā. i. non exq̃situm habitū exterius: in Dionysium in ecclesiastica hierarchia. Rasura quoq̃ t tonsura capillorum est depositio oīm tpalium. Clerici. n. victu t vestitu ꝓtenti oia cōmunia habere debēt. xij. q. i. cleric⁹. t. c. dilectissimis. Unde contra apostolum. Coma nō nutriāt sed caput desuper in modū spere radant. xxiij. di. ꝓbibite. Denudatio aūt ipsa supioris partis capitis nullus debere esse mediū inter nos t deū demōstrat vt reuelata facie gloriaz domini libere ꝓtemplemur. ¶ Rursus radimus caput relictis in ferius in modū corone capillis: q: caput mentez signat: capilli vero seculares cogitatōes. Sicut ergo caput mundat superi⁹a capillis ita mens nostra dū superiora. i. celestia cogitata secularibus cogitatōibus mūdari ōbet. sed pars inferior capillos babet: quia non est prohibitum aliquādo de secularibus cogitare sine quibus vita presens duci nō potest. 1. q. i. si quis obiecerit. ¶ Circa detruncationem capillorū notandū est: q: illa significat ꝙ clerici omnes superfluas cogitatōes debēt a mēte abscindere. ¶ Abtonso igitur capite t pa-

tentibus auribus incedere debent: ne capilli crescendo aures operiāt: ⁊ oculos impediāt. xxiij. di. non liceat. qm̄ ꝓuidenduz est ne secu lares cogitationes aures ⁊ mētis oculos im pediendo nos ad secularia trahant. vnde ca pillos super aures tondeamus vt quinqꝫ ca pitis sensus expeditos ad dei seruitiuz habe amus. ¶ Bene igitur ad ezechielem dicitur xliij. c. Sacerdotes caput suū nō radāt neqꝫ comā nutriāt: sꝫ tōdētes attōdeāt capita sua. Siq̄dē vt ait Breg. in pasto. li. ij. c. xviij. Ca pilli ī capite exteriores sunt cogitatōes ī mē te: q̄ dum super cerebꝝ insensibiliter oriuntur curas vite p̄ntis exprimunt: que qꝛ ex negli gentis sensu importune aliquādo prodeūt: q̄ si non nobis sentientibus procedūt. Quia er go sacerdotes qui sunt sacri fideliū duces so licitudines exteriores habere: nec tamen eis vehementer incumbere debent: recte caput radere ⁊ comaz prohibentur nutrire: vt cogi tatōes cordis de vita subditorū: nec a se fun ditus amputent: nec rursus ad crescendū ni mis relaxēt. Et bñ subdit. Tōdentes atton deāt capita sua vt vz. cure tp̄alis, sollicitudi nes ⁊ quantum necesse est prouideāt: ⁊ tamē rescindantur citius ne immoderatius excre scant. Dum ergo per administrationem exte rioꝝ prouidentia corporum vita protegitur: ⁊ rursum per moderatam cordis intentionez non impeditur: capilli in capite sacerdotis re seruantur: vt cutem cooperiant: ⁊ resecantur ne oculos claudant. ¶ Circa forme circula tionem seu coronam scienduz est ꝙ fit propt multa. Primo in signum ꝙ christus rex no ster seipsum in ara crucis oblaturus spineaz coronam portauit. Unde ⁊ nos qui per ean dem passionem saluari desideramus: domi nice passionis signum. i. formam spinee coro ne: quam ipse vt spinas peccatorum nostroꝝ auferret in passione portauit in capite: in ver ticibus nostris portamus: vt sicut ille pro no bis sic ⁊ nos ꝓ illo irrisiones ⁊ opprobria pa ratos esse libenter sufferre mōstremꝰ. ¶ Se cundo circulus capillorum: virtutem equa litatis vndiqꝫ rationi cōsentientem designat. tunc eniz temporales res bene cogitantur si cōueniant rationi. ¶ Tertio circularis figu ra fit: qꝛ hꝫ figura non habet principiū neqꝫ fi nem: ꝑ quod datur intelligi ꝙ clerici sunt mi nistri dei q̄ non habuit p̄ricipiū neqꝫ habebit finem. ¶ Quarto hec figura nullū habet an gulum: per quod significatur ꝙ clerici nō de bent habere sordem in vita. quoniam vbi an gulus ibi sordes: vt dicit Bernardus. Et ꝙ debent habere veritatē in doctrina: quoniam veritas angulos non amat. vt dicit Hiero nymus ¶ Quinto quia hec figura omniuz fi gurarum est pulcherrima. Unde in hac deus celestes creaturas fecit: per quod significat ꝙ clerici debent habere pulchritudinez inte rius in mente ⁊ exterius in ꝯuersatōe. ¶ Se xto quia hec figura est oīz simplicissima. Nā ꝑm Augustinuz nulla figura ex vna linea tm̄ ꝯsistit nisi sola circularis: que vnica linea clau dit: per quod significatur ꝙ clerici debēt ha bere simplicitatē columbinā. Iuxta illud. Et simplices sicut columbe. vi. q̄sti. i. ex merito. ¶ Septimo corona clericos esse specialiter regnū dei demonstrat. Ipsi nāqꝫ ꝑm Hiero. xij. q. i. duo sunt: reges ⁊ sacerdotes: idest re gales sacerdotes: ⁊ sunt reges. i. se ⁊ alios in virtutibus regentes: ⁊ ita in deo regnum ha bent. ¶ Sane rasura capitis clericorum fit sicut ait Beda in hystoria anglorum in me moriā eius: quia cū beatus petrus in anthio cia predicaret: abraserunt summitatē capitis eius in cōtumeliā nominis xp̄iani ⁊ dñice pas sionis: quod quidez hodie toti clero in hono rem traditur. Fuerunt tamen qui dicerent ꝙ tonsure ecclesiastice vsus a nazareis qui oīa veteris legis custodiunt exortus est. xxiiij. q. iij. v̄. nazarei. Hi eniz prius crine seruato de nuo post magne vite continentiā caput rade bant: ⁊ capillos in ignē sacrificij mittebāt: vt perfectionem deuotionis suo domino conse crarent: quoꝝ exēplo ab apostolis ītroductū est: vt ⁊ nazarei ac sancti dei crine pretōso in nouētur: q̄uis olim christiani a iudeis q̄si op probrium nazarei vocarētur pro eo ꝙ salua tor nr̄ a vico quodam galilee nazarenus ap pellatus est. Potest etiam dici ꝙ vsus tonsu re a lege occasionē traxit. Sacerdos nāqꝫ le gis tyarā idest pilleū ex bysso in modum me die spere ī capite: rex v̄o coronā gestabat. ꝑs

vero capitis rasa tyarā: circul⁹ criniū d̄signat coronā ad notandū q̄ instituit eos de⁹ gen⁹ electū in regalez sacerdotē. ¶ Rursus lex coronā quattuor digitorū super mēsaz ⁊ desup aureolam fieri iubeat. Ceteruz ad Ezechie. domin⁹ dicit. Sume gladiū acutum: ⁊ educ p caput tuū ⁊ barbā. longitudo namq̄ capillorum multitudinem significat peccatorum. Hinc igit̄ clerici barbas sibi radere informātur. Rasio nanq̄ pilorum barbe qui ex superfluis stomachi ꝓuenire dicunt̄ humorib⁹: designat q̄ vicia ⁊ peccata q̄ ī nobis superflua sunt: resecare d̄bemus. Radim⁹ eī barbas vt per innocentiā ⁊ hūilitatē puri videamur: ⁊ āgelis q̄ semp ī iuuenili etate florēt coeq̄mur. In ieiunijs tñ quandoq̄ capillos ctescere pmittimus: quia cogitationes que contra deum nō sunt: vt ecclesiā edificare: agrū colere: similia q̄ tempore abstinentie fieri solent: prohiberi nō debēt. Conciliū carthagiñ. statuit ex̄. de vi. ⁊ ho. cle. clerici. xxxiij. di. si q̄d. vt clerici neq̄ comā nutriant neq̄ barbaz. ¶ Ordinant̄ aūt clerici vt deo ꝟuiāt: nec de cetero seruiāt mūdo: nec glorie mundi. Debēt ergo offerre corpa sua hostiā viuentē sanctā deo placentē. Unde apl̄s ad romanos. Cōfundant̄ oēs q̄ gloriāt̄ in stultia. i. in gloria mūdi que non est vera gloria sed imago glorie. Quare autem ordinādis man⁹ imponat̄: dicet̄ in tractatu de dyacono. ¶ Ordinant̄ in q̄ttuor tēporibus: ideo qr sacerdotes ⁊ alij clerici locū in ecclesia obtinent: quē leuite in populo israel obtinuerunt: quos sicut in libro numerorū legit̄ dominus ꝓ primogeītis recepit ⁊ eos in egypto dum prīogenita egyptiorū interficerent̄ custodiuit. primogenita vero q̄si q̄daz primitie sunt. Uñ quasi primitias dño offerimus cū aliquos ad sacros ordīes ꝯsecram⁹. Cōueniēs igit̄ est vt ī primitijs tēporuz. s. in quattuor temporib⁹ primitias hoīm offeramus. Rursus ideo in q̄ttuor tpibus vt q̄ttuor v̄tutib⁹ exornent̄: ⁊ sub q̄ttuor euāgelijs ꝟuire xp̄o ⁊ eccl̄ie moneant̄. In vere vt v̄tutib⁹ floreant. In estate: vt fructus afferāt. In autūno: vt fructus bonoꝝ operꝝ metāt. In hyeme vt collectos ꝯseruent ī horreo ⁊ eis fruātur in dño. Et vide ī sexta parte sub sabbato post dominicā. xvij. Ideo aūt potius ī sabbatis quattuor tēporū q̄ in quartis vel sextis ferijs fiunt ordinatōes: quia illa dies spūi sancto ꝯsecrata est: cui⁹ dona in ordinib⁹ recipiūtur: preceptum. n. est priori populo sabbatuz celebrare ad hoc vt eēt figura sanctificatōis spūs scti. Unde exo. xvi. ca. Requies sabbati sanctificata ē dño. Et iterū Custodite sabbatū meū: sanctū est eī mihi: qr erit signū īter me ⁊ vos ī gn̄ationib⁹ vr̄is. Exo. xxxi. ⁊. xxxv. c. Preterea nunq̄ legim⁹ in genesi sanctificationē fieri p oēs priores dies: sed de sabbato solū dictū est. Sanctificauit deus diē sabbati. Fiunt ēt in sabbato in signum q̄ ordinādi debēt habere sabbatū pctōris: vt tādē trāsiāt ad sabbatū eternitatis. Ordinatio autē que fit in sabbato sequētis diei ē: figurat. n. sacerdotes ordīatos eē ministros diuersoruz dñicorum sacramētorū. Jōq̄ fit hora nona: qr iā illud tempus ad dominicū diē. s. resurrectōis intelligitur ptinere. lxxv. di. qr partibus. ex̄. de tempo. or. lr̄as. Ordinandi eī ad xp̄i silitudinē sabbato resurrexisse ītelligunt̄. Cōgrue igr̄ in hac die. s. dñica celebrāt̄ mīsteria sacerdotaliuz benedictionū in qua sunt collata carismata gr̄arū. in ea eniz dñs resurrexit: in ea apl̄is īffauit spm̄ scm̄ dicēs. Accipe spm̄ scm̄ quorū re. pec. re. eis. In hac promissus spūs scūs aduenit. Recte ergo ad eā bñdictōes sacerdotales dirigim⁹: vt cū apostolis hilarit̄ cantare possimus. Ueni scē spūs reple tuorū corda fideliū. s. ordinatorū. Fiunt ēt ordinationes in sabbato mediane hebd̄e q̄dragesime q̄ cātat̄. Sitientes. lxxxv. di. c. fin. lxxiij. c. principali. xvi. q. i. ī parochijs. ⁊ ēt ī sabbato scō. veruntñ vsq̄ ad tpa Simplicij pape romani pōtifices dicūt̄ semp ī decēbri ordines celebrasse: vt dicet̄ ī. vi. pte sub sabbato post xvij. dominicā. Unde ⁊ tunc officia plena īueniunt̄: quod in alijs non contingit. In sabbato v̄o ante penthe. ordines sacri nō ꝯferunt̄: qr in seq̄nti tūc septīana recepta spūs scti gr̄a celebrātur. Solus autem romanus pōtifex potest subdyaconos facere in diebus dominicis. extra. d̄ tem. or. c. i. Alij prelati possunt in dieb⁹ dominicis solū minores ꝯferre ⁊ virgines cōsecrare. Si autē vrgente necessitate

in die dominica ordinatio fiat: quia forte per
fici nō potuit in sabbato: debet hoc fieri ieiu
nio continuato tam ab ordinādo q̄ ab ordi-
natore: quia tūc propter continuationem ie-
iunij fingitur vna. dies extra. de tēpore ordi.
lr̄is. lxxv. di. q̄ patrib⁹. ⁊. c. se. ¶ Ceterū in q̄-
busdā locis habētes festa suarū ecclarū ī sab
batis q̄ttuor temporū transferre dicunt̄ ieiu
niū in precedētē septimanā ob honorē suarū
festiuitatū: sed dicimus nec hoc eis licere: nec
tunc posse ordines celebrari. Melius igitur
esset festiuitates ipsas trāsferri. de hoc dicet̄
in. vi. parte sub quarta feria tertie hebdoma-
de aduentus. Qua die ⁊ hora fiat episcopo-
rum consecratio sub ti. de episco. dicet̄. ¶ Il
lud etiā considerandū est q̄ sacerdotes dya-
coni tm̄ nomiant̄ ab apostolo in epistola: eo
q̄ ipsi precipue in ministerio altaris necessa-
rij sunt. Ceteri v̄o ordīes postea adiecti sunt
ꝓ vtilitate ministerij: qr ꝓpter multitudinez
credentium rite ꝑ illos nō poterat adimpleri
Unde ⁊ s̄m Ambro. illorū ordinatio p̄cipue
circa altaria celebratur: ⁊ ꝓ eis episcop⁹ añ
altare prosternitur. Alij vero neq̄q̄ ad alta-
re ordinant̄: eo q̄ nec ab altaris mīsteria sta
tuunt̄: sed alia officia implēt siue cantādo si-
ue legēdo siue alia seruitia faciēdo: oēs tm̄ q̄-
runt faciē p̄lati. i. p̄ñtiam dñi vt valeāt in prīo
genitis hereditare ad instar Jacob q̄ sibi fra
tris primogenita vendicauit. Et attende q̄
in quibusdā ecclesijs immediate post collatō
nem cuiuslibet ordīs cātat̄ respōsoriū vel tra
ctus: ꝓut apparet in libro pontificali ꝑ nos
edito: ⁊ bñ ad denotādū q̄ ordinati in lectio-
ne iam lecta instructi ad solicitudinē ⁊ labo-
rem: que per responsorium ⁊ tractum signifi
cātur vocantur. Quia vero de v̄ginū ꝯsecra
tione mentio facta est: videnduz est prīo q̄b⁹
diebus benedicant̄. Scd̄o quid significent
que in earū benedictione aguntur. Benedi-
cuntur autem in dominicis diebus ⁊ in dieb⁹
epiphaniarum: ⁊ in albis paschalibus: ⁊ in fe
stis apostolorꝫ vt spiritus scūs super eas sim
plices vt columbas descendere videat̄: ⁊ vt
per apostolos qui morē virginitatis ecclesie
prius tradiderūt q̄si ꝑ paranymphos sponse
domino ꝯsecrēt̄. ¶ Sequit̄ videre q̄d signi
ficēt q̄ in earū bñdictione agunt̄: ⁊ lz oīs aīa
deo desponset̄ ꝑ fidē. vñ Osee. ij. Spōsabo
te mihi in fide. v̄gines tm̄ spālius xp̄o despō-
sari dicunt̄: qr earꝫ caro carni xp̄i familiarius
se ꝯformat: ꝓ eo q̄ illa sicut nec caro xp̄i cor
ruptionē nō sensit. Et īde ē q̄ v̄gines sequū
tur agnū q̄cunq̄z ierit. Apocal. xiiij. Sane v̄
gines bñdicende sub papilione vel aliq̄ alio
loco stant incluse que archipresbytero vel a-
lio ante euangelium alta voce cantāte. Pru
dentes virgines ⁊c. cum cereis ardētibus in
manibus nudis capitibus exeunt obuiā epi
scopo ⁊ ecclesiam ingrediuntur. Siquidem
cereos accensos ferunt in manibus. Juxta il
lud Luce. xij. Sint lumbi vestri p̄. ⁊ lucer. ar.
in manibus vestris. vt ostēdāt se imitari pru-
dentes virgines que ornaerūt lampades su-
as: ⁊ exierunt obuiā sponso: sponsus nāq̄z ea
rum est christus quem pōtifex eius vicarius
representat. Lucernas quidē ardētes in ma-
nibus tenere: est per bona opera exemplum
proximis monstrare. Juxta illud Luc. xxv.
Luceat lux vestra coraz hominibus vt videāt
opera vestra bona ⁊c. Egressus vero earum
de papilione: ⁊ ingressus in ecclesiā designat
q̄ per suspiciendaz benedictionē: ⁊ a christo
desponsationem: de ergastulo ⁊ erumnis ac
tenebris presentis vite fallatijs ad celestis re
gni libertatē gaudiuz ac claritatez ⁊ ad sup-
ni regis thalamum transducuntur. Uñ in cā-
ticis. Ueni electa mea: ⁊ ponaz in te thronū
meum. Nudis capitibus obuiam veniunt: ⁊
pontifex cantando dicit illis. venite. ⁊ ipse si-
militer cantādo respondent: ⁊ nunc sequitur
ad representandum quod in canticis legitur
Surge amica mea spōsa mea ostende mihi
faciem tuam: ⁊ sonet vox tua in auribus me-
is. ¶ Rursus denudatio capitum depositio-
nem ⁊ abrenunciationem mundanorum con
grue designat. Nudato etiam capite eccles-
iam ingrediunt̄: ad notandū q̄ velut formose
⁊ spōso placide ī ipsius spōsi tabernaculū in
troducūt̄. Juxt̄ illd̄ ī cāticis. Nigra suz sz̄ for-
mosa: ⁊ ītroduxit me rex in tabernaculū suū.
Ter aūt dr̄ eis. venite. ad notādū q̄ ad b̄ tri-
pliciter debēt venire. s. ꝑ abdicatōez ꝓprieta
tis: per votū castitatis: ⁊ ꝑ spōsiōez obediētie.

Debent quidē venire: ꝑmo per abdicationez ꝓprietatis de cōuersatiōe mundana: de seruitute egyptiaca: de carcere: de laqīs: ⁊ de retibus. vñ ps. Eadēt ī retiaculo eoꝝ pctōres. Et sapi. xiiij. Creature dei facte sunt in tētatiōez aie boium ⁊ in mustipulā pedib⁹ insipientiuz. Secūdo debēt venire per votū castitatis de delectatione carnali: ⁊ de īmundicia: ⁊ de loco toricato: de quo si q̄d aīa sumit ⁊ p penitētiam nō reiecit moꝛitur morte eterna. Tertio ꝑ sponsionem obediētie de ꝓꝓia volūtate: sicut de coꝛruptione ⁊ clibano accēso: ⁊ de babilonica fornace: ⁊ ideo cū pueris qui erāt in fornace illa dicūt. Et nūc sequimur ī toto coꝛde ⁊ timem⁹te: ⁊ querimus faciē tuā. Daniel. iij. paꝛ ante psal. Benedi. de quolibet autez istoꝝ eteūdum est firmo coꝛdis ꝓposito solēniori voto: ⁊ toti⁹ vite pseuerantia. Et be sūt quasi tres diete. Exo. iij. Viam triū dierū ibimus in solitudine. Quas tres dietas ꝑmisse: tres vacationes tripliciter facte designant. Quia vero post susceptū taz laudabile ꝓpositum restant insidie ⁊ tētationes demonū: atq̄ acerrima cōtra mundū: carnē ⁊ demones certamina: ⁊ insup regularis obseruantie difficultas: q̄ muliebris infirmitas sufficienter p se sustinere nō posset: ideo diuinū auxiliū: ⁊ sāctoꝝ suffragia p letaniā q̄ subiicitur implorātur. Consequenter deponūt vestes veteres: ⁊ induunt nouas benedictas: ad notandum q̄ in hoc ꝓposito vetus homo exuit: ⁊ nou⁹ induitur: qui sicut legit Epb. iij. Creatus est ī iustitia ⁊ sanctitate veritatis. ⁊ debēt esse vestes mūde ⁊ candide ad significandū q̄ quia dei filio desponsant: debēt de cetero se mundas ⁊ sanctas absq̄ macula ꝑseruare: vel cōseruare. Juxta illō apostoli. Despōdi. n. vos vni viro virginē castam etbibere xp̄o. hoc. n. candoꝝ seu mūdicia vestis ostendit. Vñ eccle. iastes. ix. ca. Omni tēpoꝛe vestimēta tua sint candida. ⁊ hoc est sumptū a btā Cecilia q̄ ex terius veste fulgebat: int⁹ castitate nitebat: et ab angelis q̄ in xp̄i resurrectiōe visi sunt in vestib⁹ albis. Vel si sit niger habitus significat carnis moꝛtificationē: q̄z. n. xp̄s sponsus su⁹ moꝛtuus est p ipsis: debent ⁊ ipsi cōmoꝛi p illo. Vñ Gal. v. Qui xp̄i sunt carnē suā crucifixerunt cū vitiis ⁊ cōcupiscentijs. Et rom. vi. Si cōplantati facti sum⁹ similitudine moꝛtis xp̄i simul ⁊ resurrectionis erimus. Rursus nigredo habitus est cōtemptus virilis amplexus. ¶ Subsequenter indute vestib⁹ benedictis: versus ep̄m veniūt quasi ipso actu dicāt. Regnum mūdi ⁊ oēm oꝛnatū seculi cōtemp̄sim⁹ ꝓpter amoꝛez dñi nostri iesu xp̄i ⁊c. ¶ Vela quoq̄ super scapulas ⁊ pectoꝛa dependētia ex institutione Sotheris pape cū signo crucis eaꝝ capitibus imponūtur. Primo ad significandum q̄ ꝑ xp̄o debent mūdum humiliter coꝛde ⁊ opere cōtēnere: ⁊ sensus velare: ac memoꝛia passiōis christi munire: ne ad mūdana lasciviendo eteant: vel illa ad illarū sensus intrēt. Juxta illud Gal. v. Mihi mūdus crucifixus est: ⁊ ego mundo. ¶ Secūdo velantur: q̄z nō sunt imago dei. xxiij. q. v. mulierem. ¶ Tertio vt ostendant⁹ subiecte. Quarto vt illicite cunctis viris appareāt. ¶ Quinto ne spēs earū occasio inspectoꝛibus sit peccandi: q̄z ps. ait. Domine delectasti me in factura tua: ⁊ creature dei facte sunt in tētationem vt ꝑmissum est. Velum ergo est signum pudoꝛis ⁊ futuri bonoꝛis. ¶ Deinde q̄z xp̄o desponsant⁹ qui est alpha ⁊ o. i. p̄ncipiū ⁊ finis: ideo datur eis annulus q̄ est rotund⁹ p̄ncipio ⁊ fine carēs. Et ponit⁹ in quarto ꝺigito: et quo vena q̄dam sanguinis ad coꝛ ꝑtendit⁹ vt sciat se spōsum suū xp̄m toto coꝛde debere diligere: ⁊ ei insepabiliter adherere. ¶ Postremo vero coꝛone capitib⁹ eaꝝ imponūtur. Juxta illud in canticis. Veni sponsa xp̄i: ⁊ accipe coꝛonam ⁊c. ad notandū q̄ quādo virgo per cōsecrationem summo regi desponsatur: regina efficitur. i. se ⁊ alios in virtutibus regens. Vñ ꝓuer. ꝑmo. Ut addat⁹ gratia capiti tuo: ⁊ toꝛques collo tuo. In qua coꝛonatione pōtifex cantat illud canticū leticie. Veni electa mea ⁊c. tāq̄ celesti sponsi paranymp⁹? Et hinc est q̄ illaꝝ amici ⁊ cōsanguinei in hac cōsecratione letantur. Leo papa primus instituit in cōcilio calcedon. q̄ ipse celebrauit: solas virgines debere velari. ¶ Quia vero in p̄missis de velo mētio facta est. Ideo notandū est q̄ velum aliud est cōuersiōis: aliud ꝺsecratiōis: aliud professionis: aliud oꝛdinationis: aliud

plationis. Ue ũ cõuersionis aliqua de secula ri vita ad religionem transiẽs assumit: ⁊ tunc si per annũ inter velatas steterit vlterius exire non poterit. extra de regul. vidua. ⁊ ca. statutum. Uel ĩ cõsecratiõis a solis epis: solis virginibus: ⁊ solũ in festiuis ⁊ dñicis diebus datur. Urgente tñ necessitate sicut ⁊ baptismus omni die dari posset. xx. q. i. deuotis. nõ datur etiã nisi in. xxv. anno illud recipientis: nisi forte dispensatiue. lxxvij. di. placuit. Uelum autẽ pfessionis suscipitur a virgine qñ cõtinentiaz pfitetur. nõ tñ ante. xij. annũ. e. q. i. ⁊ q. ij. puella. qñ nec ante illud tẽpus bñdicitur. extra de regu. cũ virũ. Datur velũ huiusmodi cũ benedictiõe solẽni ⁊ cũ letania. extra eo. ex parte. Hoc velũ nullus eps dat viduis vel coruptis: vt in ca. deuotis. in fi. sed ipm met de altare vt dicũt quida assumũt. xxvij. q. i. viduas. extra de regl. virũ. Sane virgo ⁊ nõ vidua ideo ab epo velatur: qz virgo in hac despõsatione typũ gerit ecclesie: que pura et virgo vni nupsit viro. i. xpo. Et in signũ huius rei velatur ab epo: qz a xpo recipit in cõtingũ In cuius psona dictũ est. annulo suo subarrauit me dñs. Sed vidua nõ gerit in tali facto typũ ecclesie: sicut virgo: cũ nõ sit integra mẽte ⁊ corpore sicut illa. Unde nõ sic cõiungit xpo vt representet ecclesie cõiunctionẽ quare nõ velatur. Preterea sacerdos pbibetur secundis nuptijs interesse: ⁊ sup secũdo nubentes benedictionẽ infundere. extra de sec. nup. ca. i. put dictum est in prima parte sub ti. de sacramẽtis. sed hec vidua quasi scõo nubit pmo bonum: postea in pfessiõe xpo. ideoqz ei quasi celebrãti scõas naptias nõ porrigit velum cõsecratõis: nec etiã pfessionis: sed ipsa illud suscipit de altari. Aiũt tñ quidam qd licz nõ ab epo: põt tñ a sacerdote velo pfessionis vel cõuersiõis velari. extra de regu. vidua. xx. q. i. deuotũ. extra qõ met causa. c. i. a quo seu a cuius ministro habitum seu vestem religiosam assumit. xx. q. i. vidua. extra qui cle. vl vo. cõsuluit. In libro tñ pontificali fm ordinẽ romanũz habetur benedictio vidue cõtinentiã pfitentis ⁊ veli ei. Maz ⁊ domin sa reptenã viduaz p beliam pphetam cõsolatus est. Et vidimus in vrbe episcopũ bostien, inter virgines benedicere duas viduas moniales. Uelum ordinationis olim dyaconisse in quadragesimo anno dabatur: vt posset legere euangelium in nocturnis. xxi. q. i. sanctimoniales. xxvij. q. i. dyaconissaz. in cõcilio laudicen. xxxij. di. ca. fi. statutum est vt mulieres q apud grecos presbytere appellãtur: apud nos vero vidue aut seniores vniuire: aut matricurie appellantur in ecclesia tanqm ordinatas cõstitui nõ debere. Uelũ prelationis olim abbatissis in quadragesimo anno dabatur. xx. q. ij. inuẽculas. xxxi. q. i. quomõ. ¶ Illud autẽ sciendũ est qm sacrosancta mater ecclesia gradꝫ ⁊ ordines hz distinctos. Et romanus pontifex celebrãter missarum solẽnia agens ser habens secum ordines clericorum. s. episcopos: presbyteros: dyaconos: subdiaconos: acolitos: ⁊ cãtores ipso numeri sacramẽto pfectionẽ huius modi officij manifestãs. Senarius nãqz numerus perfectus est: vt in pbemio tertie partis dicetur. Sed ⁊ sex ordines ministrorum fuisse in veteri legimus test. videlicet pontifices: sacerdotes: leuitas: natbineos: ianitores ⁊ psallentes. quos ex maiori parte distinxit Ataxarxes in epistola quam esdre scribe direxit dicens. Notum facimus de sacerdotibꝫ vniuersis ⁊ leuitis cantoribus ⁊ ianitoribus ⁊ natbineis ⁊ ministris domꝰ dei: vt eis vectigal tributũ ⁊ annona nullatenus imponant. Ordines vero ecclesiasticos Siluester papa enumerat. xxij. di. a subdyacono. ⁊. ij. q. vij clericus. dicens pontifici presbyter: presbytero dyaconus. dyacono subdyaconus. subdyacono acolitus. acolito exorcista. exorciste lector. lectori ostiarius. ostiario abbas. abbati monachus: in omni loco obsequium representent. Beatus quoqz isidorus. xxi. distinc. cleros. ita dicit. generaliter clerici nuncupantur omnes qui in ecclesia christo deseruiunt. quorum gradus ⁊ nomina sunt hec. ostiari. psalmista: lector: exorcista ⁊c. mentionem enim faciens post alia de cantore. Et hi omnes gaudent priuilegio clericali. Uerumtamen quidam perfidi heretici sacramentuz ordinis cõdenantes falso mẽtiũtur qd ecclesia xpi nõ habebat psonas qs exorcistas ceroferarios: lectores: vel dyaconos appellaret: sed solum

exorcistas demonū qui aduersabant Paulo nec ea que xps fecit vel apostolus dixit, p taz vilib⁹ significatōibus q̄ ifra sequūt fecit ⁊ dixit: sed altiora ⁊ pciosiora que romana nesciat ecclesia demonstrauit. ¶ Horum autez ordinum quidam sunt non sacri, ⁊ quidam sacri. Nō sacri seu mīores ordies sunt hi: cātorat⁹ psalmistat⁹: ostiariat⁹: lectoratus: exorcistat⁹ acolitatus. Sacri vero seu maiores sunt isti: subdyaconat⁹: dyaconat⁹: pb̄yterat⁹: epalis ordo. ¶ Coiter autem asseritur septem ordines esse quoruz ostiari⁹ est prim⁹ ⁊ sacerdos vltimus ꝓpter septiformē spūs sci graz cui⁹ munere sua officia prosequuntur. ¶ Si aūt velis ad singlos ordines singula dona referre a timore incipiens illum ostiario deputab ⁊ exinde singula singulis referens sapientiaz presbytero adaptabis. Hec sunt septē mulieres ī quibus spūs scūs habet hospiciū: ⁊ vna queqz illarū suuz parat diuinum. ¶ Rursus spūaliter ostiari⁹ est q̄cūqz spūaliter alios in ecclesiam introducit. i. q fidem p̄dicando docet. lector est quilibet mores docendo. exorcista orando: acolitus illuminādo: subdyaconus humilitatē monstrādo: dyaconus alios exhortando: sacerdos seipsum hostiam scāz deo offerendo: eps sacramenta ministrando de quolibet th̄ seriatim spāliter ꝓsequamur.

¶ De cantore. Rubrica.

Nonnulli cecitate ignorantie ducti: cantoratuz de minoribus esse autumant ordinibus: pro eo q̄ vt iam p̄missum est in quibusdaz canonibus inter minores ordines fit mētio de cātore. fallunt tamen: quoniā nomen est officij ⁊ non ordo: qui autē in veteri testamento cātores dicti sunt: hodie lectores vel psalmiste vocantur. ¶ Cantor itaqz vocatur qui vocē modulatur in cantu. xxi. di. cleros. cuius duo sunt in arte musica genera: precētor scilicet ⁊ succentor: precentor vocem premittit in cantu: succētor canēdo subsequenter respondet. Concentor vero dicitur qui ꝺsonat. vnde qui non consonat non concinit nec cōcentor erit. Bene dauid propbetarū eximius cultū dei volens solennius ampliare cātores instituit qui coram area federis dñi musicis instrumentis ⁊ modulatis vocibus decātarēt: inter q̄s precipui fuerūt: bemā: asaph: ⁊ ethan: sed omnium primus heman: cuius vicē nunc in ecclesia primicerius optinet: vel precentor qui cātoribus est prelat⁹: vnde legitur in paralipomenon. Isti sunt quos ꝺstituit dauid sup cantores domus domini: stantes iuxta ordinem suum in misterio: de filijs cabat: bemā cātor filius iobel: ⁊ a dextris suis asaph fili⁹ barachie. ad sinistrā autē ethan fili⁹ cusi. ¶ Porro debent cantores cantare consonis vocib⁹ ⁊ suaui modulatione cōcinere quatenus animos audientiū ad deuotionē dei valeāt excitare. Verū sm Greg. xci. di. in scā. Plerūqz in sacro ministerio dū blanda vox queritē congrua vita negligit. ⁊ cantor deū moribus stimulat: cū vocib⁹ populuz delectat. Et Aug. li. cōfes. Euz me magis mouet cātus q̄ res q̄ canitur penaliter peccasse ꝺfiteor: ⁊ tunc me audisse cantantē. Jōqz in ecclesia romana altaris ministri cātare nō debēt: solumqz euangelice lectionis officiū intra missarū solennia exoluāt. Et apls ait. Cantantes ⁊ psallātes in cordibus vestris dño. ⁊ Hiero. xcij. di. c. i. Nō audiant inq̄t adolescētuli: audiāt hi q̄b⁹ est officium in ecclesia psallēdi: deo non voce tantū sz corde esse cantandū: nec in tragedia ruz modū guttur ⁊ fauces medicamine limē de sunt: vt in ecclesia theatrales moduli ⁊ cātica audiant. Cantantes igr ī corde ⁊ in charitate cātent in choro: quoniam magis deuotione cordis q̄ inbilatione vocis cantanduz est. xxxviij. di. edulio. nō tenentes in manibus cymbala vel aliq̄d huiusmodi prout in veteri testamento fiebat. ¶ Ceterum propter carnales non propter spirituales cantandi vsus in ecclesia institutus est: vt qui verbis non cōpunguntur suauitate modulaminis moueātur. Unde Augustinus in. li. confes. Consuetudinē canēdi probat ecclesia: vt per oblectamenta aurium infirmioz animus ad effectuz pietatis assurgat. Antiqui pridie quod cantandum erat cibis alijs abstinebant propter causam vocis: preterq̄ leguminibus psallentibus aptis. Unde ⁊ cantores vulgo fabarij

dicti sunt. ¶ Cantores autē qui sunt dei laudatores representant, predicatores alios ad dei laudem excitantes: eorū namq; simphonia plebem admonet in vnitate cultus vnius dei perseuerare. Per cantoris quoq; officiū paterfamilias intelligitur q̄ de thesauro suo noua ꝛ vetera profert. Nec est prętereundus q̄ cantores tenēt baculos in choro: ad representandum illud quod in lege precipiebatur: vt videlicet edentes agnū baculos in manibus haberent: significantes q̄ qui ad patriā festinant esu celestis agni ꝛ baculis. i. scripturarum sententijs indigent cōtra demones. p baculos .n. cantorum sententias scripturarū vel doctrinas predicatorū intelligimus. Vel cum legitur euangelium deponunt: quia per euangelicaz predicationem legales deposuimus obseruantias. De choro dictum est in p̄ma parte sub tractatu de ecclesia. de cātu vero in fi., p̄bemij quinte partis dicetur.

¶ De psalmista. Rubrica.

PSalmistatus quā doq; tonsuratus vocat sicut constitutio. ino. iij. ex̄. de re. iudi. cum inter. euidenter ostidit quādoq; etiā clericatus. Unde in alia eiusdē innocē. ep̄la ex̄. de eta. ꝛ qua. cōtingat. dz q̄ abbas benedictus ꝛ sacerdos potest i suo monasterio clericalē dare tōsurā p quā ordo clericalis cōferr: q̄ ordo sic collatus psalmistatus vocat. In canone q̄ leonis pape. xxxij. di. seriati, sic inter cetera p̄tinetur sereati ꝛ aperte, psequamur q̄ scā romana ecclesia in gradib⁹ clericoꝝ aut clericos ostiarios lectores ꝛc. at nomīe clericoꝝ psalmistas ibi intelligi indubitatū ē. Vocat etiā q̄nq; cātorat⁹. Uñ in tholetano cōcilio. xxij. di. si psalmista, ita legit̄ psalmista. i. cātor p̄ōt abq; cōscientia episcopi sola iussione p̄esbyteri officiuz susc̄ipere cantādi dicēte sibi p̄esbytero vide vt qđ ore cantas corde credas: ꝛ quod corde credis operib⁹ cōprobes. Sane q̄ in pleriscz sacris canonibus: ꝛ p̄cipue. xciij. di. a dyacono. lxxvij. di. c. i. ij. ꝛ. iij. facta de alijs ordinibus mentōe: nihil de hoc ordine tāgitur ex eo contingit qñ alij oēs cū solemnitate ꝛ a solis episcopis dantur. iste vero etiaz a sacerdote cōferri potest. Ideoq; hunc nō ordinez sed officium fore plurimi asseuerāt: q̄ p̄ in eo ab episcopo collato quis clericale p̄uilegiū assequat. xxi. di. cleros. in p̄n. Dictus est aūt psalmista a psalmis dicendis siue ab officio canēdi: put sub lectore dicetur. Ad ip̄suz nāq; pertinet ſm Isidorū. xxv. di. prelectis, officium canēdi dicere benedictōes. i. bñdicam⁹ domino laudes. i. alleluya: vel xp̄s vincit: vel christus regnat ꝛc. sacrificiū. i. offertoriū: responsoria. i. officiū misse: ꝛ quicq̄d ad canēdi peritiam spectat.

¶ De ostiario. Rubrica.

OStiarii secunduz Isidorū. xxi. disti. cleros. dicti sunt eo q̄ ostijs templi p̄sint. Ipsi enim claues ecclesie tenētes oīa int⁹ extra q̄z custodiūt atq; inter bonos ꝛ malos habentes iudiciuz fideles recipiunt infideles respuūt ꝛ excōmunicatos repellunt. Ostiarij idē sunt q̄ ianitores q̄ ivete. testa. ad custodiā tēpli electi sunt ne ingrederetur in illud īmundum in omnire i. aliquid de omnib⁹ reb⁹. Stabāt ei, put legitur in paralipomenō in quattuoz templi partibus videlicet in oriente: in occidente: aquilone: ꝛ austro. Portas tēpli singulas ita obseruantes vt nec in puncto discederent a ministerio. Leuite enim quibus numerus ianitoz creditus erat ei cibos parabāt. Hi autē instituuntur edituos qui apud gētiles erant ꝛ idez custodiebāt. Sane iuxt decretū tholetani cōcilij. xxij. di. ostiarius. Ostiarius cum ordinatur post q̄ ab archidyacono instructus fuerit qualiter in domo dei debeat p̄uersari ad sug gestionez archidyaconi tradat ei episcopus claues ecclesie de altari dicens. Sic age sic viue quasi redditurus deo rationez p̄o bis rebus que bis clauibus recluduntur. Clauium ergo traditio ꝛ verba p̄missa sunt bui⁹ sacramenti substantialia: cetera sunt solennitatis. Hoc officiū implemus dū p̄ fidē in ecclesiaz aliquē introducim⁹ vel docem⁹. Christ⁹ p̄ officiū impleuit quādo dixit. Attollite portas p̄ncipes vr̄as ꝛ eleuamini porte etnales ꝛc.

Et qñ emẽtes ⁊ vendẽtes de templo eiecit. xvi.q.vij.sed hec diximus.qđ in ecclesia spũaliter agit. Unde in euangelio dicit. Ego sum ostium.

¶ De lectore. Rubrica.



Lector secundum isidoꝝ.xxi.di.cleros:a legẽdo psalmista a psalmis canẽdis vocati sunt. Lector eñ p̃dicat id est legit siue recitat popl'is quid sequat̃. Psalmista vero canit vt exitet ad cõpunctionẽ aĩos audientiũ:licet quidam lectores ita miserabiliter ꝓnũcient.s.alte ⁊ ꝑ vocẽ sonorã vt quosdã ad luctũ lamẽtationẽ q̃ cõpellant. Lectores etiã ꝓnũciatores vocantur ꝓ eo qđ porro siue a longe ꝓnũciãt. tanta eniz ⁊ tam clara debet esse eoꝝ vox: vt q̃uis lõge positoꝝ aures impleat. Ad lectores quoq̃ ꝑtinet lectiones ⁊ legendas in matutinis ꝓnunciare ⁊ ea q̃ ꝓphete. vaticinati sunt:⁊ apostoli dixerũt ppl'is p̃dicare.i. legere. Ad hoc eñ ordinatur vt libros dei distincte ⁊ apte ad intelligendũ legãt sicut in vete. testa.accepim⁹ esdram fecisse.neemie.vij. Ad ei⁹ quoq̃ ꝑtinet officiuz panẽ ⁊ omẽs nouos fruct⁹ benedicere. Lectores vero idẽ sunt ꝙ carminũ relatores qui erant apud gentiles. Martinus papa.xxij.di.lectores. statuit vt nulli liceat in populo psallere aut legere nisi qui ab epõ fuerint ordinati lectores. Sane iuxta decretũ:tolletani cõcilij.xxiij.di. lector. lector cũ ordinatur faciat de illo verbum episcopus ad plebẽ indicans ei⁹ fidẽ atq̃ ingenium.post hoc spectãte plebe tradat ei codicem in quo lecturus est dicens. Accipe ⁊ esto relator verbi dei habiturus si fideliter ⁊ vtiliter impleueris officium partem cum eis qui verbum dei ministreuerint. Codicis ergo traditio ⁊ verba premissa sunt de substantia huius ordinis:cetera sunt solẽnitatis. ¶ Hoc officium implemus dum male viuẽtes in ecclesia corrigimus:⁊ aliquem bonis moribus instruimus. Christus hoc officium impleuit quando in medio senioꝝ librũ isaie ꝓphete aperiens legit distincte ad intelligendũ dicẽs. Spiritus domini sup me eo ꝙ vnxit me ⁊c. extra de sa.vnc.c.vno.

¶ De exorcista. Rubrica.



Exorcista secũdum isidoꝝ.xxi.di.cleros grece.latine siue increpans vocat̃. Inuocat enim sup cathecumĩos seu sup eos q̃ habẽt spiritum ĩmunduz nomen dñi.iesu adiurans ꝑ illud vt egrediatur ab eis.de quo in.vi.parte sub sabbato sancto dicet̃. Decet igitur vt mũduz habeat spiritũ qui debet immũdis spiritibus imperare. Ad eũ itaq̃ pertinet exorcismos memoriter retinere.manus sup energuminos ⁊ cathecuminos exorcizãdo imponere.xxv.di. perlectis. Et s̃m conciliũ carth. de cõse.di.v. energuminis.ip̃is energuminis in domo dei assistentibus victũ quotidianũ oportuno tẽpore ministrare. ¶ Refert iosephus regẽ salomonẽ modos exorcismi.i.cõiurationes ad inuenisse:quibus ĩmũdi spũs ab hoĩe obsesso per Eleazaꝝ exorcistam pellabãtur: ita vt reuerti vlterius nõ auderent. Huic officio mãcipati exorciste vocati sunt.de quibus in euãgelio legitur. Si ego in beelzebub eijcio demonia:filij vestri exorciste videlicet ĩ quo eijciunt:⁊ imitant̃ questores qui erant apud gẽtiles. ¶ Sane iuxta decretũ tholetani cõcilij xxiij.di.exorciste. Exorcista cũ ordinatur accipiat de manu ep̃i librũ in quo scripti sũt exorcismi siue adiurationes dicente sibi epõ. Accipe ⁊ cõmenda memorie ⁊ habeto potestatem imponendi manus sup energuminũ siue baptizatum siue cathecuminũ. Libri ergo acceptio ⁊ verba p̃missa sunt de substantia hui⁹ ordinis:cetera sunt solẽnitatis. Energumini sunt qui a demonib⁹ obsessi sunt vel lunatici siue morbũ caducũ patientes:sic dicti ab erge quod est labor et mene qđ est defect⁹ ⁊ noys quod est mens:qꝛ scilicet defectũ mẽtis in defectu lune maxime patiunt̃. Cathecumini dicuntur in fidei articulis ante baptismũ instructi. Hoc officium implemus dum ꝑ nostras orationes vicium diaboli de homine expellimus. Christus hoc officium exercuit quando de maria magdalena septem demonia eiecit.

¶ De accolito. Rubrica.



Ccoliti grece latīe ceroferarij vel accēsores luminuz nuncupātur. Hi ab aaron et filijs eius ministerij sui sumpserūt exemplū: iuxta illd exo. Precipe filijs aaron vt offerāt oleum de arborib⁹ oliuaꝝ purissimū piloqꝫ contusum: vt ardeat lucerna semꝑ in tabernaculo testimonij: ⁊ collocabūt eaꝫ aaron ⁊ filij eius: vt vsqꝫ mane luceat coram dño. Quod ergo tunc sacerdotes agebant hoc nunc accoliti faciūt in ministerio lucernaꝝ: quoniam preparant lumīaria in sacrario. Multa q̄ppe nō solū ī nouo: verum etiā inveteri testamēto legi mosayce supaddita legim⁹ ⁊ mutata. extra de ꝯsan. ⁊ affi. nō debet. Unde dauid in libro palipomenō dixisse perhibetur. Nō erit officiuz lenitarum vt portent vltra tabernaculū ⁊ omnia vasa eius ad ministrandū. Accoliti autez ſm Isido. lxxxi. di. cleros. xxiij. di. accolitus: cereos ferunt accensos: dū legitur euāgeliuz aut offertur sacrificiū: nō vt tenebras aeris: ſꝫ cordis illuminēt: cum sol forte eodem tēpore rutilet: ⁊ vt ꝓximis opera lucis ostendant atqꝫ ad signum leticie demonstranduz vt sub typo luminis corporalis illa lux ostēdatur: de qna in euāgelio legitur. Erat lux vera que illuminat omnē hoīem veniētez in hūc mundū. Ipi etiā preparant pro eucharistia suggesta id ē vinum ⁊ aquā seu vasa in quibus ponitur aq̄ ⁊ vinum. xxv. di. perlectis. ¶ Accoliti imitantur carminū scriptores qui erant apud gentiles seu verius emūctores sine luminum extinctinctores qui lucernas emungebāt ⁊ luminaria ꝯtinuabant: vt nadab ⁊ abiu. Sane iuxta decretum cōcilij tholetani. xxi. dist. accolitus. Accolitus cū ordinatur ab episcopo quidem doceatur qualiter ī officio suo agere dz: ſꝫ ab archidyacono accipiat ceroferarium. i. candelabrum cū cereo vt sciat se ad accendenda ecclesie luminaria id cereos dū euāgelium legitur mācipari. Accipiat ⁊ vrceolū vacuum ad suggerēdum id est ad ministrandū vinū in eucharistiā id est in calicē in quo est eucharistia sanguinis xp̄i. Premissa igitur verba ⁊ vtensilia sunt hmōi ordinis substātialia: cetera sūt de solēnitate. ¶ Hoc officiū implemus: duz ignez verbi celestis quo fratres ad cognoscēdum deum illuminētur ⁊ inflāmētur predicādo ministramus: ⁊ dum lucē boni operis alijs ministramus. Dñs autem hoc officium se habere testatur cum dicit. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite.

¶ De subdyacono. Rubrica.



Remisimus de nō sacris ⁊ minoribus ordinib⁹. Nūc de sacris ⁊ maioribus q̄ anthonomagice sacri dicunt subijciam⁹. et p̄mo de subdyacono. Ordo eñ subdyaconatus sacer hodie ſm innocentiū tertiū reputat. extra de eta. et q̄li. ord. a multis. Siquidē subdyaconi nathineorum vices in exclesia rep̄sentāt. De quib⁹ in esdra legit q̄ dauid dederat nathineos ad ministreria leuitaꝝ. Unde greci hypodiaconi dicūtur: qꝛ officijs ⁊ preceptis leuitaꝝ subiacent ⁊ eis ministrāt. ex quorum ordine fuit ille nathanael quem dñs in euāgelio commēdauit dicens. Ecce vere israelita in quo dol⁹ nō est. Nathanei aūt hebraice: dicuntur latine in hūilitate dño seruiētes vel deo oblati. Subdyacones debent ſm Isidoꝝ. xxv. di. ꝑlectis: oblationes in tēplo dñi a fidelibus suscipere ⁊ leuitis supponēdas altaribus deferre: calicem: ⁊ patenam ad altare xp̄i deferre: leuitis tradere eisqꝫ ministrare. vrceolum q̄ꝫ cū vino ⁊ aqua manile ⁊ manutergiū tenere: ep̄o presbytero ⁊ leuitis ꝓ lauādis ante altare manibus aquam p̄bere: corpalia ⁊ substratoria lauare: de q̄bus recte placuit patrib⁹. xxxi. dist. lex: ⁊. c. oīno. vt qui mystica sacramēta cōtractant: legem cōtinentie debeant obseruare: sicut scriptū est in ꝓpheta. Mūdamini qui fertis vasa dñi. Tenēt aūt locum duuz viroꝝ qui erant apud gētiles. Sane iuxta decretū concilij tholetani. xxiij. di. subdyaconus. Subdyanus cuz ordinatur: qꝛ manus impositionez ꝯsecratoriā non accipit: patenā de manu episcopi vacuā ⁊ calicē vacuum accipiat dicente sibi ep̄o. Uide cuius ministeriū tibi traditur:

De manu vero archidyaconi ꝓ eo ꝙ in eius adiutoriū cōsecratur accipiat vrceū scz cū vino et aqua manile.i.bacile et manutergium. Premissa igitur verba ⁊ vtensilia sunt huiusmodi sacramēti substantialia:cetera sunt de solēnitate. ¶ Queritur quare subdyacon⁹ legit lectiones ad missaz:cū nō reperiatur hoc sibi cōpetere:vel ex nomīe vel ministerio sibi ꝯcesso: Respondeo.in primitiua ecclesia dyaconus nō legebat euangeliū:qꝛ hoc statutuz nō erat:postq̄ vero illd̄ statutū fuit preceptū est etiā vt subdyaconus qui dyacono subest epl̄am siue lectionē legat. Subdyacon⁹ aūt vtit̄ amictu alba ⁊ baltheo sic̄ ostiari⁹:lector exorcista:⁊ accolit⁹: ⁊ insup tunica:⁊ sudario tunicā strictam portat:vt se iusticia quasi lorica induat:sudario vt sordes a vasis extergat de quo in parte sequēti sub titulo de tunica ⁊ manipulo dicet̄. Hoc officio vtit̄ q̄ tante mūdicie est ꝙ ipsius exēplo ⁊ cōsilio ceteri a sordibus criminū lauentur. ¶ Christus hoc officium exercuit quando in chana galilee de aq̄ vinū fecit:⁊ quādo cena facta mittēs aquam in peluim pedes discipulorum lauit. Canon adriani pape.lxiij.di.valētinian⁹.in fine.videtur īnuere ꝙ imperator debet ordinē subdyaconatus habere vbi dicit̄. Adiutor ⁊ defēsor tuus vt meū ordinē decet semp existā: sed nō est ita:gerit tñ illud officium: qm̄ in die ordinatiōis sue:receptus p̄mo in canonicū a canonicis sancti petri ministrat dño pape ī missa in officio subdyaconatus parando calicez ⁊ huiusmodi faciendo. Quidam etiā dicūt vt no.ff.de rer̄ di.l.sancta.ꝙ sit pres byter. Iuxta illud. Cuius merito quis nos sacerdotes appellat. Imperator etiaz pontifex dict⁹ est: ꝓut in tractatu de episcopo dicetur.

¶ De dyacono. Rubrica.

Diaconi grece dicuntur hebraice leuite: latine vero ministri siue assumpti siue offerentes ꝑm isidor̄.xxxi.di.lex.⁊.xxi.di.cleros. ¶ Dyaconor̄ quidē ordo ī libro numeror̄ a tribu leui filo Iacob sumpsisse legit̄ exordiū ⁊ īde leuite.i.assumpti vocabant̄:qm̄ assumpti sunt ad auxiliū sacerdotum:vt eleazar ⁊ ithamar. Dñs em̄ ad moysen locutus est dicens. Applica tribū leui ⁊ fac eū stare in cōspectu aarō sacerdotis ⁊ ministrent ei vt excubent ⁊ obseruent quicq̄d ad cultū ꝑtinet multitudinis coram tabernaculo testimonij:⁊ custodiāt vasa tabernaculi seruientes in ministerio:sicut em̄ in sacerdote cōsecratio:ita in dyacono mīsterij dispensatio habet̄:vt iā dicet̄. A quinquagesimo aūt anno iussi sunt leuite vasa custodire.⁊ a.xxv.annis ⁊ supra iussi sunt in tabernaculo deseruire:tanq̄ etatis ad onera portanda robuste: qui possent arcam federis: mensam ꝓpositionis ⁊ vasa tabernaculi deportare:qd̄,⁊ in nouo testamēto recolitur cū dyaconibus supra sinistrū humer̄ stola imponitur: et in dieb⁹ ieiunior̄ super eūdem humerū casula cōplicatur:quia quicq̄d laboris in hac vita sufferrim⁹ tanq̄ in sinistra portam⁹: donec a sinistra transeam⁹ in dexterā in qua requiez habeamus. Hinc etiam dyaconi cardinales mēsam laterañ.altaris humeris suis in die cene ad sacrariū deportāt:⁊ in sabbato sancto ab altari reportāt. Ipsi quoqz semp summū pontificem velut arcam federis deportant. Non ergo dyaconus dalmaticā:nec subdyaconus tunicellā in diebus ieiunior̄ in officio misse portāt ꝓpter rōnem in.iij. parte sub ti. de dyacono.⁊ in sexta parte sub ti. de septuagesima scriptā:sed casulas seu planetas sup humerū sinistrū cōplicatas gestant: nō replicatas a dextris ⁊ a sinistris sicut facit sacerdos:sed ab anteriori parte sup brachia eleuatas. Subdyaconus tñ epl̄am lectur⁹ illā deponit:qua lecta eā resumit:⁊ dyacon⁹ euāgelium lectur⁹ illā exuit ⁊ eā decenter plicatā super sinistrū humerū īponit ⁊ sub brachio dextro ligat:ita ꝙ ab humero sinistro ad lat⁹ dextrum ad modū stole descendat: sicqz circūcinctus eā tenet donec dicat̄ illa vltīa oro post cōionez:tunc em̄ illā induit sicut pri⁹. Missa vero finita tam subdyacon⁹ q̄ dyacon⁹ illas deponit. ¶ Sane hec diuino plena sunt mysterio. Planetas v̄o replicatas his tp̄ib⁹ portant. Primo ꝓpter iā supra positā rōnē. Secundo eas portant ad ostendendū ꝙ ipsi ad tantā ꝑfectionē in illis tenētur ad quantā sa-

cerdos in alijs dieb⁹. ⁊ ad notandū ꝙ ex charitate q̄ per planetam significatur ministrāt: ⁊ nō ex timore ꝓut in veteri lege fiebat: que erat lex timoris ⁊ nō amoris: sicut noua pſertim tēpore ieunij q̄ sine charitate factū meritorium nō est. Ferunt autē illas ab anterioꝛi parte eleuatas vt liberius valeant ministrare: et ad ostendendū ꝙ ipsi iuxta apostolū ad hebꝛeos: que retro sunt obliuiscentes ad interioꝛa ferunt. Portant etiā illas sup bꝛachia eleuatas ad significandū ꝙ ope debent charitatem ostendere: quā gerūt in mente. ꝙ manus eſſi et bꝛachia charitas cōgrue designatur: non aūt replicatas a dextris et a sinistris ꝓut facit sacerdos ad insinuandam dissimilitudinē ptātis et officioꝝ suoꝝ. Subdyaconus tamē epistolam lectur⁹ tanq̄ officio suo functur⁹ illā deponit. ipse nāq; ex officio suo veterem legē repꝛesentat. Unde ⁊ epla q̄q; de veteri lege sumūtur sub qua nō ex amoꝛe: vt premissum est: sed ex timoꝛe seruiebatur: q; ergo illud durauit quādiu lex durauit: nō ad hoc figurandū donec epla finatur non tenet planetā q̄ amoꝛē designat. ¶ Dyaconus veꝛo euangelium legens eā nō deponit: sed iuxta modum stole stare suo officio ꝓpetentis illam sibi coaptat: quia eius officiū est doctrinam euangelicā que est lex amoris p̄dicare: ⁊ hoc est ex amoꝛe q̄ facit iugū dñi suaue: quod iugum ex quo oīa mūdana p̄muntur p stolaꝝ sup sinistrum humerū significatur. Cingitur autē planeta: id est charitate ab humero sinistro in latus dextrū vt sit ei suaue iugum dñi in ꝓsperis ⁊ in aduersis q̄ per leuā ⁊ dextraꝝ designātur tanq̄ armatus in humeris cōtra aduersa ⁊ succinctus in latere cōtra mūdi suauia seu ꝓspera. ¶ Rursus dyacon⁹ duplex gerit officiū. s. p̄dicandi populo. vnde lecturus euangeliū dicit populo. Dominꝰ vobiscū: et ministrādi sacerdoti. Nempe ꝓpter p̄dicādi officium casulā sup humerū poꝛtat: q; p̄dicatoꝛ in pñti vita opera populi poꝛtare dꝫ. qō a legali sacerdote tractū est: q̄ dū sacrificabat summitates balthei sup humeꝝ reflectebat: ꝙ eo vero ꝙ sacerdoti ministrat ⁊ q; ꝓpter instantes necessitates ire atq; redire habet dexteram habere debet expeditam ⁊ liberā. Unde in tholetano cōcilio. xxv. di. vnū. ita legit. Unum oꝛariū opoꝛtet leuitaꝝ gestare in sinistro humero ꝓpter quod oꝛat. i. ꝙ eo quod p̄dicat. Preterea subdyacon⁹ ⁊ dyacon⁹ lecturi deponunt casulas quasi. pfitētes nō esseꝫ vestem ꝓpriam: sed ob reuerentiā tēpoꝛis recipere cōmodatam. ¶ Denicq; circa finē misse dyaconus planetā induit: ad notandū ꝙ non sufficit op⁹ ex charitate incboare nisi ⁊ in charitate pficiatur. Tertio etiam dici pōt ꝙ dyaconus casulam induēs innuit se esse p̄dicatoꝛem qui in dilectione ferueat: ⁊ vite cōtemplatiue inbiet. dum vero se illa precingit: ⁊ humeꝝ duplicatā imponit: opus p̄dicationis: oꝛationis: ⁊ lectionis intromittit: ⁊ ꝓmo in necessitatib⁹ subuenit quā reflectit in dextrā cū omia refert ad summū bonū. Et sic dum casulam induit Mariam. dum p̄cingit repꝛesentat in ministerio martbā. Quarto dū dyaconus ieunioꝝ tēpoꝛe casulam sup humerū replicat quasi gladiū cōtra hostem vibrat vt dicetur in ꝓbemio tertie partis. In nouo vero testamēto oꝛdo iste ab apostolis sumpsit initiuꝝ qui septem viros bone testimonij plenos spiritu sancto dyaconos elegerūt vt iam dicetur. Uñ ⁊ sancti patꝛes decreuerunt. xciij. di. dyaconi ⁊ ca. se. vt in matrice ecclesia septem dyaconi circa altare pontifici in celebratiōe misse assistāt. Hi in apocalipsi vocātur septē angeli tuba canentes: quia illoꝝ est alta mysteria de superna inspiratōne foris resonare. Hi sunt septem candelabꝛa aurea qui christi lucem euangelij alijs ostendere debent. Hi dicuntur septem tonitrua: quia terribiliter cōmunari debent ꝙ omnis arboꝛ que non facit fructum bonuꝝ ⁊c. extra de deci. quāuis. in fi. xciij. distinc. dyaconi ⁊ ca. seqn. Hi preconis moꝛe balam admonēt ad oꝛandum: ⁊ genua flectendum. Ad eos quidem pertinet assistere sacerdotibus ⁊ ministrare in omnibus que aguntur in sacramentis xpi in baptismo. s. in crismate: in patena: ⁊ in calice. oblationes: id est hostias inferre ⁊ disponere in altari: ꝓponere etiā. i. oꝛnare mēsam dñi. i. altare atq; vestire: crucē ferre puta in ꝓcessiōib⁹: ⁊ predicare. i. legere euangelium: ⁊ apostolum: id est epistolā puta subdyacono deficiēte. xxv. di. p.

lecti extra de ōci. quāuis. in fi. Nā sicut lectoribus vetus testamentum: ita dyaconib⁹ nouum predicare idest legere preceptum est. Sicut enim dominus donec euangeliū predicauit minister fuit. Iuxta illud. Non veni ministrari sed ministrare. ita nulli magis conuenit euangelium legere q̄ dyacono qui minister interpretatur. Unde cū ordinatur ideo stolam per quam christi iugum significat accipit: q⁹ euangeliū: in quo de ipso iugo continetur lecturus est. Ad ip̄z quoq; pertinet officium precum id est dicere letanias ⁊ recitatio nominū eorum q̄ ordinādi vel etiā baptizandi sunt. Ipse p̄mouet aures adbibere ad deum cū dicit. Humiliate capita vestra deo vel humiliate vos ad benedictionem. Ipse hortatur clamare dicendo kyrieleyson in rogationibus. ipse donat pacez. s. subdyacono vel saltem cū dicit: dominus vobiscum: ⁊ annunciat festiuitates. ¶ Hec siquidem ⁊ alia plura ad eius pertinēt officium que in canonibus Die. xxiij. di. dyaconi. ⁊. c. legimus. plenius continentur. Debent etiam tanq̄ oculi episcopi cuncta circumlustrare et episcopo referre. xxiij. di. dyaconi ecclesie. ⁊. c. se. vsq; ad §. cōpagis. non tamen debent baptizare nec dominicum corpus dispensare nisi in necessitate scilicet episcopo vel presbytero absentibus ⁊ iubentibus: nec possunt calicem benedicere. Non debent etiā inter sacerdotes vel coram eis vel supra ipsos nisi eorum iussu sedere: possunt tamen in conuentu presbyterorum rogati predicare. ¶ Dyacones tenēt loca quaternionum qui apud gentiles erant.

¶ Sane sicut i canone. xxiij. di. dyaconus. legitur. dyaconus cum ordinatur solus episcopus qui eum benedicit manus suas super caput illius imponit: quia non ad sacerdotium sed ad ministerium idest ad dyaconatum cōsecratur. idest ordinatur. In actibus tamen apostolorum ita legitur. Hos statuerunt ante conspectu⁹ apostolorum ⁊ orantes imposuerunt manus super eos. In quo ostenditur non solum episcopum: verum etiam presbyteros tūc astātes debere manū super dyaconū dum ordinatur imponere. Nunquit enim pl⁹ potest peari solus episcopus q̄ plures apostoli: imponentes enim manum nō dant sanctum spiritum: sed orant vt super eos veniat. Cum igitur visus omniū donorum nō fiat i vno sed in pluribus: merito plures manus imponunt vt vnusquisq; dominum deprecetur vt partem de spiritu suo tribuat ordinando. ad instar moysi de cuius spiritu dominus dedit septuaginta viris. Ideo autem fit manus impositio super ordinandos: quia per manuum opera: per digitos spiritus sancti dona: p caput vero mentē intelligimus. Recte ergo manus imponitur: q⁹ donis spiritus sancti i mēte imbuti ad opera christi mittunt. De manu⁹ impositione subti. de episcopo dicetur. Sed cum dyacono manus imponatur. extra de sacra. non ite. c. fi. queritur quare quādo postea fit presbyter eiman⁹ imponit iterato. Resp̄ō deo q⁹ p consecrationē transit de opere ad op⁹ i. de ministerio ad dei immolationē quod sicut nec illud nisi gratia dei adiuti agere nō valemus. Suspensio vero manuum fit dum oīo sup caput effundit ordinādi. ex de sacra. non ite. ca. fi. ¶ Et nota quomā tunc ⁊ super confirmatos in frontibus ⁊ cum sal ⁊ aqua palle altaris vestes sacerdotales ⁊ huiusmodi benedicuntur: ideo manuū suspensio fit: quia virtus quedam manibus consecratis inest: que quasi suscitatur dum benedictio cū huiusmodi manuum suspensione super res effundatur benedicendas. Unde apostolus monēs discipulum inquit. Moneo te vt resuscites gratiā dei que ē in te per impositionē manuū mearum. ij. ad timo. i. ca. Ut sicut corde per effectum sic corpore per suspensionez manuū deuotio excitetur. non enim soluz in reb⁹ animatis: verum etiā in rebus inanimatis virtus cōsistit. Unū nōnulli asserunt q̄ virtute templi si quis illud ex deuotione ingreditur venialia in ea dōlentur. Rursus suspēsio huiusmodi in platōe exorcismorum potissime fit: quasi sacerdos ipso corporis actu fugādo diabolos virtute consecrationis manuum comunetur. Tertio potest dici q̄ dispensatio sacramentorum soli deo principaliter: mīstris vero ecclesie ministerialiter competit: ipsi enim nihil a se sed a principali habent agente. Quare ergo in sacramentorū dispēsatiōe vestiū vl'aq; ⁊ huiusmōi

benedictione seu ꝯsecratione aliq̃ spũalis sanctificatio ꝯfertur quã ministri ꝺ suis meritis non confisi debent ab ipso deo corde ⁊ opere postulare. cõgruũ est hec per eleuationez seu suspensionem manuũ ꝑ quas opera intelligũtur exprimi. Unꝺ treñ. iij. Leuem⁹ corda nostra cũ manib⁹. ¶ Dyaconus dalmatica vtitur vt discat occultã rationẽ sublimiũ ĩdagare. Unde in quibusdã ecclesijs ea nõ nisi in festis vtitur quia discipuli sublimia non intellexerunt: nisi postq̃ dominus est glorificatus: ⁊ vtitur ea sine alba tẽpore oblatõis ⁊ lotionis tantuz: sicut statuit Zozimus papa. xciij. di. dyacon⁹ sedeat. Ad hoc dyacono cuz ordinat̃ ĩ radit̃ sub certꝫ v̄bis stola ⁊ codex euãgelij q̃ res ⁊ verba sunt huius scr̃i substantialia: cetera sunt de solẽnitate. Jõ aũt stolã accipit qꝛ euãgeliũ qꝺ ꝑ xp̃i iugũ figurat̃ lecturus ẽ. Hoc officio vtitur qui corpus et sanguinem christi discrete dispẽsat: ⁊ q̃ ad orandũ ⁊ vigilandũ sui exemplo alios hortat̃. Christus vero hoc officiũ exercuit quãdo post cenã sacramentũ corporis ⁊ sanguinis sui ꝓprijs manibus discipulis dispensauit: ⁊ iterũ qñ apostolos hortatus est ad orandũ dicens: vigilate ⁊ orate ⁊c. ⁊ quando euangeliuz predicauit.

¶ De sacerdote. Rubrica.



Sacerdotalis ordinis institutio a veteri lege exordiũ sumpsit: dñs nãq̃ legit̃ precepisse moysi. Applica ĩq̃t fratrẽ tuuz aarõ ad te cũ filijs suis de medio filioꝝ israel vt sacerdotio mihi fungatur. Unxit ergo moyses aaron in maiorem sacerdotẽ: filios vero illi⁹ ĩ minores. Uñ ꝓpheta inq̃t. Moyses ⁊ aarõ in sacerdotib⁹ eius. i. primi ⁊ summi inter sacerdotes fuerũt Ipse tamen moyses prior fuit q̃ aaron ordine ⁊ maior administratõe. xxij. di. sacro. ĩ glo. hinc est ꝙ moyses illum ĩstruebat ⁊ tãq̃ minorẽ redarguebat. de pe. di. iij. inter hoc. sed quo ad ꝯsecratõez sacerdotalẽ pares fuerũt. Moyses autem nõ offerebat hostias: sed solum vota ꝓ ppl̃o. xxxvi. di. si q̃s vult. lxxxviij. di. decreuit. Uñ legẽ etiã sacerdotes fuisse leguntur. Unde melchisedech iustus sacerdos dei altissimi legitur extitisse: cui decimas ex oĩb⁹ spolijs abraã tanq̃ sacerdoti persoluit. Erant aũt multi mĩores sacerdotes q̃s cananeos cõiter appellabãt: ⁊ vnus erat summus sacerdos quẽ vocabãt specialiter arabarchũ Sed ⁊ dauid. xxiiij. summos sacerdotes ĩstituit: sedecĩ de eleazar ⁊ octo de ithamar: quibus tamen omnib⁹ vnuz p̃fecit quem statuit principẽ sacerdotũ ⁊ singulis per sortẽ vicis sue diuisit ebdomadas: quarũ octaua peruenit Abie: de cui⁹ genere Zacharias pater Johannis baptiste descendit. ¶ In no. q̃z test. christus maiores ⁊ minores sacerdotes constituit: videlicet. xij. apostolos ⁊ septuaginta duos discipulos ꝑ apostolos electos quos premittebat binos in omnẽ ciuitatẽ ⁊ locum quo erat ipse vẽturus. xxi. di. in noua. Sicut enim deus per moysen summos põtifices regendis populis in lege prefecit: ⁊ ad eorũ societates ⁊ operis adiumentũ sequentis ordinis viros ⁊ secunde dignitatis elegit. Naz in eleazaro ⁊ ithamar filijs aaron paterne trãsfudit plenitudinis abundantiã: vt ad hostias salutares ⁊ frequẽtioris officij sacramẽta ministeriũ sufficeret sacerdotũ. Et sicut in heremo per. lxx. viroꝝ prudentium mentes moysi spiritũ propagauit: quib⁹ ille vsus in populo innũerabiles multitudines facile gubernaret sic ⁊ christ⁹ apostolis suis discipulos addidit quib⁹ illi totum orbem sanctis predicationibus repleuerũt: sicut hec ⁊ alia in pontificali subordinatione sacerdotis habent̃. Apostolorũ itaq̃z vices maiores obtinẽt sacerdotes i. episcopi q̃ dñr sũmi. i. q. vij. accusatio. ꝺ cõ. di. v. manus. ⁊ c. de his. discipulorũ vero minores. i. presbyteri. Petrũ autẽ quasi in summuz sacerdotez elegit ei pre oĩbus claues regni celorũ tradens ⁊ ipsuz pre ceteris ponẽs caput ⁊ fidei fundamẽtũ ĩquiẽs. Tu es petr⁹ ⁊ su. hãc pe. edi. ec. me. xxi. di. ĩ nouo. Juxt̃ illꝺ ꝓphete. Pro p̃rib⁹ tuis nati sunt tibi filij ⁊c. lxviij. di. quoꝝ. Apl̃i v̄o ep̃os p̃s byteros ⁊ leuitas ordinauerũt: sicut ĩ ꝓhemio b⁹ ꝑtis dictũ ẽ. Sacerdotes ergo sunt successores. lxx. viroꝝ q̃b⁹ dñs moysi spm̃ ꝓpagauit. ⁊. lxx. discipl̃oꝝ: sicut ep̃i sũt vicarij moysi ⁊ apl̃orum. ¶ Ceterũ s̃z Jsidoꝝ. xxi. di. cleros. Presbyt

grece latine senio⁹ interpretatur nō modo ꝓ etate vel decrepita senectute: sed ꝓpter bonorem ⁊ dignitatem quā acceperunt. Senect⁹ eñ venerabilis est ⁊ cani sunt sensus bonis. extra de trāsla. quāto. ij. q. vi. anterio⁹. Unde ⁊ dñs inquit ad moysen. Congrega mihi. lxx. viros de senioribus israel quos tu nosti ꝙ senes sunt populi ⁊ magistri. Presbyter ergo ſm bie. xciij. di. legim⁹. ad ſi. nomē est ꝓ etatis. eps vero dignitatis. Porro sicut in libro numero⁹ legit. Moysi precipitur vt eligat ꝓſbyteros. i. seniores. lxxviij. di. porro. vnde in prouer. dicit. Gloria senū est canicies. Nec vero canicies sapientiā designat: de qua scriptum est. Canicies boni prudētia est. Cumq; nōgentis ⁊ eo amplius annis ab adam vsq; ad abrahā viriſſe boies legamus. nullꝰ alius ꝓmus appellatus est presbyter. i. senior niſi abrahā qui multo pauciorib⁹ ānis viriſſe cōuincit. Non ergo ꝓpter decrepitaz etatem: sed ꝓpter sapientiam presbyteri nominantur. Hinc est ꝙ illi duo iudices qui falso iudicauerūt ſuſannā presbyteri vocati ſūt. qui autē presbyteri nunc nūcupātur olim ꝓncipes populi: vt cbore: datban: ⁊ abiron: vel magiſtratus aut magiſtri tēpli: vt nicodem⁹ et gamaliel dicebant. ¶ Dicitur autem presbyter quaſi alijs viuēdi prebens iter: vel prebens beatum iter: vz populo de exilio mundi ad patriam paradiſi. de presbytero etiā sub ti. de epo dicetur. ¶ Sacerdos vero ātiſtes dictus est quia ante stat: ⁊ supra se nullū in ecclesia habet. xxi. di. cleros. Dicit quoq; sacerdos a ſacrificando: quia cōſecrat ⁊ ſanctificat Unde etiam dicit ſacerdos quaſi ſacra dans vel ſacer dux: vt ait beda ⁊ gre. i. paſtoralī li. ij. xviij. ca. Sacerdos etiam dicit iuſticie cultor. Jurta illud. Cui⁹ merito quis nos sacerdotes appellat. ff. de iuſti. ⁊ iu. l. i. In pleriſq; locis sacerdotes cappellani vocātur. Nā antiquit⁹ reges frācie ad bella ꝓcedentes cappam bti martini ſecū portabāt q̄ sub quodaz tētorio ſeruabat: qđ ab ipſa cappa dictuz est capella: ⁊ clerici in quoz cuſtodia ipſa capella erat inde capellani dicebant: ⁊ ꝓſequēter ab illis ad cūctos sacerdotes nomē illud in q̄ buſdam regionib⁹ est tranſſuſum. Sunt etiā q̄ dicunt ꝙ antiquit⁹ in expeditionib⁹ in tentoriis fiebāt domuncule de pellibus caprar⁹ ſup tectam quibus miſſe celebrabant: ⁊ inde capelle nomē tractū est. Sacerdotes vero gentilium flamines dicebantur: ſicut in ꝓhemio huiꝰ ptis dictū est. Presbyteri vices gerūt: et diliuz q̄ apud gētiles fuiſſe noſcūtur. ¶ Sane ſm canonicā traditionē pſbyter cū ordinatur epo eū benedicēte ⁊ manū benedictoriaz ſupra caput ei⁹ tenēte: ⁊ oēs presbyteri qui p̄ſentes sunt man⁹ ſuas iuxta man⁹ epi teneant ſupra caput illius ſpſi ſanctū immo cātes: que manus impoſitio operū sancti ſpūs exercitationez ſignificat. Nam p caput mens accipitur: per digitos sancti ſpūs dona. p man⁹ opera figuramus. Quare aūt fit man⁹ impositō cū facta fuerit cū in dyaconū ordinaret dictū est sub ti. de dyacono. Ungūtur etiā man⁹ pſbyteri oleo in ſui ordinatiōe. de quo in prima parte sub ti. de vnc. dictū est. ¶ Sacerdotes vicē gerunt xpi dū ꝓ petis obſecrāt: ⁊ p penitentiā recōciliant petōres. Mediatores eñ sunt inter deū ⁊ homies ꝓut in ſequēti ti. plenius oſtendet. Hi ſtolā ſup vtrūq; humeruz accipiūt: vt ex hoc ſe p arma iuſticie eſſe munitos intelligāt: ꝓut in ſe. parte sub ti. de ſtola dicet. Accipiūt quoq; de manu pontif. cis calicē cū vino ⁊ patenā cū hoſtia: quaten⁹ his ſtrumētis ptātez ſe accepiſſe cognoſcāt: placabiles hoſtias ⁊ corpus ⁊ ſanguinē xpi offerendi. Unde epus hec tribuēs dicit. Accipite ptātem offerre ſacrificiū deo miſſamq; celebrandi: tā ꝓ viuis q̄ ꝓ defunctis in noīe dñi. Hoc ordine nullꝰ in ecclesia celsior est. Episcopis tñ quedā ſupaddita est ptās ſicut in ꝓximo ti. dicetur: ⁊ in hui⁹ ptis ꝓhemio tactuz est. ne ſi eadē poteſtas paſſim penes oēs ſit obedientia ſoluat ⁊ ſcandalū generet. lxxxix. di. ad hec. ¶ Non aūt vacat a myſterio, q̄ ordinator ordinatū in ſacerdotez cōcans oſculatur. dyacon⁹ vero vel ſubdyacon⁹ ordinati cōcantes oſculant manum ordinatoris. Ratio diuerſitatis est ꝓmo: vt ꝓ hoc ordinū notetur diſtinctio: ꝓut in. iij. parte sub ti. de cōiactione ſacramēti dicet. Scōo q: pōtifex oſculando ſacerdotē denotat ꝙ ille ad eccliaſticū ordinis recipit: ꝙtū ad ſacramentū euchariſtie cō

secrandum: quod est sacramentū amoris qui ꝑ osculuz significatur. Dyaconus vero ⁊ subdyaconus nō recipiūtur ad talē equalitatez: sed ad imitationē bone operationis: q̄ ex charitate ꝓcedit: qđ ſm gre. per manus osculuz designatur. ¶ Sane ei qui in presbyterū ordinatur tradunt̄ sub certis verbis stola et casula calix cū patena: ⁊ etiā inungit̄: que res et verba sunt huiusmodi sacramēti substantia. Cetera vero p̄cedētia ⁊ sequētia de solēnitate sunt. Porro sicut ait beat⁹ augu. xxviij. di. que ipsis. sacerdotes scire debent librū sacramentoꝝ siue missale: lectionariū: antiphonarium: baptisteriū: cōpotū: canones penitētiales: psalteriū: homelias ꝑ circulū anni diebus dñicis ⁊ festiuis aptas: ex qub⁹ oībus si vnuz defuerit sacerdotis nomē vix in eo constabit. Magnus etiā dyonisius. e. di. omēs. inquit. Substātia summi sacerdotij sunt eloquia diuinitus tradita. i. vera disciplina seu scientia diuinaꝝ scripturarū. Et ꝓpheta: qꝛ tu scientiam repulisti ⁊ ego te repellaz ne sacerdotio mihi fungaris. nō debēt eſſ̄ dicere que ex officio alios đbēt docere. xxxvij. di. ecce. i. q. vij. cōuenientib⁹. ¶ De p̄missis vero libris ⁊ homelijs in ꝓhemio. vi. partis dicet̄. Item qui sint canones penitētiales: ⁊ vtrū sacerdos penitentias in illis diffinitas valeat moderari: ⁊ que sacerdotes scire oportet: diximꝰ ī aureo repertorio nostro sub ti. de pe. ⁊ re. de cōputo in finali parte dicemus. Hoc officiuz xp̄s exercuit quādo post cenā panē ⁊ vinū in corpus ⁊ sanguinem suū diuina virtute cōuertit dicens apostolis. Accipite ⁊ comedite hoc ē corpus meū ⁊c. Excellentius quoqz hoc officio vsus est cū ꝓ peccatis hūani generis seipsum in ara crucis obtulit patri idē ep̄us sacerdos ⁊ hostia: ⁊ adhuc gloriosi⁹ implet duz sedens ad dextraz patris interpellat ꝓ nobis

¶ De episcopo. Rubrica.

Propter ea q̄ specialiter officio episcopali incūbunt episcopatus inter ordines in sacris canonib⁹ cōnumeratur. xxi. di. cleros. in p̄n. extra de pur. can. quo. ⁊ de cō. ec. vel al. c. penul. Episcopi aūt nomen pl⁹ sonat oneris q̄ honoris. Nā ep̄us grece supintendēs interpretat̄ latine speculatoris officiū gerēs. xxi. di. cleros. Naz preposit⁹ in eccl̄ia speculator dictus ē. Iuxta quod dñs inq̄t ꝓphete. Filiboīs speculatorē dedi te domui israel vt plebi sibi cōmisse nō negligenter incūbat: sed vitam ⁊ mores eoꝝ ⁊ cūcta diligēter ꝓspiciat. ¶ Quia ergo ep̄us speculator est ideo ex institutione clemētis p̄mi cathedra siue locus eius in ecclesia altior est vt supintendat ⁊ populuz custodiat omēsqz cōspiciat ⁊ illū cūcti: sicut vinitori altior loc⁹ est ꝓ vinea custodienda. ob hoc inquit apl̄us. Qui ep̄atum desiderat bonū opus desiderat. viij. q. i. qui ep̄atuz. nō dicit honorē: sed opus: qm̄ ep̄s nō tam vt p̄sit q̄ vt ꝓsit eligit̄. ¶ Rursus faldistorium ep̄i spūalem iurisdictionē annexam pontificali dignitati designat: quā exercere diffiniēdo nō debet nisi ꝓ tribunali sedens: qđ ꝓbat̄ ex verbis dñi dicētis in euāgelio. Supra cathedram moysi sedent scribe ⁊ pharisei que dixerint facite ⁊c. xix. di. ſm. iij. q. vij. §. fi. Per scabellum vero tēporalis ptās significat̄: q̄ subiecta debet esse spūali: sicut ꝓbat gelasi⁹ papa. extra de ma. ⁊ obe. solite. xcvi. dist. duo. et ca. se. ⁊ Inno. iij. in sua epl̄a decretali. ⁊ a spirituali ꝑ disciplinā correctionis cōculcat̄ quādo a vero exorbitat ꝑ peccatuz. extra de iudi. nouit. lxiij. di. valentinian⁹. Unde p̄s. Donec ponam inimicos tuos sca. ped. tuoꝝ. Pontifex vero p̄nceps sacerdotū est quasi pons et via sequentiū fact⁹. xxi. dist. cleros. ipse ⁊ summus sacerdos: ipse ⁊ pontifex maximus nuncupantur: vt p̄missum est: ipse nanqz efficit sacerdotes atqz leuitas: ipse officia ⁊ ecclesiasticos ordines distribuit ⁊ disponit ⁊ p̄ordiator est in cūctis. ipse qđ vnusquisqz facere debeat ostendit. Antea aūt pontifices et reges erant ꝓut tactum est in prima parte sub ti. de con. Maioꝝ eſſ̄ hec erat cōsuetudo vt rex et sacerdos pōtifex eſſz. Uñ ⁊ romani īpatores pōtifices dicebant̄. Dicit̄ etiā p̄sul qm̄ in ꝯcilio presidet. extra de tē. ordi. ꝙ transiationē. Dicit̄ etiā antistes qꝛ ante alios stans p̄eminet ppl̄o: vel ab anti. qđ est contra qm̄ hereticis contradicit vt pastor lupis. Ordo ep̄alis

vnde processit dictum est in prohemio huius ptis. ¶ Sane cōsecratio episcopalis in qua spirit⁹ scūs digne sumenti dat̄ semp in die dominica ⁊ hora tertia fit. lxxv. di. c. i. qm̄ ipi epi vicem apostolorū obtinēt quib⁹ in die pēthe. ⁊ hora tertia spiritus sanct⁹ dat⁹ est: nō tñ pōt quis in episcopū cōsecrari die illa qua in presbyterum ordinat̄: sed ⁊ iuxta canonum statuta lxxviij. dist. si forte. episcopus cum ordinatur comprouinciales episcopi ꝯuenire debēt cū metropolitano ⁊ duo episcopi ponāt ⁊ teneant euāgeliorū codicē sup caput ⁊ ceruicē ei⁹ siue sup humeros vno sup eū fundente bñdictionē: reliqui vero oēs episcopi qui assunt manib⁹ suis caput eius tangāt. xxiij. di. epis. Siq̄dē tenetur liber sup caput ei⁹. primo vt dñs firmet euangeliū i corde ipsi⁹. secūdo vt per hoc itelligat cui labori ⁊ honori subijciatur: qꝛ oē quod hic eminet. i. omīs p̄lat⁹ plus meroꝛib⁹ afficit̄ quā honoꝛib⁹ gaudeat. xxij. di. ver. tertio ad notādū ꝙ pōd⁹ euāgelice p̄dicatōis eū circūquaq; ferre pigere nō dꝫ. q̄rto ad monēdū illū vt magꝫ solito iugo subiaceat ⁊ obediat euangelio. ¶ Triū aūt epoꝛū ad min⁹ cōputatio metropolitano p̄sentia req̄rit̄ rōe ⁊ exēplo. Ratione ne tantum bñficiū videat̄ furtiue p̄stitum vt ꝓ illo pariter p̄ces ad deū effundāt. Et exemplo qꝛ ⁊ iacob⁹ frater dñi a petro iacobo ⁊ iohāne apostolis ordinat⁹ ē eps hierosolymitan⁹. lxvi. di. porro. ¶ Man⁹ v̄o ipositio sumpsit exordium ab isaac qui dum iacob bñdixit imposuit sibi manum: ⁊ moyses iosue cum eum populo prefecit: ⁊ dominus apostolis cum eos principes mūdi cōstituit. Sed ⁊ ipsi apostoli ꝑ manus impositionē spiritum sanctum dederunt. De manus impositione dictum est sub ti. de dyacono. ¶ Ceteruꝫ circa episcopi ordinationē sciēdū est ꝙ ipse sabbato hora vespertina examinat̄ de moꝛib⁹ ⁊ statu p̄terite vite vbi ter benedictio petitur vt sancta trinitas in ordinatione preesse monstetur. Mane vero sequenti examinatur de futura cōuersatione ⁊ fide ⁊ primitiue ecclesie institutione propter suspectos in fide moꝛibus ⁊ conditione: ⁊ vngitur caput eius ⁊ manus: de quo dictum est in prima parte sub titulo. de con. Deinde vnguntur manus eius ⁊ datur ei mitra ī capite in signum ꝙ benedictionem omniū gentium dedit illi et testamentū suuꝫ confirmauit sup caput eius. Dantur etiam ei baculus ⁊ annulus: de quibus in sequēti parte dicetur. Singula autem cuꝫ proprijs verbis traduntur ⁊ fiunt: q̄ verba ⁊ capitis ⁊ manuū vnctio ⁊ pollicū cōfirmatio baculi ⁊ annuli atq; euāgelij traditio sunt huius substantia sacramēti. Cetera solemnitatis sunt. De euangelio ⁊ baculi traditione ⁊ quare cōsecratus equū albū seu albis coopertū equitat dictuꝫ est in predicto ti. de con. Cōsecratur autem eps inter epistolam ⁊ euangelium. extra de elect. ꝙ sicut. nec potest die sue ꝯsecrationis ordies celebrare: qꝛ ipse tunc nō celebrat sed cōcelebrat principaliter celebranti. Papa tamē qui ante hymnum angelicum cōsecratur hec posset qꝛ ipse missarū solennia perficit cōsecratus. Differt aūt inter epos ⁊ sacerdotes: qꝛ lꝫ sex sint q̄ cōiter ad oēs ꝑtinēt sacerdotes: vꝫ cathetizare: baptizare: p̄dicare: cōficere soluere ac ligare: tamen ad pontificeꝫ nouē specialiter spectāt s. clericos ordinare: virgines benedicere: pontifices cōsecrare: manus imponere: basilicas dedicare: degradandos d̄ponere: sinodos celebrare: crisma conficere: vestes ⁊ vasa sacrare. ¶ Sunt et alia que ad officium episcopale pertinent: puta in fronte crismare: bñdictōnem solēnem ante pacem dare: ⁊ similia. xxv. distin. perlectis. lxviij. distin. q̄uis. Ueruntamen ⁊ maiores ⁊ minores sacerdotes cōmuniter in quibusdam vicem gerunt summi pontificis idest christi. dum videlicet pro peccatis obsecrant ⁊ per penitentiam reconciliant peccatores. Unde apostolus ait. Deus erat in christo mundum sibi reconcilians ⁊ posuit in nobis verbum reconciliationis: obsecram⁹ ergo pro christo reconciliamini deo. ¶ Mediatores enim sunt sacerdotes inter deum et homines: dum ⁊ precepta dei populo deferunt predicando: et vota deo porrigunt supplicando. quo circa tales debent existere vt ⁊ deo grati ⁊ hoībus sint accepti. Nam vt ait Alexā. papa. i. q. i. xp̄i sacerdotes q̄to digniores fuerīt tāto facili⁹ ī necessitatib⁹ ꝓ q̄b⁹ clamāt exaudiūt̄. Et sic apl's. d. Mediator ñ ē

vnius: ⁊ discordes recōciliare non potest q̄ sil' vtriusq; societatis ⁊ amicicie vinculo non est concors. Si eī is qui displicet ad ītercedēdū mittit̄ irati aīus ad deteriora prouocat̄. xlix. di. §. i. Ep̄s q̄ꝫ ⁊ sacerdos nomīe p̄s byteri intelligunt̄ sicut patet ex his q̄ ad tytū apostolus scripsit qui eūdē ⁊ episcopū ⁊ pres byterū noīauit. Qd̄ aūt idem sit episcopus ⁊ pres byter multis mōis ꝯprobat̄. Pres byteri a filijs Aaron ī veteri testamēto sumpserūt exordiū Ep̄i vero ab ip̄o aaron. q̄ v̄o vocabant̄ sacerdotes nūc pres byteri dn̄r: q̄ tunc p̄ncipes sacerdotū: nunc ep̄i noīantur. Hodie aūt iō diuersa sunt vocabula vt episcopus nō dicatur pres byter vel econtra: quoniā antiquit⁹ quādo pietati studebāt p̄s byteri ī oī loco ordinabant̄: ⁊ apud iudeos q̄ populo p̄erāt pres byteri dicebant̄: hoc nomē honoris accipiētes. Vocabantur etiā ep̄i ab illo opere qd̄ īplere videbant̄: eo q̄ cōsiderare habebant quecunq; ad pietatis cultū fuerant constituta. Hīc etiam Hiero. sic ait. xcv. di. olim. Olim idem pres byter qui ⁊ episcop⁹: ⁊ anteq̄ diaboli instinctu studia siue dissentōes ī religiōe fierēt ⁊ diceretur in pp̄lis: ego suꝫ pauli ⁊ ego suꝫ apollo: ⁊ ego cephe. cōmuni pres byterorum cōsilio ecclesie gubernabantur. Postq̄ autē vnusquisq; eos quos baptizauerat suos esse putabat non christi: in toto orbe decretuꝫ est vt vnus d̄ pres byteris superponeretur. Ep̄i ergo nouerint se magis ꝯsuetudine q̄ dispēsatione domīce veritatis pres byteris esse maiores. Aug. vero. ij. q. vij. quanq̄. dicit q̄ quāq̄ secundum vocabula. que vsus obtinuit episcopus sit pres bytero maior. Aug. tamen minor Hieronymo est. Hoc officium christus exercuit quādo manus super capita discipulorum leuans eis benedixit dicens. Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata remittuntur eis ⁊c.

¶ Incipit liber tertius de indumētis seu ornamentis ecclesie sacerdotū atq; pontificuꝫ ⁊ aliorum ministrorum. Rubrica.



In quotidiano vsu nō est vestibus sacris vtēduꝫ ad notanduꝫ q̄ sicut mutationem habitus s̄m litterā facim⁹: ita ⁊ s̄m spiritū agamus. Non ergo cum vestibus communis vite vsu pollutis in sancta sanctorū ingrediamur: sed cum cōsciētia munda ⁊ vestibus mundis ⁊ sacris dei sacramenta tractemus. d̄ con. disti. i. c. i. Unde Stephanus papa de cō. di. i. vestimenta. statuit sacris vestibus nō nisi in ecclesiasticis ⁊ deo dignis officijs vti. ⁊ Ezechie. xliiij. Non sanctificabant populū in vestibus suis. Habet ergo religio diuina alterū habitum in ecclesiasticis officijs: alium in cōi vsu vt cuncto populo christiano exemplū prebeat bone cōuersationis: quatenus loti prius sordes noui xp̄o fiāt hoīes. Exuit enim tunc sacerdos veterem hominē cum actibus suis ⁊ induit nouum qui s̄m deū creatus est. Per vestes quoq; quibus iu sacris vtimur tantuꝫ: non oīa sa sacramenta fore populo releuanda intelligimus. xlij. dist. in mādatis. §. fi. q. iij. nolite. Et nota q̄ tempore Ludouici imperatoris filij Karoli magni: episcopi ⁊ clerici cingula auro texta: exquisitas vestes ⁊ alia secularia ornamenta deposuerunt. Sacre autem vestes a veteri legi videntur assumpte. precepit eīm dominus Moysi vt faceret Aaron sacerdoti. ⁊ filijs eius vestes sanctas in gloriam ⁊ decorem: vt loti ⁊ sacris vestibus induti fungerentur officio in sacris. exo. xxviij. xxxi. xxxv. ⁊ xl. c. Docuit enim dominus Moysen per. xl. dies facere pontificalia ⁊ sacerdotalia vestimenta sacerdotibus ⁊ leuitis suis: ornamenta quoq; ⁊ lintheamina: sed ⁊ maria texuit et fecit illa in vsum ministerij tabernaculi federis. Et ecclesiastici. xlvij. dedit celebratōibus decus ⁊c. Quedam tamen ab apostolis sumuntur: sed tam ille q̄ iste virtutes designāt vel ministeriuꝫ incarnationis. ¶ Sane pontifex celebraturus exuit vestes quotidianas

ꝛ induit mundas ꝛ sacras. Et primo sandalia calciat vt sit memor dominice incaruationis. Secundo sibi imponit amictū vt motus ꝛ cogitatus fauces ꝛ linguā cohibeat: vt fiat cor mūdū spm̄ rectū ꝑcipiens ī visceribꝰ īnouatū. Tertio albā talarē: vt habeat mūdiciā carnis ꝑseuerantē. Quarto cīgulū vt īpetꝰ luxurie refrenet. Quīto stolā in signuz obediētie. Sexto tunicā iacinctinā .i. celestez cōuersationē. Septimo superinduit dalmaticā .i. sanctā religionez: ꝛ carnis mortificationem. Octauo cyrothecas vt declinet vanā gloriā. Nono annulū vt diligat sponsaz. idest ecclesiam sicut se. Decimo casulā .i. charitatē. Undecimo sudariū vt quiq̄d fragilitate vel ignorantia peccat penitētia tergat. Duodecimo pallium supponit vt ostendat se imitatorem xp̄i qui lāguores nostros tulit. Decimotertio mitraz vt sic agat ꝙ coronā mereat̄ ꝑcipere eternā. Decimoq̄rto baculū idest auctoritatē potestatis ꝛ doctrine. Et postea tapeta calcat vt terrā despicere ꝛ amare celestia discat. Omnibus autem premissis vestibus īduitur a ministris: quia ei vt vestes induat spūales angeli suffragantur: vel qꝛ vicariꝰ ē xp̄i cui angeli ministrāt ꝛ omnia seruiunt. Rursus pontifex versus aquilonem suspiciens q̄uis versus orientem seu versus altare si sit magis accommodum respicere possit: tanq̄ aduocatꝰ ꝛ pugil cuz hoste pugnaturus antiquo: vestibus sacris quasi armis īduitur iuxta apostolum vt iaz dicetur. Primo sandalia ꝓ ocreis habet: ne quid macule vel pulueris affectōnū inhereat. Scdo amictus ꝓ galea caput contegit. Tertio alba ꝓ lorica totū corpꝰ cooꝑit. Quarto cingulum pro arcu: subcingulum ꝓ pharetra assumit. ꝛ est subcingulum illud qd̄ dependet a cingulo quo stola pontificis cuz ipso cīgulo colligatur. Quīto stola collū circundat quasi hastam contra hostez vibrans. Sexto manipulo pro claua vtit̄. Septimo casula quasi clipeo tegitur. manus libro pro gladio armatur. De singulis etiaz aliter dicetur infra. ¶ Hec itaq̄z sunt arma quibus pōtifex vel sacerdos armari debet ꝯtra spirituales nequitias pugnaturus. Nam vt inquit apostolus. Arma militie nostre nō sunt carnalia: sz ad destructionē munimīnū potētia. Et in alia epistola ad eph̄. vi. capitulo. Induite vos inquit armatura dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ꝛ induti loricā iusticie ꝛ calciati pedes in ꝓparatōe euāgelij pacis in omnibus sumētes scutū fidei in quo positis omnia tela nequissimi ignea extingere: ꝛ galeam sulutis assumite ꝛ gladium spiritus quod est verbum dei. Hec quedā armatura est premissa septuplex vestis sacerdotalis significatiua septemplicis virtutis sacerdotis: ꝛ representatiua christi vestiū quibus indutus fuit tempore passionis: vt infra dicetur. Prouideat ergo diligenter episcopus: ꝛ attēdat studiose sacerdos: vt signū sine significato non ferat .i. vt vestem sine virtute non portet similis sit sepulcro a foris dealbato ītus vero omni spurcicia pleno q̄squis eniz sacris indumentis ornatur ꝛ honestis moribꝰ non induitur: q̄nto venerabilior apparet hoībus tanto redditur indignior apud deū. Pōtificalem itaq̄z gloriā non iam honor cōmendat vestium sed splendor animarū: quoniam illa que quundā carnalibus blādiebant̄ obtutibus: ea potius que in ipsis erant inttelligēda poscebāt: vt quicq̄d illa velamina in fulgore auri: in nitore gēmarū: ꝛ in multimodi operis varietate signabant hoc iā in moribus actibusq̄z clarescat: cū ꝛ apud veteres reuerentiā ipsa signationū species obtineret: ꝛ apud nos certiora sint experimēta rerū q̄ enigmata figuraꝝ: prout hec ꝛ alia in pontificali vbi agitur de episcopi ꝯsecratione legunt̄. Sic itaq̄z munitus ad certamen cōtra spiritualia nequicie in celestibus ꝛ pro sedanda in subditos iudicis ira ad altare ꝓcedit: ꝛ per confessionē: diaboli renunciat domino ꝛ seipsuz accusat. Populus vero quasi ꝓ suo pugile oraturus in ꝓfestis diebus terre prosternit̄. Dū autē ille orationes ꝛ alia recitat q̄si totis viribus cōtra diabolū pugnat. Dū dyaconus in ieiuniis ante euangeliū casulā super humerū replicat: quasi gladiū cōtra hostē vibrat. Dū epistola legitur: voce p̄conis īperatoris edicta dantur. Cātus sunt tubicine: precētores chorū regētes sunt duces exercitū ad pugnā

q.episcopus.t illis tanq̃ duplici cornu fidei inimicos ferire. Videri debet quidem subditis episcopus cornut' sicut t moyses de mõte synai descendens t duas tabulas testimonij tenẽs apparebat cornutus Aaron t filijs israel ex consortio sermonis dei. ꝓut legitur exo.xxxiij.ca. Quidam autẽ heretici mitrã et eius cornua t ep̃m illã ferentem cõdenant inducentes in fomentum sui erroris qõ Jo.ait in apo. Vidi aliam bestiaz ascendentẽ de terra t habebat cornua duo similia agno: t loq̃batur sicut draco. Due vero fimbrie posteri' dependentes spiritus t littera sunt. Per duas quoq; fimbrias seu ligulas notatur q̃ paratus esse debet tam in mystico q̃ in hystorico sacre scripture intellectu:in quarũ summitatibus sunt fimbrie rubeũ coloris denotantes eius promptitudinem ad fidei t sacre scripture defensionẽ:etiam vsq; ad sanguinis effusionem.xxv.q.i.sunt quidam.q̃ super scapulas pendẽt ad notãdũ q̃ id quod p̃dicat ore: ostendere debet opere:quia essi scapulis nulla pars altior est ad opus siue ad onus ferendum:ideo recte per eas opus intelligit̃. Circulus aureus qui posteriorez t anteriorẽ mitre partẽ cõplecturur:indicat q̃ ois scriba doctus in regno celoz de thesauro suo noua et vetera ꝓferre debet. Caueat ergo diligẽter episcopus ne prius velit esse magister q̃ nouerit esse discipulus.t.distin.miserũ.extra de elec.cum in magistrũ.de renũ.post trãslationem.t ca.nisi.ne si cecus cecũ duxerit ambo in foueam cadant. Scriptum est essi. per ꝓpheram. Tu scientiã repulisti t ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi.xxxviij.dist. omnes.t in predicto.ca.nisi. Non incompetenter etiam mitra que in altum de sui forma ꝓducitur:altitudinez sapientie designat. Debet enim episcopus sic subditos scientia excellere vt ipsius comparatione ceteri merito grer dicantur.xxv.di.§.nunc autẽ.i.q.i. vigilantissimus.t.q.vij.conuenientibus. Due pendule ex posteriori parte duplicez designant memoriam. Prima est actuum diuinoz: ne celebrando eam contemnens puniatur. Unde et in veteri testamento sacrificiũ oblaturus ambiebatur tintinabulis:vt per eozum sonitum reciperetur dignus:vel repelleretur indign' ab angelo ad custodiam templi posito.xliij. distin.ca.i. Secunda est peccatorum suoruz vt de illis compungatur.de pe.di.iij. iudas. Mitra etiam:quia quandoq; linea est t alba castitatis candorem mundiciamq; significat. Unde hoc ornamentum multum capiti necessarium erat:in quo quinq; sensus corporis vigent:quib' corruptis facile castitas violatur. ¶ Sunt etiam nonulli dicentes q̃ mitra pontificis spineam coronam significat.t inde est q̃ dyacon' in officio misse in quo pontifex christum in passione figurat mitram illi imponit t deponit:qz ipse ex officio suo habet euangeliuz legere:in quo christus spinis legitur coronatus. Duo cornua sũt duo charitatis precepta. Pontifex igitur mitram accipit intelligens q̃ quinq; sensus a mundi illecebris custodire debet:vt duoz testamẽtorum precepta seruet:et duo charitatis precepta impleat vt coronam percipere mereatur eternam. ¶ Ceteri vero sacerdotes t clerici generaliter caput contegunt nullo ornamento:licet in festis sint in toto alio corpore subornati.tum quia nondum est plenum gaudiũ nostrum: gaudemus enim non in re presentium:sed in spe futurorum. tum quia ad hoc tendimus vt deum nuda facie ꝓtemplemur. ¶ Sane mitra auriffrisiata vtenduz est a pascha vsq; ad aduentuz.t a natiuitate domini vsq; ad septuagesimaz in omnibus festis duplicibus:et nouem lectionum totius anni:nisi in festo innocentium:ꝓut dicetur sub titulo de coloribus.t in dominicis predictorum tẽporuz:t generaliter quandocunq; Gloria in excelsis.t Te deum laudamus dicuntur. Cũ enim illa dicantur in festiuis diebus:in quib' virtutem t gaudium generale vel speciale capitis vel membrorum ad memoriam reducimus:vt dicetur in prohemio septime partis. merito tunc mitra aurofrisiata vtimur: quia aurum t gemmarum nitor gaudium representant. In diebus vero ieuniorũ non est ea vtendum vt sequitur:quia cum dies illi ordinati sint ad delenda peccata que tũc sunt ad memoriam reducenda non sunt tunc agẽda vel ferenda que gaudium:sed que potius humi-

litatem ⁊ afflictionem designant. In alijs vero temporibus regulariter nō aurifrisiata; sz simplici vtendū est. vz. ab aduentu vsqz ad natiuitatem nisi: quia dominus papa vtitur aurifrisiata domīca gaudete. ⁊ a septuagesima vsqz ad pascha. ⁊ ī dominica letare ibrlz prout dicetur sub ti. de coloribus. et etiam in quīta feria cene domini in officio misse tantuz. et in sabbato sancto in officio misse. Item in festis trium lectionum illius temporis ⁊ in omnibus vigilijs in quibus ieiuniū celebratur. et in quattuor temporibus et in rogationibus. domin⁹ tamē papa vtitur in festo scti Marci in missa tantum. Itez in officio defunctoꝝ.

¶ Illud quoqz notanduz est ꝙ romanus pōtifex in signum imperij vtitur regno. i. corona imperiali. ⁊ in signuz pontificis vtitur mitra: sed mitra sēmp vtitur et vbiqz. regno vero nō semper: nec vbiqz quia pontificis auctoritas ⁊ prior est ⁊ dignior ⁊ diffusior q̄ imperialis potestas. Sacerdotiuz eñ in populo dei regnum precessit: cū Aarō prim⁹ pontifex Saluē primū regem precesserit: ⁊ Noe nēbroth. quia sicut legitur principiuz regni nembroth extitit babylonis. vi. di. qui his ita. Noe vero edificauit altare domīo et olocausta obtulit super illud. regno quidem non vtitur nisi certis diebus ⁊ locis: ⁊ nunq̄ mitra ecclesiaz sed extra. Porro ſm ꝙ capiti. i. xp̄o conuenit: mitra pōtificis illud significat quod ꝓpheta loquens de filio dicit ad patrem. Gloria et honore coronauit eū dñs. ⁊ cō. ⁊c. Hoc est itaqz nomē quod est super nomē: vt in nomīe Jesu omne genu flectatur celestiū terrestrium ⁊c. Nam ⁊ in aurea lamina cidaris pontificalis sculptuz erat nomen domini tetagrāmaton: cui⁹ mysteriū declarabim⁹ in ti. de lega. indumentis. Per mitrā ergo capitis xp̄i summaz illam glorificentiam intelligimus que ꝓpter diuinitatem debetur humanitati. nam propt̄ pedem adoratur scabellum. Adorate inquit scabellum pedum eius quoniam sanctuz est.

¶ Et nota ꝙ sicut ait Zacharias papa de cōse. di. i. nullus. eps ad altare oraturus accedens seu altari assistens vel orationes ad deum effundens mitram deponit ⁊ baculuz: qr apostolus prohibet viros capite velato in ecclesia orare vt reuelata facie gloriaz domini cōtemplentur. Quādo vero ad populū se cōuertit vt illi predicet insignia cōminatōis sue resumit. vnde ⁊ Moyses causaz populi apd deum precibus: causam vero dei ad populū gladijs allegabat. xlv. disti. disciplina. ad fi.

¶ Ultimo nota ꝙ quidā epi solenniter benedicunt in missa: ⁊ altare thurificant deposita mirra. Alij vero cū mitra in capite. Primi ea ratione mouentur: quia solēniter benedicēdo vice dei funguntur. ⁊ deus per eorū mysteriū benedicit. Nume. vi. in fine vbi dicit. Inuocabunt nomen meū super filios israel: ⁊ ego benedicam eis. Altaris vero thurificatio significat oratōnes. Apoca. viij. Ascendit fum⁹ incensorum de orationib⁹ sanctorū. Quia ergo in oratōibus causaz plebis ad deū agit: ideo cuz reuerentia mitra videlicet deposita illud agere debz. Secūdi vero attendunt ꝙ benedictio ⁊ thurificatio nō sunt essentialia ad cōsecrationem corporis christi: sed ad solēnitatem pertinent: ⁊ ideo ea cū mitra agūt vt per hoc a simplicibus sacerdotibus discernātur: q̄uis eñ pl⁹ habeat eps q̄ simplex sacerdos in his que ad solennitatē pertinēt: vt in ornamentis ⁊ alijs: non tamen in his que ad cōsecrationez ipsam spectant. Sed hec ratio minus sufficiens videtur: quoniam ſm hoc mitra in missa deponeretur nisi quādo verba ad quorū prolationez fit specierū trāsubstantiatio ꝓferuntur.

De annulo. Rubrica.



Annulus ē fidei sacramentum quo christus spōsam suam sanctam ecclesiam subarrauit vt ipsa de se dicere valeat. Annulo suo subarrauit me dominus meus iesus christus: cuius custodes ⁊ pedagogi sunt episcopi ⁊ prelati annulos pro signo in testimoniū huius rei ferentes. de quibus spōsa dicit in cāticis. Inuenerūt me vigiles qui custodiūt ciuitatē. Hūc annuluz dedit pater filio reuertenti ſm illud euāgelij. Date ānulū in manu ei⁹. ex q̄ euāgelio ānuli vsus credit̄ accept⁹. Annul⁹ ergo pōtificij ītegritatē significat fidei: vt vz ecclesiā

dei sponsam sibi creditaz sicut se diligat ⁊ sobriaz ⁊ castam celesti sponso custodiat. iuxta illud. Despondi. n. vos vni viro ꝟ. ca. ex xp̄o. ⁊ se meminerit non dn̄m sed pastorē. vi. q. i. sicut alterius. De hoc spōso ⁊ spōsa Johānes euāgelista dicit. Qui habet sponsaz spōsus est; amicus autez sponsi qui stat ⁊ audit cum gaudio gaudet propter vocem sponsi. Ep̄s ergo vicarius ⁊ amicus sponsi ꝙ si vicarius est ⁊ ipse quodāmodo sponsus ē. ¶ Rursus antiqui litteras annulo sigillabant. Vn̄ ep̄s ānullū portat. qm̄ scripture mysteria ⁊ ecclesie sacramēta perfidis sigillare ⁊ humilibus reuelare debet. ¶ Porro s̄m ꝙ capiti. s. xp̄o ꝯuenit annulus digiti; donn̄ significat sancti sp̄us. Digitus. n. articularis atqꝫ distinctus spirituz sanctū insinuat. s̄m illud. digitus dei est hic. ⁊ alibi. Si ego in digito dei eijcio demonia; filij vestri in quo eijciunt. ¶ Annulus autem aureus ⁊ rotundus p̄fectionez donorum eius significat quā sine mensura xp̄s accepit; quoniā in eo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. Nā qui de sursum venit super omnes est; cui deus nō dedit sp̄uz ad mēsuram dicens. Super quē videris sp̄um sanctum descendentem ⁊ manentē super eū; hic est qui baptizat. nā requiescet sup̄ eum sp̄us sapientie ⁊ intellectus. Ipse vero de plenitudine sua s̄m differentes donationes distribuit; alij s̄m apostolū dans sermonez sciētie; alij gr̄am sanitatum; alij operationē ꝟtutum ⁊c. quod et visibilis pōtifex imitatur alios in ecclesia ꝯstituēs sacerdotes alios dyaconos alios subdyaconos ⁊ huiusmodi. non igitur ab re in episcopi digito gēmatus fulget annulus; per cuius mysterium dantur fulgida carismata gr̄arum. De ānulo spōse satis dictum est in p̄ima parte sub titulo de eccle. sacramentis.

¶ De baculo pastorali. Rubrica.



Baculus pastoralis correctionē pastoralē significat ꝓpter qd̄ a ꝯsecratore dr̄ ꝯsecrato. Accipe baculū pastoralis officij vt sis ī corrigēdis vitijs pie seuiēs. De quo dicit apostol⁹. In ꝟga veniā ad vos. Virga igr̄ pastoralis potestas ītelligit̄ sacerdotalis quaz xp̄s eis ꝯtulit qn̄ apl̄os ad p̄dicāduz misit p̄cipiens eis vt baculos tollerēt. Et moyses cū virga missus ē in egiptū. de hoc ī p̄ria p̄te dictū est in ti. de ꝯsecrationib⁹. Baculus ergo a lege ⁊ euāgelio sumit̄; qꝛ ⁊ ꝟga pastoralis ⁊ sambuca ⁊ pedū ⁊ ferula nūcupat̄. Moyses em̄ ex mandato dn̄i ꝟgā habuit q̄ terribilia fecit in celo ⁊ ī mari; qꝛ cibū de celo; potū de petra produxit; ⁊ gregem ad terraz fluentem lacte ⁊ melle minauit. Adhuc per baculuz doctrine auctoritas intelligitur. Hac. n. infirmi sustentātur; inquieti corripiuntur; errantes ad penitentiam trahunt̄. Unde ⁊ peduz vocat̄ quod est lignū recuruū quo pastores pedes retrahunt aīalium. Sane qn̄qꝫ baculus ex osse ⁊ ligno ꝯficitur; que cristallina ⁊ deaurata sperula cōiungunt̄; os superius recuruat̄; lignum inferius ferro acuitur modice tamē retunditur. Siquidem os est duritia legis; lignum mansuetudo euangelij; que duo coniuncta sunt sperula diuinitatis Jesu xp̄i. Vel os seueritas; lignuz pontificis est lenitas q̄s iungit in iudicio per charitatē. Nam seueritas vel misericordia multum destituit̄ si vna sine altera teneatur. xlv. di. disciplina. ad qd̄ significandum ferrum obtunditur; quia iudiciuz misericordia temperat̄. bacul⁹ recuruatur cū penitētes ad penitētiam reuocantur. Aliquando in recuruatura caput formatur; qm̄ ad deū conuersis vita eterna ꝓmittitur. Quādoqꝫ etiā ī curuatura scribit̄. Cū irat⁹ fueris misericordie recordaberꝫ. ne ob culpā gregis ira turbet in pastore oculū rōnis. vi. q. i. ex merito. Aliqn̄ in sperula scribit̄ hō; vt pontifex se hoīez memoret̄; ⁊ de ptāte collata nō eleuet̄. Aliqn̄ etiā iuxta ferrum scribit̄. Parce. vt in disciplina subditis p̄cat; ⁊ misericors a mīa mīam consequatur. Quod vero baculus est acutus in fine; rect⁹ in medio ⁊ retortus in summo; designat ꝙ pōtifex debet pūgere pigros; regere d̄biles sui rectitudine; ⁊ colligere vagos. xlvij. disti. §. necesse. xlviij. di. disciplina. ⁊ capl̄o. omīs. Unde versus. Collige sustēta stimla; vaga; morbida; leta. Et reddendo singula singulis versus

iste cōtinet oīa p̄missa. vl' sic. Attrahe p̄ p̄mū medio rege: pūge per imū. Roman⁹ aūt pōtifex pastorali v̄ga nō vtitur: tū ꝓpter historiam. tū ꝓpter mysticā rationē. extra de sacra vnc. capitulo vnico. in fine. Historia ē qm̄ beatus petrus apostol⁹ Marcialē discipuluz suū quē dn̄s inter discipulos cōstituit cū dixerit. Nisi efficiamini sicut paruul⁹ iste non intra ꝛc. misit cuz quibudā alijs ad p̄dicādum germanis. quo in via ad viginti dietas defūcto. Fronto collega eius redijt ad nunciandum hoc petro. Cui petrus. Accipe hunc baculum ꝛ tangens illuz dic. Surge ī noīe dn̄i et predica. Illevero in quadragesimo die atp̄e mortis illi⁹ tetigit eū ꝛ surrexit ꝛ p̄dicauit ꝛ ita petr⁹ baculū a se remouit ꝛ subditis dedit nec recuperauit. Innocētius v̄o papa tertius scripsit in eccl'ie speculo ꝙ btūs petr⁹ misit baculū suū Euchario primo treuerorꝫ episcopo: quē vna cū Ualerio ꝛ materno, ad predicāduz euangeliuz genti theutonice destinauit: cui successit ī episcopatū Matern⁹ qui per baculum petri de morte fuerat suscitatus: quem baculū vsqꝫ hodie cū magna veneratione treuerñ. ecclesia seruat. et ideo papa in illa diocesi vtit̄ baculo ꝛ nō alibi. Mystica vero est ratio: quia bacul⁹ in summitate est curu⁹ quasi ad attrahendū: quod in romano pontifice necesse non est: qꝛ nullus ab eo finaliter diuertere potest. Preterea per baculū designatur cohertio: quā quia ceteri pōtifices ab hoīe recipiūt: ideo a suis supiorib⁹ baculos recipiūt ꝛ habēt. Romanus vero pōtifex qꝛ potestatē a solo deo accipit baculū nō habet. ¶ Porro fm̄ ꝙ capiti scz xp̄o ꝯuenit virga pontificis: potestatē xp̄i significat: de qua psalmista. Virga recta siue directōis virga regni tui: quia dilexisti iustitiam et odisti iniquitatez. propter quod alibi dicit. Reges eos in virga ferrea. duricia ferri vigorem significat equitatis qua christus tanq̄ vas figuli peccatores confringet. Veruz potestas christi non solum est virga: sed baculus: quia non solum corripit sed etiam sustentat. Unde psalmus. Virga tua ꝛ baculus tuus ipsa me consolata sunt.

De sudario. Rubrica.

Expeditis nouē specialibus pontificum ornamētis aliqua de quibusdā alijs. ꝛ primo de sudario videamus: qd̄ est lineus pānus quē ministrās episcopo semper paratū habz quo ille sudorē ꝛ omnē superfluū corporis tergat humorē: significās studiū quo humanas ꝯtagiones in hac vita extergim⁹ p̄ exēpla sctōꝝ patrū quib⁹ ad pacientiā corroboramur. Sicut em̄ sudor est in corpe: sic etiā tediuz est in aīa qn̄qꝫ ex ꝯscīa peccatorū p̄mens ꝯscīe frontē. Habeam⁹ igit̄ sudariñ ex lino multis tonsionibus castigato ꝛ mūdato p̄ qd̄ mūdanos extergamus affect⁹. ꝛ etiā cū dauid ꝛ iob tristitiā abijciendo nos tergam⁹. In quibusdā ecclesijs diacon⁹ sudariū habēs illud in dextro cornu altaris deponit: vt si forte quicq̄ sordiduz accesserit illo tergatur: ꝛ sudariū sacerdotis mūdissimū maneat. ¶ Manipuli quoqꝫ pene eadez est significatio: ꝓut ibi dictū est.

¶ De pallio. Rubrica.

Consequenter aliqua de pallio subijciamus: qd̄ patriarcharū primatum ꝛ metropolitanoꝝ est propriuz: vt per illd̄ a ceteris episcopis discernantur. et priuilegiatā obtinēt dignitatē quare sub premissis ꝛ cōibus vel spālibus ornamentis minime cōtinetur. Siquidem per pallium simul vtrūqꝫ ꝛ superhumerale ꝛ rationale legalis pontificis intelligim⁹: quia em̄ super vtrūqꝫ pontificis humeruz iacet super humerale siue longeon dicitur. quia vero inde descendens in ipso pontificis pectore iungitur: ratiōale vocatur. habebat em̄ superhumerale ꝛ rationale que cathenulis aureis simul iungebantur. Sunt tamē qui dicunt ꝙ rationali nullum hodie ornamentū succedit: de quo sub titu. de lega. indu. dicetur. Alij dicunt ꝙ pallium pro aurea lamina institutum est: q̄uis probabilius videatur ꝙ aurifrisia mitre vicem lamine gerant. ¶ Sane palliū quo maiores vtuntur significat disciplinam qua seipsos ad exemplum subditorū: ꝛ etiam ipsos subditos regere ꝛ constringere debēt.

per hanc acquiritur torques aurea quaz legitime certantes accipunt. de qua dicit. Salomon in parabolis. Audi fili mi disciplinā patris tui ⁊ ne dimittas legē matris me: vt addatur gratia capiti tuo ⁊ torques collo tuo. Sicut autem torques seu brauiū nō dabatur nisi legitime certanti. iuxta illd̄ apostoli. Multi quidem currūt: sed vnus accipit brauiū. ita ⁊ ad honorem pallij nemo ascensurus est nisi qui in singulis honorū gradib⁹ legitime pri⁹ desudauerit. Nam ⁊ officia secularia nō deferunt principalē locū ingressis vestibulū actionis. lix. di. si officia. sz ex aīatis per plurimos gradus ⁊ is gradus ceteros añcellat quez labor ꝓlixior ⁊ stipēdia longiora feterūt anteire. C. de offi. ma. offi. nemo. ff. de mu. et ho. gradatiz. Super cūcta indumenta fertur vt ceteri hoc videntes ad legitimū certamē hortentur. ¶ Pontifex vero palliū dū sibi imponitur ⁊ detrahit̄ osculat̄ ad notandū summū legitime certandi desideriū ⁊ brauiū ꝓmerendi. Est aūt palliū de candida lana ꝯtextū habens circulū humeros ꝯstringentē ⁊ duas lineas ab vtraqz ꝑte. videlz ante ⁊ retro pēdētes. A sinistris ē duplex: a dextris simplex. hz quatuor cruces purpureas. s. ante ⁊ retro. a dextris ⁊ a sinistris. Infigūtur in pallio tres acus: et quedā sunt que per metropolis sine pallio agi nō possunt quo etiā nisi certis diebus vti non valz: que oīa moralibus sunt imbuta mysterijs ⁊ diuinis grauida sacramētis. Naz vt scriptura testatur. In thesauris sapientie significatio discipline. In lana quippe asperitas: in cādore benignitas designatur. Naz ecclesiastica disciplina cōtra rebelles ⁊ obstinatos seueritatē exercet: sz erga penitētes ⁊ humiles exhibz pietatē. ꝓpter qd̄ de lana nō cuiuslibet aīalis: sed ouis dūtaxat efficitur que est animal mansuetum. vnde ꝓpheta. Tanq̄ ouis ad occisionem ductus est ⁊ sicut agnus corā tondēte se nō aperuit os suū. Hinc esse ꝙ illi⁹ semiuiui vulnerib⁹ quem samaritanus duxit in stabulū ⁊ vinū adhibetur ⁊ oleum: vt per vinum mordeantur vulnera. per oleuz foueantur: quatenus qui sanandis vulneribus preest in vino morsum seueritatis adhibeat: in oleo molliciez pietatis. Hoc nimirum et per arcam tabernaculi designatur. xlv. di. disciplina in qua cum tabulis virga continetur et māna: quoniam in mente rectoris cum scripture scientia virga debet esse directionis ⁊ manna dulcedinis: vt seueritas immoderate non seuiat ⁊ pietas plus q̄ expedit non indulgeat. Item fit de vili materia. s. lana vt habeat precium non a se sed ab eo qd̄ significatur in se: vt non oculis sed menti spectabile sit: vt non ad ornanduz sed ad significandum indui intelligatur. ¶ Circulus pallij per quem humeri constringuntur est timor domini per quē opera exercentur: ne vel ad illicita defluant: vel ad superflua relaxentur: quoniam disciplina sinistram cohibet ab illicitis formidine pene. dexteram vero tēperat a superfluis iusticie amore. beatus ergo vir qui semper est pauidus. Nam iuxta sentētiam Salomonis. Timor domini peccatuz expellit. Qui vero sine timore existit iustificari nō poterit. Ideo eñ circulus pallij sub collo humeros constringit ad notandum ꝙ illū ferēs debet esse idē opere et sermone. ¶ Duas vero lineas quarum vna post dorsum ⁊ altera progreditur ante pectus: huius vite curas et sollicitudines significare putamus: q̄bus ⁊ cor et hūeri pontificis sic sepissime grauantur ⁊ impediuntur: vt a proprio statu euz auertant: ⁊ vana quedam et transitoria cogitare ⁊ portare compellāt. Hinc est ꝙ palliū ante ⁊ retro a dextris et a sinistris ante pect⁹ et super humeros frequenter aptatur: vt his post habitis in se ipsum sepe redire intelligatur. Actiuam quoqz et contemplatiuā vitaz significant: quas ita debz exercere prelatus: vt exemplo Moysi nunc in montē ascēdat: et ibi philosophetur cum domino: et nunc ad acstra descendat ⁊ ibi necessitatibus prouideat populorum: prouisurus attentius vt cū sepe se dederit alijs: īterdū se sibi restituat. quatenus ⁊ cū Martha circa frequēs ministerium satagat: ⁊ cū Maria verba audiat saluatoris. extra de renū. nisi ad fi. lxxx. di. decreuit. Utraqz tamē linea grauat inferius: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam. ⁊ deprimit terrena īhabitatio sensuz multa cogitantem. Palliuz duplex est in sinistra sicut

rationale: sed simplex in dextra: quia vita p̃sens que per sinistram accipit multis est subiecta molestijs: et in ea duplicitate carere non possumus. quia nunc ꝓsperis extollimur: nũc aduersis frangimur: nunc terrena petimus: nunc celestibus adhereamus: nunc carni: nunc menti seruimus: sed vita futura que per dextram significatur in vna semp est collecta q̃te quod veritas ipsa designauit cum intulit Martha martha sollicita es: et turbaris erga plurima. Porro vnus est necessariũ. Maria optimam partem elegit que non auferetur ab ea. ¶ Rursus pallium duplex est in sinistra: quatenus ad tollendas vite p̃sentis molestias prelatus fortis existat: simplex in dextra: quatenus ad obtinendam vite future quietem toto suspiret affectu. Iuxta verbum psalmiste dicentis. Unam petij a domino hãc requiram vt inhabitem in domo domini oĩb⁹ diebus vite mee. Illic enim nulla est duplicitas siue ruga. sed prosperitas sine aduersitate: gaudium sine tristicia: et felicitas sine miseria. ¶ Quattuor cruces purpuree sunt quatuor virtutes pollitice. s. iusticia: fortitudo: temperantia: et prudẽtia: que nisi in crucis christi sanguine purpurentur falsum sibi nomen virtutis vsurpant: et ad veraz beatitudinis gloriam non perducunt. Unde dñs inquit apostolis. Nisi abundauerit tristicia vestra plus q̃ scri. et phari. non intrabitis in regnũ celoz. Hec est purpura regis tincta canalib⁹: quam salomon cõmemorat in canticis canticorum. Is ergo qui pallij gloria decoratur si cupit esse quod dicitur in anteriori parte debet habere iusticiam: vt reddat vnicuiq; quod suum est. prudentiam in posteriori: vt caueat quod cuiq; nocium est. fortitudinem a sinistris: vt eũ aduersa non deprimant. temperantiã a dextris: vt eum prospera non extollant. ¶ Tres autem acus in pallio infiguntur: sez ante pectus et super sinistrum humerũ: et post terguz non ad pungendum. i. non ꝓpter huius vite punctionis: sed ad planetam palliũq; iungẽ duz sunt inuente. vnde quedam ansule antiq; tus in planetis posite erant quibus acus inserebantur: et pallium simul cum planeta firmabant ne a suo loco pallium moueretur. Possumus tamen per tres acus: fidẽ: spem: et caritatem intelligere: sine quibus palliũ ab episcopo rite teneri non potest. Rursus tres ac⁹ cõpassionem ꝓmi administrationem officij distinctionemq; iudicij significant: quarũ prima pungit aiam per dolorem. scda per laborem. tertia per terrorẽ. prima pungebat apostolum cum dicebat: quis infirmat et ego non infirmor: quis scandalizatur et ego nõ vror. extra de renũ. nisi. Secunda cum aiebat: preter illa que extrinsecus sunt instantia mea quotidiana sollicitudo omniũ ecclesiarum. Tertia pungebat iob dicentez: si iustus vir saluabit: impi⁹ et pctor vbi apparebunt. Sup dextrũ humeruz nõ infigitur acus: qm̃ in eterna quiete nullus est afflictiõis aculeus: nullus stimulus punctionis. Absterget enim deus omnez lacrymam ab oculis sanctoz et iam non erit am. neq;. lu. neq; cla. sed neq; vl. do. quo ꝓ. transierunt. Acus vero aurea esse debet: sed ferius est acuta et superius rotunda lapidem continens preciosum: quia nimirũ bonus pastor ꝓpter curam ouium in terris affligitur: sed in celis coronabitur vbi illam preciosam margaritam habebit: de qua dominus ait in euangelio. Simile est regnuz celorum homini querenti bonas &c. inuenta vna p̃ciosa margarita dedit omia sua et comparauit eam. in pallio et cum ipso confertur pontificalis officij plenitudo. hinc est q̃ anteq̃ metropolitanus pallio decoretur nõ debet conciliũ cõuocare crisma conficere clericos in sua prouincia ordinare pontifices consecrare: vel ecclesias dedicare: nec se archiepiscopum nominare. extra de elec. q̃ sicut in fine. de post. bone. ij. ad finem. Aiunt tamen quidam q̃ extra ꝓuinciam suam inuitatus posset ordines tanq̃ simplex episcopus sine pallio celebrare. Sunt etiam qui dicunt q̃ episcopus etiam si sit talis q̃ pallio vtatur non potest dare licentiam alieno archiepiscopo vtendi pallio in dyocesi sua nisi dictus episcopus palliatus exẽptus existat: nec etiã archiep̃s in ꝓuincia sua nisi forte inuitat⁹ priuilegiũ hẽat q̃ possit vti pallio ex suaz ꝓuinciã si fuerit inuitat⁹. sz b

poti⁹ iuris ⁊ rigoris sunt q̄ curialitatis neq̄ subtiliter ītuēti aliud videtur in ep̄o palliato exempto q̄ in non exempto. sed vnus metropolitanus nō pōt cuz alteri⁹ pallio celebrare neq̄ pari rōe sepeliri ꝑ cum ꝓp̄o tm̄. extra de vsu palij. ad hoc. palliat⁹ tm̄ ad aliaz ecclesiam translat⁹ cū pallio scd̄o loco sibi cōcesso sepelitur. Itē palliatus ad aliā trāsiatus ecclesiaz nō pōt vti ibi pallio ī prima ecclesia obtento qz nō solū datur cōtemplatione ꝑsone verum etiā loci. extra d̄ postu. bōe. ij. ad fi. Hinc ē q̄ nō pōt vti eo extra ꝓuinciā sibi decretā. extra de vsu pallij cum nup. ⁊. c. ex tuaꝝ. Sed ⁊ si quis renūciet archiepiscopatui nequit vlteri⁹ pallio vti. extra de renū. ca. ad supplicationē: nec etiā pōt quis pallio nisi intra ecclesiam ⁊ in diuinis officijs vti. vnde si forte ꝓcessionaliter vel ad p̄dicandum vel ad aliquod hmōi eū ecclesiā exire cōtigerit cū pallio nō exibit. extra. e. c. i. di. i. palliū. ⁊. c. semper. Si quidez regulariter vsus pallij interdicitur nisi in solēnis dieb⁹ ⁊ qui in cuiuscūq̄ ecclesie p̄uilegijs cōtinetur. extra eo. penul. ⁊ vl. puta in festiuitatibus natalis dn̄i. sancti stephani. sancti iohānis circūcisionis: epiphanie: ramispalmarum: cene dn̄i. sabbati sanct. in tribus diebus resurrectionis: ascēsionis: pēthecostes: sancti Johānis baptiste: oīm apostoloꝝ: in quattuor festiuitatibus beate mauie. ⁊ sancti michaelis: ⁊ oīm sanctoꝝ: sancti martini qui est par apostolis: in festiuitatibus principalibus ecclesie pallio decorare in dedicationibus ecclesiarum: cōsecrationibus ep̄oꝝ: ordinationib⁹ clericoꝝ ⁊ anniuersario cōsecrationis palliati. de cōse. i. di. i. porro. quidā etiā addūt dies dn̄icas que ad resurrectionē ꝑtinent quod tamen in vsu nō est. Posset etiam dici q̄ vbicūq̄ in sua prouincia corpus alicuius sancti q̄escit metropolitan⁹ in festo eiusdem sancti: et etiam in principali festo cuiuslibet loci sue ꝓuincie ad locū illū declinans poterit pallio et sandalijs vti. In exequijs vero defunctoꝝ vel in benedictionibus nubentiū vti nō licet: nisi hoc priuilegio contineatur expressum. extra e. ca. fi. Ep̄us hosti. qui papā cōsecrat pallio vtit̄ ex institutiōe Marci pape. et etiā q̄daz ep̄i ex priuilegio speciali vt anicien̄. ⁊ q̄nq̄ eccien̄. extra de p̄sum. cum in iuuentute. Postremo sciendum est q̄ romani pōtifices qui beatū siluestrum precesserunt depinguntur tanq̄ gerentes lineas pallij circa humeros, ī uolutas. nam legalis sacerdos dum sacrificabat sūmitates balthei sup humeros reflectebat: in quo significatur q̄ illoꝝ iurisditio et potestas ꝑ palliū significat inuoluta ⁊ implicata nō libera fuit. Ipse vero ⁊ eius successores liberā ⁊ explicatam habuerunt. quare linee ipse in eis explicite ⁊ extense ante ⁊ retro dependentes depinguntur. Potest etiā dici q̄ linee ipse q̄ vt premissum est sollicitudines et curā significant: ideo a tēpore siluestri pape explicite dependent ꝓpter cōcessa sibi et successoribus tēporalia q̄ absq̄ sollicitudine ⁊ cura nequeunt possideri. xcvi. di. cōstantin⁹ Deniq̄ bruno dixit q̄ summus pontifex preter premissa ornamenta ⁊ regnū portat ⁊ purpura vtitur: ꝓut sub ti. de mitra dictuz est. nō ꝓ significatione: sed qz cōstantin⁹ imperator olim beato siluestro oīa romani imperij insignia tradidit in predicto. c. constantinus. vnde ⁊ ī magnis processionibus oīs ille apparatus romano pontifici exhibetur qui quondam imperatoribus fieri solebat. ⁊ cū dyademate imperiali papa ipse coronatur.

¶ De quattuor colorib⁹ quibus ecclesia in ecclesiasticis vtitur indumentis. Rubrica.



Quattuor sunt principales colores q̄bus ꝑm ꝓprietates dierū sacras vestes ecclesia distinguit: alb⁹ rube⁹ niger ⁊ viridis. Nam ⁊ in legalibus indumentis quattuor colores fuisse legūtur: byssus: purpura: iacinctus: ⁊ coccus: de quibus in se. ti. dicet̄. Ecclesia etiā romana violaceo et croceo colore vtitur: vt infra dicetur. Albis indumentis vtendum est in festiuitatibus sanctoꝝ confessorum ⁊ virginuz qui martyres non sunt propter integritatem ⁊ innocentiaz. nam candidi facti sunt nazarei eius: ⁊ ambulabunt mecuz in albis: virgines enim sunt ⁊ sequūtur agnum quocunq̄ ierit. Propter eandem causam vtendum est albis

in solennitatibus angeloꝝ de quorum nitore dominus loquit̃ ad luciferũ. Ubi eras cũ me laudarent astra matutina. Itez in omnibus festis dei scẽ genitricis marie. In festo oĩm sanctorum: quidã tñ tunc rubeis vtũtur vt infra dicetur. In principali festo sancti Johan. euãgeliste. In cõuersione sancti pauli. In cathedra petri. de his etiam infra dicet̃. Itez a vigilia natiuitatis dñi vsqꝫ ad octauã epiphanie inclusiue vt dicet̃ in ꝓhemio septime partis exceptis festiuitatibus martyrũ intermedijs. In natiuitate saluatoris ⁊ etiã precursoris: qm̃ vterqꝫ natus ẽ mũdus. i. carẽs origiali peccato. Ascẽdit em̃ dñs nubem leuem. i. assumpsit carnem a pctis ĩmunẽ: ⁊ intrauit egyptum. i. venit in mundũ: iuxta illud qđ angel' inquit ad virginẽ. Spũs sctũs supueniet ĩ te ⁊ vir. al. ob. tibi ⁊c. Johãnes aũt ⁊ si fuerit in peccato cõceptus: fuit tñ in vtero sanctificat' ꝑm illud ꝓpheticum. Anteqũ exires de vulua sanctificaui te. Et angelus inq̃t ad zachariã Spũ sancto replebitur adhuc ex vtero mr̃is sue. Item in epiphania ꝓpter splendorẽ stelle q̃ magos duxit ꝑm illud ꝓpheticuꝫ. Ambulabũt gẽtes in lumine tuo ⁊ reges in splendore ortus tui. In ipopanti ꝓpter puritatẽ marie q̃ iuxta cãticuꝫ symeonis obtulit lumẽ ad reuelationẽ gentiũ ⁊c. In cena dñi ꝓpter cõfectionẽ crismatis qđ ad mũdationẽ aĩe consecrat̃. Nã ⁊ euangelica lectio mũdiciã ꝑncipaliter in illa solennitate cõmendat: q̃ lot' est inq̃t nõ indiget nisi vt pedes lauet sed ẽ mundus totus. Et iterũ si non lauero te nõ habebis ꝑtem mecũ. Itẽ in sabbato sctõ in officio misse vsqꝫ ad octauã ascensionis inclusiue qñcunqꝫ officiũ de tpe agitur ꝑter dies rogationum ⁊ ꝑterq̃ in festis martyrum intermedijs ꝓut infra dicetur. In resurrectõe ꝓpter angelum testẽ resurrectõis nũcium q̃ apparuit stola cãdida cooptus: de quo dicit Mathe' q̃ erat aspect' eius sicut fulgur ⁊ vestimẽta eius sicut nix. ⁊ quia pueri tũc renati albas hñt vestes. In ascẽsione ꝓpter nubẽ lucidã in q̃ xp̃s ascẽdit. Nã ⁊ duo viri astiterũt iuxta illos in vestib' albis q̃ ⁊ dixerũt. Viri galilei quid hic statis ⁊c. ¶ Illud aũt notandũ est q̃ lꝫ in cõsecratione põtificis talibus sit indumẽtis vtẽdum q̃lia ꝑm diei ꝓprietatẽ cõueniũt in dedicatione tñ ecclesie semp ẽ vtendũ albis quocunqꝫ dierũ dedicatio celebret̃: qm̃ in cõsecratione põtificis cantat̃ missa de die: sed ĩ dedicatione basilice de dedicatione missa cantat̃. Nã ⁊ ecclesia virgineo noĩe nuncupat̃: iuxta illud apl̃i. Despõdi em̃ vos vni viro virginez castã exhiberi xp̃o. De qua spõsus ait in canticis. Tota pulchra es amica. m. ⁊ ma. nõ est in te. veni de libano ⁊c. Ipse tñ q̃ consectatur debet esse albis ornatus ad notãdũ q̃ omni tempore vestimẽta eius debẽt esse cãdida. i. vita eius ĩmaculata. Itẽ per octauas predictorum festorũ octauas habẽtiuꝫ vtendũ est colore albo qñ de ipsis agitur octaua. ¶ Rubeis autẽ vtendum est imdumentis in solennitatibus apostolorũ euangelistarũ ⁊ martyrum ꝓpter sanguinẽ passionis quẽ ꝓ christo fuderunt. Nam ipsi sunt q̃ venerũt ex magna tribulatione ⁊c. ꝑterq̃ in festo innocentiũ: vt iaꝫ dicet̃. Itẽ ĩ festo crucis in q̃ xp̃s sanguinẽ fudit ꝓ nobis. Unde ꝓpheta. Quare rubrũ est indumentũ tuũ sicut calcãtiũ in torculari. Sed secunduꝫ alios melius est tũc albis vti qm̃ nõ passionis sed inuentõis vel exaltatõis est festuꝫ. Itẽ a vigilia penthecostes in missa vsqꝫ ad sabbatũ post ipsum festũ inclusiue et hoc ꝓpter spiritus sancti feruorẽ q̃ sup apostolos in igneis liguis apparuit: nã apparuerunt illis dispertite lin. tanq̃ ignis ⁊c. Uñ ꝓpheta. De celo misit ignẽ in ossibus meis. Licet aũt ĩ apostoloꝝ petri ⁊ pauli martyrio rubeis sit vtendum: in conuersione tñ pauli ⁊ in cathedra petri vtenduꝫ est albis: sicut ⁊ licet in natiuitate sancti Johannis baptiste sit albis vtendũ: in decollatõe tñ ipsi' vtenduꝫ est rubeis. Cũ autẽ illius festiuitas celebratur q̃ simul est martyr ⁊ virgo martyriuꝫ virginitati prefertur: qꝛ signum est perfectissime charitatis: iuxta quod veritas ait. Maiorẽ charitatem nemo hꝫ vt. a. su. po. pro. a. suis. Quapropter ⁊ in omni cõmemoratione sanctorũ quidã rubeis indumẽtis vtuntur: alij vero vt ecclesia romana candidis: cum nõ tantũ in eadem sed de eadẽ solennitate dicat ecclesia q̃ sancti secundũ apoc. Johãnis. Stabũt in cõspectu agni amicti stolis albis ⁊ palme ĩ ma-

nibus eorum. Hinc sponsa dicit in canticis. Dilectus meus cãdid⁹ ⁊ rubicũd⁹ electus ex milibus. Candidus in cõfessorib⁹ ⁊ in v̄gini bus: rubicund⁹ in martyrib⁹ ac apostolis. hi siquidẽ ⁊ illi sunt flores rosaꝝ ⁊ lilia cõualiũ. Rursus q̄ in festo omniũ sanctorũ rubeis vtũ tur ex eo mouentur: qꝛ festuꝫ illud p̄mo in bo norez martyrũ tantũ institutum fuit. Sed re sponderi potest ꝙ ĩmo etiaꝫ in honore beate virginis ⁊ hodie ex instõe Greg. vij. festat ec clesia die illa etiaꝫ ꝓ confessoribus ⁊ virgini bus prout in .vij. parte sub ipo festo dicetur. Itẽ per octauas p̄missorum festoꝝ octauas habentiũ vtendũ est colore rubeo qñ agit̄ de octaua. Nigris vtendũ est feria sexta in para sceue: ⁊ in diebus aff lictionis ⁊ abstinẽtie ꝓ peccatis: ⁊ etiã in rogatõib⁹ sicut sub illo tra ctactu in sexta parte dicet̄: ⁊ in ꝓcessionibus quas roman⁹ põtifex nudis pedibus facit ⁊ in missis ꝓ defunctis ⁊ ab aduẽtu vsqꝫ ad vi giliam natiuitatis: ⁊ a septuagesima vsqꝫ ad sabbatũ pasche. Sponsa quippe dicit in cã ticis. Nigra sum sꝫ formosa fi. hieru. sicut ta bernacula cedar sicut pellis salomonis. No lite me cõsiderare ꝙ fusca sim: quia decolora uit me sol. In festo aũt sanctoꝝ innocentiũ q̄ dam nigris alij vero rubeis indumẽtis vten dum esse cõtendũt. Illi ꝓpter tristiciã: qꝛ vox in rama audita est ploraṫ ⁊ vlulatus multus rachel plorans filios suos ⁊c. nã ⁊ ꝓpter eã dem cãm cantica leticie subticent̄ ⁊ sine auri frisio mitra defertur. isti ꝓpter martyriuꝫ qđ p̄ncipaliter ꝯmemorãs inquit ecclesia. Sub throno dei sancti oẽs clamant. Vindica san guinẽ nostꝝ q̄ effusus est domine de⁹ noster. Sicut et in letare hierusalez propter leticiã quaꝫ aurea rosa designat romanus pontifex portat mitrã aurifrisio insignitam: sed propt̄ abstinentiaꝫ nigris vtitur indumentis. Sed ecclesia romana tunc vtit̄ violaceo colore qñ illud occurrit extra dñicam: sed in octauo ru beo. ¶ Restat ergo ꝙ in dieb⁹ ferialib⁹ ⁊ cõi bus viridib⁹ sic ĩdumẽtis vtẽdũ: qꝛ viridis co lor medi⁹ est inter albedinẽ ⁊ nigredinẽ ⁊ ru borẽ: ⁊ spãliter ĩter octauã epipha. ⁊ septua gesimã: ⁊ inter penthe. ⁊ aduentũ qñ dñicale agit̄ officiũ h̄ color exp̄mit̄. vbi dicit̄ eipri cũ nardo nard⁹ ⁊ crocus. Ad hos quattuor co lores ceteri referunt̄. s. ad rubeum colorẽ coc cineus: ad nigrũ violaceus q̄ aliter cocc⁹ vo catur: ad albũ bissin⁹: ad viridẽ croceus: quã ꝙ nõnulli rosas ad martyres: crocũ ad cõfes sores: ⁊ liliũ ad virgines referãt. De colorib⁹ etiã in fine sequẽtis tractat⁹ dicet̄. Violaceo aũt colore vti in dieb⁹ q̄bus est vsus nigri co loris non est incõueniens. Vñ ecclesia roma na vtitur colore violaceo a prima dñica ad uentus vsqꝫ ad missaꝫ vigilie natiuitatis dñi ĩclusiue: ⁊ a septuagesima vsqꝫ ad officiũ mis se vigilie pasche exclusiue quãdocũqꝫ ĩ predi ctis temporib⁹ officiũ đ tp̄e agitur exceptis quinta feria cene dñi: ⁊ sexta feria in parasce ue. In festiuitatibus vero scõꝝ que in septua gesima ⁊ in aduẽtu occurrũt nõ est nigris vl̄ violaceis vtendũ. Et ẽ intelligendũ ꝙ in sab bato sancto ĩ toto officio qđ agitur ante mis sam vtenduꝫ est violaceo colore: hoc excepto ꝙ dyaconus qui benedixit ceterum indutus dalmatica: ⁊ subdyaconus ministrans indu tus tunicella albis vtuntur: quia benedictio illa sicut ⁊ missa ad resurrectionẽ pertinet: sꝫ benedictione cerei expleta dyaconus remota dalmatica assumit planetaꝫ violacei coloris ⁊ tenet eam vsqꝫ duꝫ inchoat̄ officium misse subdyaconus vero nõ mutat vestes. Quidã etiam in dñica ramispalmarũ vtũtur albis in processione ⁊ in ramorum benedictione: duꝫ legitur euangelium: ⁊ dum cantatur. gloria laus. propter leticiam festiuitatis christo fa cte que in p̄missis cõmemoratur: sed ecclesia romana tũc semper vtitur violaceo colore: ⁊ in processione que fit in purificatõe ante mis sam pro eo ꝙ officiuꝫ illud est de anxia expe ctatione Symeonis ⁊ sapit vet⁹ testm̄. Vti tur etiam ecclesia romana violaceo colore in quattuor temporibus semptẽbris: ⁊ in vigi lijs sanctorũ in quibus est ieiuniũ quãdo mis sa est de vigilia. Et in diebus rogationũ ⁊ in missa que dicitur in die sancti Marci đ offi cio letanie. cũ enim ieiunamus carnẽ nostraꝫ crucifigentes maceramus: vt sic facta liuida christi liuorib⁹ cõformet̄: cui⁹ liuore sanati sumus. Ad qđ đsignãdũ tũc colore violaceo vti mur q̄ pallidus ⁊ quasi liuidus est. Ceterum

velamina trium coloꝝ ponũtur in altari in festo paschalis: ꝓut dictũ est ĩ parte prima sub tractatu de picturis ꝛc.

¶ De indumentis legalibus seu veteris testamenti. Rubrica.

Quoniã minus plene rem significatam humana fragilitas apprehendit si penitus rẽ significantẽ ignoret. idcirco de indumentis legalibus ad huiꝰ cecitatis ignorantiã ꝓpellendã. primo ſm hystoriã. scdo ſm allegoriã. tertio vero ſm tropologiam aliqua dicemus. Primo igitur ſm hystoriã notandum est ꝙ quattuor erant legalia indumẽta ſm mosaycaz legem tam minoribus sacerdotibus ꝙ̃ principi sacerdotũ cõia: de quibus legit̃ exo. xxviij. ca. Primũ dicebatur manastasim. qđ grece bracce. latine vero feminalia linea dici põt de bysso retorta ꝯtextũ quo vtebant̃: ꝓ eo ꝙ legitur in exo. xx. ca. in fi. Non ascendes ad altare meũ per gradus ne reuelet̃ turpitudo tua. Et ezech. xliiij. Feminalia linea erũt in lũbis eoꝝ. Scdz cathemone siue linea qđ nos sub unculaz vel albã: sed moyses abaneth appellauit. hebrei vero descendentes a babylonis emissaneam vocauerunt eratqꝫ byssinũ ꝛ duplex. Tertiũ baltheus. i. zona vel cinguluz latus quasi digitis quattuor sic reticulatꝰ vt q̃si pellis vipere videret̃. cõtextuz de bysso cocco purpura ꝛ iacincto: ꝑ que quattuor elemẽta significantur. Quartũ est thiara qđ hebrei mamphie: nos aũt infulam vel mitrã appellamus: a thidari põtificali in plurimũ differẽs quasi formaz rotunde cassidis representans. ¶ Suꝑ hec quattuor cõia: quattuor ꝓprijs indumẽtis põtifex vtebatur. Primũ erat tunica iacĩctina quã hebreus dicit vethit. grece dicit̃ poderis. latine talaris q̃ habebat ꝓ fimbrijs malagranata cũ octuaginta tintinabulis aureis interscalari modo disposita vt audiretur sonꝰ cũ põtifex ingrederet̃ sanctuariũ ne forte moreret̃. Scdm erat ephot. i. suꝑhumerale: de quattuor ꝑdictis coloribus auroqꝫ cõtextũ: sine manicis ad modũ collobij: habens aperturã in pectore quandã ad magnitudinem palmi: in qua longeon eiusdẽ mensure inserebat̃. In cuius parte superiori: vz suꝑ humeros infibulati erant auro duo lapides onichini q̃bus duodecĩ noĩa filioꝝ israel erãt insculpta. sex in vno ꝛ sex in altero. Qđ autez samuel ꝛ dauid induti legũt̃ ephot: illud erat lineũ: ꝛ ꝓprie quidẽ ephotar dicebat̃. Tertiũ hebraice dicebat̃ hesen. grece longeon. latĩe vero rõnale vocatur qđ pontifex ferebat ĩ pectore. Dictũ ẽ aũt rõnale iudicij: qꝛ ibi erat lapis in cuiꝰ splendore sibi deũ esse ꝓpitium cognoscebant. Erat aũt rõnale quadrãgulũ duplex in modũ vniꝰ palmi: de quattuor ꝑdictis coloribꝰ auroqꝫ ꝯtextũ hñs duodecĩ lapides ꝑ quattuor ordines. In primo sardiũ: thopasium ꝛ smaragdũ. In scdo carbunculũ: saphiruz: ꝛ iaspidẽ. In tertõ liguriũ: achatẽ: ꝛ amatistum. In quarto crisolitũ: onichinuz: ꝛ berillum: in quibus erãt scripta duodecim noĩa filioꝝ israel. in singl̃is singula iuxta ordinẽ sue natiuitatis. Erant etiã in eo scripta hec duo noĩa: purim: ꝛ thiamin. i. veritas ꝛ disciplina. Inferebatur aũt longeon suꝑhumerali a ꝑte superiori ꝑ duos ãnulos ꝛ duas cathenulas aureas ĩmissas duobus vncinis qui sub duobus ꝑdictis onichinis ꝛ suꝑhumerali continebant infixi. ab inferiori vero parte ꝑ duos annulos aureos cũ duobus iũcturis siue cathenis iacinthinis colligebat̃ ephot. Quartuz ꝛ vltimũ erat capitis ornamentũ: vz thiara seu tidaris in acutũ ꝓcedẽs hñs circulũ aureũ cũ malogranatis ꝛ floribꝰ ex qua supra frõtẽ pẽdebat aurea lamĩa quã petalũ dicũt ad modum lune dimidie. in qua scriptuz erat anoth adonai. i. sanctuz nomẽ dñi. tetagrãmaton. i. quattuor litterarũ: vt infra dicetur. Ne vero cũ mouebatur pontifex moueret̃ et lamina ligabatur vitta seu iũctura iacinthina ꝑspicua que summitates posterius diffundebat. Noster ergo pontifex pro femĩalibus habet sandalia: pro linea albam: pro baltheo cinguluz: pro poderi tunicam: pro ephot amictum vel stolam: pro longeon: pallium: pro tidari seu thiara mitram: ꝓ lamina crucem: ꝛ quedam ex his diuersam habent formam ab illis ſm eandem figuram. ¶ Secundo dicamus de typo dictorum legalium indumentorum ſm

allegoriam. Sane his vestibus ornat⁹ pontifex toti⁹ orbis p̄ferebat imaginē. Feminalia nanq; byssina terrā congrue figurabāt: qr byssus de terra ꝓcedit. Est eñ byssus linum egyptiacū. Balthei cū vittis ⁊ vasculis circū uolutionē oceani designabāt. Tunica iacinthina ipso colore aera p̄ferebat. Per tinthinabula sonitus tonitruoꝝ. Per malogranata choruscationes fulgurū signabant. Quattuor minoris sacerdotis ⁊ quattuor sūmi pōtificis indumenta: quattuor microcosmi ⁊ q̄ttuor macrocosmi partes ipso nūero designabant. i. quattuor humores ⁊ quattuor elemēta. Ephot sui varietate celū sidereū ostendebat. Qđ autē aurū erat intextū coloribus: figurabat ꝙ calor vitalis penetrat vniuersa. duo lapides onichini solem ⁊ lunā vel duo hemisperia designabāt. In rōnali vero duodecim gēme pectorales: duodecim signa in zodiaco preferebāt. Rationale quidē erat ī medio: qr rōne plena sunt vniuersa terrena ⁊ q̄ celestibus herent. īmo rō terrenoꝝ ⁊ tēpoꝝ caloris ⁊ frigoris ⁊ duplex īter vtrūq; tēperies de celi cursu ⁊ rōne descēdit. Per annulos cathenulas ⁊ vncinos elemētoꝝ humoꝝ ⁊ temporum colligamēta significabātur. Tidaris celum empireū: lamina supposita deū p̄figurabat oībus p̄sidentem. Hanc quidē allegoriam libri sapientie. ca. xviij. cōfirmat auctoritas dicens. In veste eñ pōderis quā habebat: tot⁹ erat orbis terraꝝ ⁊ parentū magnalia in quattuor lapidū ordinib⁹ erāt sculpta ⁊ magnificentia tua in diademate capitis illi⁹ erat scripta. ¶ Tertio subijcienda est expositio indumentoꝝ legaliū ſm tropologiaz. his siquidē indumētis legalis sacerdos hoc ordine induebatur. lotis nāq; prius manib⁹ ⁊ pedibus prius induebat manastasim. i. feminalia: significans ꝙ sacerdos mūdatis operib⁹ ⁊ affectibus lachrymis penitētie debet assumere cōtinentiā vt offerat hostiā īmaculatā sanctā deo placentem. Noster tñ pontifex qr iugem debet habere cōtinentiā nō īduit in sacrificio feminalia sz sandalia: ac si dicat. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet: sz est mūdus tot⁹. Per manus eñ opera designātur ſm illud. Benedictus domin⁹ deus me⁹ qui do. ma. me. ad p̄. ⁊ di. me. ad bel. Per pedes significantur affectus ſm illud. Excutite puluerē de pedibus vestris. Et est notanduz ꝙ ipsemet sacerdos sibi feminalia induebat ꝑ que virginalis cōtinentia significabat: que qñ res est ꝯsilij nō p̄cepti. xxviij. q. i. sicut eñ. xxxiiij. q. v. qui sitit. ideo ipsemet sibi imponebat. Juxta illud apl'i ad corinth. xiij. c. De virginibus p̄ceptū dñi nō habeo: ꝯsiliuz aūt do. Et dñs in euāgelio. Qui pōt capere capiat. Hoc indumentū alternatim induebant sacerdotes qñ ad iugem cōtinentiā nō ita tenebātur sicut ministri noui test. ideoq; ſm quosdā huic indumento nullū hodie respondet. Secūdo induebat cathemone. i. lineā significās ꝙ sacerdos debet induere innocentiā vt qđ sibi nō vult fieri alijs ne faciat. Linū eñ ꝓpter candorē significat īnocentiā: ſm illud. Omni tēpore vestimenta tua sint candida. Tertio cingebat se baltheo significās castitatē quo circa lumbos debet accingi vt restringat canis cōcupiscentiam. Unde veritas ait. Sint lumbi vestri pre. ⁊ lu. ar. in ma. ve. Baltheuz aūt qđ ꝯtextū erat ex quattuor ꝓut superius dictum est: significabat ꝙ omēs motus surgentes ex quattuor humoribus siue ex quattuor elementis debet refrenare. ꝓuer. vlt. Et cingulum tradidit cananeo. ⁊ Jsa. ix. c. Erit iusticia cingulū lūboꝝ eius. Per iusticiā eniz refrenātur hmōi motus bestiales. pendebāt aūt vsq; ad pedes: qr vsq; ad finem vite debebat esse mūdus. Quarto induebat tunicā poderi. i. talarē: significans ꝙ pontifex debet induere ꝑseuerantiam: quia q̄ perseuerauerit vsq; in fi. hic saluus erit. Per talū eni. i. ꝑ extremitatē ꝑseuerantia designatur. ſm illud. Ipsa cōteret caput tuū ⁊ tu in ca. ei⁹. Dependebant aūt ꝓ fimbrijs malogranata cū tintinabulis aureis. per malogranatum intelligitur operatio. per tintinabuluz aureū accipit p̄dicatio. que duo debēt in sacerdote cōiungi ne sine illis ingrediēs sanctuariū in ꝯspectu dñi moriatur. cepit eī iesus facere ⁊ docere sacerdotibus relinquens exemplum vt sequantur vestigia eius, qui peccatum nō fecit vt sit honestas in cōuersatione: nec inuentus est dol⁹ in ore ei⁹: vt sit veritas in p̄dicatiōe. Per tin-

thinabula quoqꝫ intelligitur vox predicatoris: ne vz sacerdos per silentium iudicium superni inspectoris offendat. per malogranata exemplum bone vite vel voluntas martyrij: quia huiusmodi granis reficiuntur infirmi. sacerdos autē ſm Gre. xliij. di. sit rector. ingrediens moritur: vel egrediēs moritur si de eo sonitus nō audiatur: quia iram circa se oculti iudicis exigit si sine p̄dicationis sonitu incedit. apte ergo tinthinabula vestimētis illius describūtur inserta. per vestimenta etenim sacerdotis quid aliud q̄ recta opa recipere debemus Juxta illud ꝓphete. Sacerdotes tui induātur iusticiā. Vestimentis itaqꝫ illi⁹ tinthinabula inherent vt vite viam cū lingue sonitu ipsa quoqꝫ sacerdotis opera clamēt. iteruz tinthinabulis malapunica ꝯiungūtur. q̄d ꝑ malapunica nisi fidei vnitas designat̄: naz sicut in malopunico vno exterius cortice multa interius grana vniūtur: sic innumeros sancte ecclesie ppl'os vnitas fidei contegit quos intus diuersitas meritoꝝ tenet. Quīto induebat ephot. i. superhumerale significās q̄ pōtifex debet induere patientiam: vt in patiētia sua possideat aīam suam. humeris enī onera portamus ſm illud. Supposuit humerū suū ad supportādū ⁊ factus est tributis seruiens. habebat autē duas oras ꝯiunctas in vtroqꝫ latere summitatū significans q̄ pontifex debet habere arma iusticie a dextris ⁊ sinistris vt non erigatur ꝓsperis: nec deprimatur aduersis. habebat ⁊ duos lapides onichinos insertos humeris in quib⁹ sculpta erant. xij. nomina filioꝝ israel: sex in vno ⁊ sex in alio. Per duos onichinos significant̄ veritas ⁊ sinceritas. sinceritas per claritatem. veritas per soliditatē. per filios israel significantur sancta desideria ⁊ iusta opera ſm illud. Maledict⁹ homo qui non reliquerit semen in israel. ꝑ senarium significatur ꝑfectio: eo q̄ domin⁹ sexto die perfecit celum ⁊ terram: ⁊ oēm ornatū eoꝝ. q̄ ergo sex nomina filiorum israel sculpta erant in vno lapide ⁊ sex in alio: significabat q̄ desideria sacerdotis ⁊ opera cōfici debent non in fermento malicie et nequicie: sed in azi. sinceri. ⁊ veri. vt sinceritas informet intentionem ⁊ veritas finem. Gregorius ait in pastorali. xiij ca. q̄ suꝑhumerale ex auro hiacyncto purpura coccoqꝫ bisteto ⁊ bysso retorta fieri precipitur vt quāta sacerdos clarescere virtutū diuersitate debeat demonstratur. in sacerdotis quippe habitu ante oīa aurum fulget vt in eo intellectus sapientie p̄ncipaliter eniteat: cui hiacynct⁹ aereo colore splendens adiungitur vt oīe per q̄d intelligendo penetrat nō ad fauores infimos: sed ad amorem celestiū surgat: ne dum suis incautis laudib⁹ capitur: ipso etiā veritatis intellectu euacuetur. auro quoqꝫ ⁊ hiacyncto purpura ꝑmiscetur vt sacerdotale cor cū summa que predicat sperat in semetipso suggestiones viciorū reprimet eisqꝫ velut ex regia potestate cōtradicat. auro aūt hiacyncto bysso ac purpure bistinctus coccus adiungitur: vt ante interni iudicis oculos omniū virtutū bona ex charitate decorētur ⁊ cuncta q̄ coram hominibus rutilant hec in cōspectu oculti iudicis flāma intimi amoris accedat: que scz charitas qꝛ deū simul ⁊ ꝓximū diligit quasi ex duplici tinctura fulgescit: sed cū mēs ad charitatis p̄cepta tenditur: restat vt per abstinentiā caro maceretur. vnde in bistincto cocco torta byssus adiungitur. de terra eñ byssus nitenti specie oritur. ⁊ quid per byssum nisi cadens decore mūdicie corporalis castitas designatur: que vz torta pulcritudini superhumeralis inectitur: quia tunc castimonia ad ꝑfectum mūdicie cādorem ducitur cū per abstinentiā caro fatigatur. cūqꝫ inter virtutes ceteras etiam afflicte carnis meritū ꝓficit quasi in diuersa suꝑhūeralis spē byssus torta candescit. Sexto īduebat longeon. i. rōnale significans q̄ pontifex debet induere discretionē ꝑ quā discernat inter lucem ⁊ tenebras: inter dextraz ⁊ sinistrā: quia non est cōuentio lucis ad tenebras neqꝫ christi ad belial. de pe. dist. i. §. hoc idem. erat autem rationale quadrāgulum significans: q̄d debet discernere inter quattuor: scilicet inter verum ⁊ falsum: ne deuiet in credendis inter bonū ⁊ maluz ne deuiet in agendis. Erat et duplex: quia debet discernere ꝓ duobus ꝓ se vz ⁊ populo: ne ⁊ si cecus cecū duxerit ambo in foueam cadant. habebat ⁊ quattuor ordines lapidum significans q̄ pontifex debet

hēre quattuor virtutes prīcipales.s. iusticiā: fortitudinem:prudentiam:ꝛ temperantiam. In singulis autē ordinibus habebat tres lapides significans ꝙ pontifex in primo debet habere fidem spem ꝛ charitatem. in secundo modestiam: mansuetudinez:ꝛ benignitatez. in tertio pacē ꝛ misericordiaz ꝛ largitatez.in quarto vigilantiā:sollicitudinē: ꝛ longanimitatez. Per lapides eñ figurantur virtutes ſm illud. Alius edificat aurum ꝛ argentuz et lapides preciosos:habebat ꝛ duas cathenulas auri purissimi sibi inuicē coherentes que duobus inserebantur vncinis significans ꝙ pontifex debet habere duos charitatis affectus ad deum:scilicet ꝛ ad proximuz: de quibus precipitur diliges deuz tuū ex corde tuo ꝛ ꝓximuz tuū sicut teipsum.sicut eñ aurū p̄eminet vniuersis metallis: ita charitas precellit vniuersas virtutes:de qua dicit apostolus Maior horuz est charitas.duo vncini sunt ītentio ꝛ finis quib⁹ cathenule inserunt̄:vt taz deum ꝙ ꝓximuz diligat ex corde puro ꝛ conscientia bona ꝛ fide non ficta:tam deum ꝙ ꝓximuz diligat ꝓpter beatitudinem:deum ꝓpter semetipsum diligat:ꝛ ꝓximū ꝓpter deū. Portabat autez Aaron rationale iudicij: in quo descripta erāt duodecim nomina ꝓphetarum:prout dictum est in prima parte sub'titulo de picturis:quod ſm grego.in pastorali libro in ca.xij.bene rationale iudicij vocatur: quia rector debet subtili semper examine bona malaqz discernere.et que vel quibus quādo ꝛ qualiter congruant studiose cogitare:nihilqz proprium querere:sed sua comoda propinquorum bona deputare. Unde in exo.scriptum est. Pones autē in rationali iudicij doctrinam ꝛ veritatē q̄ erunt in pectore aaron quādo ingredietur coram domīo ꝛ gestabit iudicium filioꝝ israel in pectore suo in conspectu domini semper. Sacerdotem quippe iudicium filioꝝ israel in pectore suo coram conspectu domini gestare est subiectoruz causas pro sola interni iudicis intentione discutere. Quidam autez dixerunt ꝙ rationali nullū respondet hodie ornamentum:quoniā non habemus copiam lapidum precioſoꝝ:sed ad instar illius defert pontifex in cōsecratione sua textum euangelij ante pectus coraz toto populo.ibi eñ scriptum erat:doctrina ꝛ veritas ꝛ ep̄s debet hēre in corde veritatem euāgelij ꝛ ī ore doctrinā q̄tū ad manifestationē:ꝛ hec potest esse causa quare in quibusdaz ecclesijs postes codicis euangelici ex auro ꝛ argento ꝛ lapidibus preciosis ornantur. Est etiam ꝛ alia ratio:quia in illo rutilat aurū sapiētie: argentum eloquentie:ꝛ miraculoꝝ lapides preciosi.xxxix.di.§.hinc etiam. He sūt sponse murenule auree argēto vermiculate. Septimū ꝛ supremuz capitis ornamentū erat thidaris vel thiara:quam vltimo pontifex assumebat significans humilitatem:de qua domin⁹ ait. Omnis qui se exaltat humiliabitur:ꝛ q̄ se humiliat exaltabitur. Hanc autē gestabat in capite significans ꝙ pontifex debet gerere humilitatem in mente exemplo capitis nostri dicentis. Discite a me quia mitis suz ꝛ humilis corde. Per caput eñ mens intelligitur:ſm illud. Unge caput tuū ꝛ faciem tuā laua. Rursus thiara in minoribus sacerdotibus significat cōtinentiā quinqz sensuū:in maioribus vero contemplationem.debent eñ esse contemplatiui. De thidari dependebat a fronte lamina aurea significans sapientiā.vel figurabat signū crucis quod fit in officio ꝯfirmationis: in qua scriptum erat nomen domini tetragramaton.i.quattuor litteraruz que sunt he ioth eth ꝛ vau.i.principium vite passionis iste:ꝓut dictum est in prohemio secūde partis.ac si apertius diceretur. Ille cuius pōtifex iste gerit personam.s.xp̄us est principium.i. auctor vite passionis.i.vite restaurate ꝑ passionem: quia mortem nostram moriendo destruxit et vitam nostram resurgendo reparauit. Erant autē hec indumenta pro maiori parte contexta opere polimito.i.vario ꝓpter varietatem virtutis:de qua dicit psalmigraphus. Astitit regina a dextris tuis in vest.deau.cir.va.ꝛ ex quattuor:preciosis coloribus.s.purpura:cocco:bysso:ꝛ hiacyncto. Per purpurā regie dignitatis significatur pontificalis potestas:q̄ via regia debet īcedere ne declinet ad dextrā vel deuiet ad sinistrā:ne liget dignos aut soluat indignos. Per purpuram quoqz aqua significatur:quia in conchis marinis habitant

vermes qui eam egerunt. Per coccum coloris ignei significat pontificalis doctrina que sicut ignis lucere debet: ꝛ vrere ꝓpter quod ꝛ bistinctus fuisse narratur. lucere quidez debz per ꝓmissionē vt omnis qui reliquerit domū patrem ꝛ matrem ꝛc. centuplū accipiet ꝛ vitā eternam possidebit. vrere debet per cōminationem: vt oīs arbor que non fecerit fructum bonum excidetur ꝛ in ignem mittetur. Hinc est ꝙ summꝰ pōtifex cappa rubea: exteriꝰ semper appet indutꝰ cū interiꝰ sit idutꝰ cādida veste: qꝛ etiā interius candere dz per innocentiā et charitatem: ꝛ exterius rubere per compassionem vt videlicet ostendat se semper paratum ponere animam pro ouibus suis: qꝛ personam gerit illius qui pro ouibꝰ vniuersis rubrum fecit indumentum suum. Ex concessione vero Constantini imperatoris. xcvi. di. cōstātinus. ferre potest clamidem purpureā atqꝫ tunicam coccineam ꝛ oīa impalia indumēta. s. septra: signa ꝛ ornamēta. Crux quocūqꝫ ierit eum precedit ad significanduz magis ei ꝙ cuiꝙ alteri conuenire: iuxta illud apostoli. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce dñi ꝛc. vt se crucifixū imitari debere cognoscat. Rursus coccus bistinctus in veste pontificali est charitas que quasi bis tingitur dum dilectione dei ꝛ proximi coloratur. Per bissum vero cādoris eximij significatur preclaritas fame que debet esse retorta vt pontifex bonum habeat testimoniū: ꝟz apl'm. ꝛ ab his que sunt intus ꝛ ab his que sunt foris. Per iacinctū qui est coloris aere, significatur serenitas conscientie quam intra se pontifex debet habere ꝟz ꝙ dicit apostolus. Gloria nostra hec ē testimonium conscientie nostre.

¶ Liber quartꝰ de missa ꝛ singulis que in missa aguntur.



Inter cuncta ecclesie sacramenta illud constat esse precipuū qđ ī misse officio supra mensam sacratissimi celebratur altaris, illđ ecclesie repsentans conuiuiū in quo filio reuertenti pater occidit vitulū saginatuz panē vite ꝛ vinū qđ miscuit sapientia ꝓponens. Hoc autē officium ipse xp̄s instituit cum nouū condidit testamentuz disponēs heredibus suis regnum sicut pater suus sibi disposuit: vt super mensam eiꝰ edāt ꝛ bibant in regno qđ ecclesia consecrauit. Cenantibus eñ illis accepit ihs panem et gratias agens benedixit ac fregit deditqꝫ discipulis suis dicens. Accipite et comedite. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. hoc facite in meam commemorationem. Hac igitur institutione formati ceperunt apostoli sacrosanctum frequentare mysteriuz propter causam quam christus expresserat ꝛ formam seruantes in verbis et materiam tenentes in rebus: sicut apostolꝰ corinthijs protestat dicens. Ego accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dominꝰ iesus in qua no. tra. acce. panem ꝛc. Quia igitur misse officium ceteris diuinis officijs dignius et solēnius est: ideo de illo prius ꝙ de alijs officijs est in hac quarta parte dicendum in qua aliquibus additis ꝛ detractis speculum Innocentij pape tertij prosequamur. Sane vt premissum est missam instituit dominus iesus sacerdos ꝟm ordinez melchisedech quando panem et vinum in corpus et sanguinem suum transmutauit dicens. Hoc est corpus meuz. hic est sanguis meus: subiungens: hoc facite in meam commemorationez. Apostoli autem hanc missaz adauxerunt dicentes in missa non solum verba premissa verum etiam dominicam orationem superaddentes. Unde beatus petrus sic missam primus dicitur celebrasse in partibꝰ orientalibus vbi post domini passionē q̄ttuor annis cathedraz tenuit

sacerdotalez. Deinde vero accepit cathedrā antiochie vbi tres orationes ad missaz adiecit. In p̄mordio ergo nascentis ecclesie missa aliter dicebatur quā modo sicut in sexta parte sub ti. de parasceue dicet̄. sequenti vero tēpore epl̄a tm̄ ⁊ euāgelio recitatis missa celebrabatur. subsequēter. Celestinus papa instituit introituz ad missam cantari ꝓut sub introitu dicetur. Cetera diuersis temporib⁹ ab alijs papis ⁊ a gelasio celestino ⁊ Grego. et alijs diuersis temporib⁹ legūtur adiecta ꝓut xp̄iane religionis cultu crescente visa sunt decētius ꝯuenire. de hoc dicetur in ꝓhemio sexte partis. In canone d̄ ꝯse. di. i. Jacob⁹. legitur ꝙ Jacobus frater domini ep̄s hierosolymitan⁹ ⁊ Basili⁹ ep̄s cesariēsis addiderūt nobis in scripturis ordinē celebrādi missam. Item iste Jacobus alphei dicitur prim⁹ missam inter apostolos celebrasse. naz ꝓpter excellentiaz sanctitatis eius apostoli hunc sibi fecerunt honorē vt post domini ascensionez primus inter eos missam hierosolymis celebraret etiam priusq̄ esset in ep̄m ordinatus: vel forte ideo dicitur primus celebrasse qꝛ p̄mus in pontificalibus eaz dixisse ꝑhibetur: ⁊ sic petrus postmodū primus missaz in antiochia celebrauit: ⁊ marcus in alexādria. Quidam autez perfidi heretici rep̄hendunt nos: quia euāgelia ꝑ ꝑticulas lacerata in missa legimus: ⁊ quia primitiue misse vicz vltra dn̄icam orationem aliquid supaddimus. scriptū em̄ ē. Si q̄s apposuerit ad hoc apponet super illuz deus plagas scriptas in libro isto: et quia super nouū testamentum ⁊ p̄cepta apostolorū alias institutōes ⁊ nouam doctrinaz doctorū instituimus ⁊ seruamus ꝯtra illd̄ qd̄ xp̄s ait. bene irritū fecistis mandatum dei vt vestrā traditionē seruetis. ⁊ alibi. Oīs plātatio quā nō plantauit pater meus celestis eradicabitur: ⁊ apl̄us. doctrinis varijs et ꝑegrinis nolite abduci. ⁊. xij. di. de his. Itez fundamentum aliud nemo pōt ponere ꝑreter id qd̄ positum est qd̄ est xp̄s. Dicunt etiam ꝙ ecclesia xp̄i nec missam nec matutinas cātauit. nec xp̄s nec apostoli eā istituerūt: nec in tp̄e apostoloꝝ cantata fuit. nec nomen misse tunc in mundo audiebatur. nec scriptum inueniebatur: sed id quod missa representat ab euangēlistis cena vocat̄: nec ecclesia in principio nec apostolicū musicali organo nec alta nec dulci voce eaz cantabant reprehēdentes nos qꝛ hec agimus ⁊ quia nocturnos ⁊ alias canonicas horas dicimus. falso contra nos inducētes illud amos ꝓphete. Conuertam festiuitates vestras in luctuz ⁊ omnia cātica vestra in planctum. ⁊ illud ꝓpheticum: Audiunt sermones tuos ⁊ nō faciunt eos quia in canticū oris sui vertunt eos. et auaritiaz sequitur cor eorum. ⁊ est illis quasi carmen musicum cum suaui dulciqꝫ sono canitur. Illoꝝ tamē error aptissime cōfutatur ex his que in ꝓhemio. v. ꝑtis dicentur. Ruxsus in primitiua ecclesia diuina mysteria hebraice celebrabātur: sed tp̄e adriani primi imperatoris grece in orientali ecclesia xp̄ianorum primo celebrari ceperūt. porro misse officium tam prouida reperit̄ ordinatōe dispositum vt que per xp̄m ⁊ in xp̄m ex quo de celo descendit vsqꝫ dū in celū ascendit gesta sunt magna ex parte contineat ⁊ ea tam verbis q̄ signis admirabili quadam spē rep̄sentet. ipsum aūt officium in. iiij. consistit. videlz in personis in operib⁹ in verbis ⁊ in rebus. Personarū tres sunt ordines. s. celebrātes: ministrātes ⁊ circūstantes. Operuz quoqꝫ tres sunt spēs vz gest⁹: actus ⁊ mot⁹. Verborum etiā tres sunt diuersitates. s. oratōes: modulationēs ⁊ lectōes. Rerū similiter tres sunt maneries. s. ornamenta: instrumenta et elementa. siquidem hec oīa plena sunt diuīs mysterijs sicut in prohemio libri dictum fuit.

¶ Sane olim templuz erat in duas partes interposito velo diuisuz. pars prior vocabatur sancta: interior vero sancta sanctorū. quic quia ergo in officio misse ante secreta agitur quasi in ede priori est. quod autem in secreta agitur intra sancta sanctorum est. Erunt igitur intra sancta sanctoruz ara incensi arca testamenti tabula super arcam prout in prima parte sub titu. de ecclesia ⁊ de altari dictum est. ⁊ in exo. habetur. ⁊ supra tabulaz duo cherubin gl̄ie mutuo vultu sese respiciētia. Huc intrabat solus pontifex semel in anno habēs nomina patrum in rationali ⁊ superhumerali scripta ferens sanguinem ⁊ carbones quos

omnes cum timiamate in thuribulo orās po
nebat donec fumus eum obumbraret. deide
tabulam ⁊ aram sanguine aspergebat: post
exibat ad populū: ⁊ vestes lauabat. nō em̄ iu-
dicabatur mūdus ante vesperam post īmola
tionem vituli ruffi: hec olim signa fuerunt sed
recesserunt postq̄ significata venerunt. Si
quidem prior edes significat presentem eccle
siam: sancta sanctoꝝ celum: pontifex xp̄m: sā
guis passionez: carbones charitatem christi:
thuribulum carnem ipsius: thus crementum
preces odoriferas: ara cohortes celi: arca xp̄z
ſm humanitatē: tabula deum patrē: duo che
rubin duo testamenta: que sese adinuicem re-
spiciunt: quia cōcordant: vestis que lauat̄ ho
minez: vespera hominis vestem significat. cō
feras ergo que olim fiebāt ⁊ q̄ christus egit:
⁊ respice quomodo minister ecclesie illa in of
ficio misse representat ⁊ agit. quid etiā hec si-
gnificent sub canone misse in principijs cuius
libet particule illius tanget̄. per arcaz quoqz
christi humilitas intelligit̄: a qua nobis per
ipsius misericordiaz omne bonū aduenit. Et
nota q̄ sicut in exo. xxv. ca. ⁊. xxxvij. legit̄. Fa
ctum est super arcam ꝓpitiatoriū aureum: id
est tabula aurea eiusdem longitudinis ⁊ lati-
tudinis cuius ⁊ arca vt eam tegere sufficeret
Et hoc dicebatur oraculum: quia domin⁹ de
loco illo responsa dabat orantibus. ¶ Dice-
batur etiam propitiatorium: quia exinde lo-
quens dominus ꝓpitiabatur populo: vel qꝛ
die ꝓpitiationis videbant gloriam dn̄i semꝑ
ibi descendere. ⁊ inde tabernaculum siue loc⁹
super posteriori parte altaris collocatus in
quo christus propitiatio nostra: id est hostia
cōsecrata seruatur hodie ꝓpitiatoriū nuncu
patur ⁊c. Ex vtraqz vero parte oraculi: scz in
duobus angulis āterioribus positi sunt duo
cherubin: qui sunt ſm Josephum duo anima-
lia volatilia habentia figuraz que a nullo ho
minuz est inspecta. Hec dicit moyses se ī dei
sede conspexisse figurata. Unus cherub alte
rum inspiciebat: versis tamen vultibus in ꝓ-
pitiatorium. duabusqz alis ex opposito expā
sis ⁊ mutuo se tangentibus velabant oracu-
lum siue tegebant propitiatoriuz. Siquidē
per propitiatorium incarnatus dominus fi-
guratur. De quo iohannes. Ipse est propitia
tio pro peccatis nostris. Duo cherubin duo
sunt testamenta: scilicet nouum ⁊ vetus. duz
ergo illa non discrepant: sed mysterium incar
nationis christi concorditer narrant illud pro
phetando istud asseuerando: in ꝓpitiatoriuz
vultum sue intentionis dirigunt ⁊ se mutuo
respiciunt. ¶ Rursus tria sunt ecclesie sacrifi-
cia que in veteri testamento per ꝓpitiatoriū:
thuribuluz ⁊ altare significata sunt: videlicet
sacrificium penitentie: iusticie: ⁊ eucharistie.
De primo. Sacrificium deo spiritus contri-
bulatus ⁊c. De secundo. Tunc acceptabis sa
crificium iusticie. De tertio Tibi sacrificabo
hostiam laudis. Super altare: scilicet corpo
ris caro mactatur ꝑ contritionem. inter thu-
ribulum: scz cordis thus adoletur ꝑ deuotio-
nez. ad ꝓpitiatorium: scz dei patris sanguis
infertur ꝓ redemptione. Hec quidem tria sa
crificia sacerdos offert in missa. primū in con
fessione. scd̄m in prefatione. tertium in actōe.
Nam hec tria sunt que ſm ꝓphetaz deus re-
spicit in homine: ⁊ requirit ab homine dilige-
re misericordiam facere iudiciū ⁊ sollicite am
bulare cum deo. Diligat ergo misericordiaz
qui vult offerre sacrificiū penitentie. faciat iu
dicium qui vult offerre sacrificium iusticie: cū
deo sollicitus ambulet qui vult offerre sacri-
ficium eucharistie. Hinc est quod ait beatus
bernardus. Fratres mei immolantes hostiā
laudis iungamus verbum verbis: sensum sen
sui: affectuz affectui: exaltationē exaltationi:
maturitatem maturitati: humilitatē humili-
tati: libertatē libertati. Celebratur⁹ ergo mis
sam offerat altissimo sacrificiuz illud: de quo
psalmista ait. Sacrificiū deo spiritus ꝯtribu
latus. ⁊ alibi. Immola deo sacrificiū laudis:
⁊ apostol⁹. Exhibete mihi corpora vestra ho
stiam viuentē sanctam deo placentē: vt sit ra-
tionabile obsequiū vestrū: mortificantes in al
tare cordis mēbra vestra que sunt sup terraz:
videlicet īmundiciā: libidinē: cōcupiscentiam
malā: ⁊ auariciā: quaten⁹ mūdo corde ⁊ casto
corpore sacrificetis deo vosmetipsos. ¶ In
sacramento autē corporis christi ſm Augu.
de cōse. dist. ij. vtrum. Nil a bono magis nil a
malo minus perficitur sacerdote: dūmodo il-

le cum ceteris in arca consistat ⁊ formam ob
seruet traditam a columba qui non in merito
sacerdotis: sed in verbo conficitur creatoris.
Aurū essi eque verum est in arca furis sicut in
thesauro regis. i. q. i. §. ex his. Vñ ⁊ cayphas
pontifex persecutor vni⁹ ⁊ verissimi sacerdo-
tis q̄uis ipse verax nō esset: quod dedit tamē
verū fuit si nō suū dedit sed dei. i. in forma ec-
clesie. i. q. i. dominus. ⁊ c. dictū: nō ergo sacer-
dotis iniquitas impedit effectuz sacramēti:
sicut nec medici infirmitas virtutem impedit
medicine. q̄uis igitur opus operans aliquā-
do sit inmunduz opus tamē operatū semper ē
mundum: ⁊ sicut omīa sunt mūda mundis: sic
omīa sunt inmunda inmundis. i. q. i. omīa. ⁊ ca.
multi. malus ergo cum vitā accepit mortem
incurrit: sic ecōtra bonus cum morte sustinet
vitam acquirit. Nam qui manducat indigne
iudicium sibi manducat. quod vero de talib⁹
ꝓpheta ait. Maledicā benedictionibus ve-
stris. Et grego. Benedictionib⁹ eoz vertit in
maledictionem: ⁊ oratio in peccatū: de preci-
sis ab ecclesia nō tolleratis seu notoriis intel-
ligitur: quoz benedictio debet q̄tum ad ip-
sos maledictio reputari: qñi ꝑm Augu. i. q. i.
q̄ quidem mali in q̄tum in eis est dicuntur sa-
cramenta polluere cū tamē illa pmaneāt im-
polluta: sunt essi bonis ad p̄miuz reprobis ad
iudicium Unde aug. i. q. i. Si fuerit spūalis
virtus sacramenti vt lux puta ab illuminādis
excipitur ad salutē: sed p̄inundos ministros
quasi per canale transiens nō coinquinatur.
Arnaldiste tñ pfidi heretici dicunt missq̄ legi
q̄ immūdis ⁊ luxuriosis ministris xp̄us spon
sam suam ecclesiā traderet custodiendaz: vel
potestatem sacroz ministeriorz peragere: vel
claues regni vel potestatem ligādi vel soluē-
di: quia illi soli: vt ait Gre. et iusti in hac carne
positi ptātem habent ligandi atq̄ soluendi.
sicut apostoli qui vitam vel fidem illoz cū
eorum doctrina tenent. vnde vt dicunt a tali-
bus sacramenta prestita nec valent nec p̄fi-
cunt ad salutez. Legitur essi in libro numeri.
Quicquid tetigerit inmundus inmundū faciet
⁊ christus. Non potest arbor mala fructū bo-
nos facere. Et dauid. peccatori aūt dixit de⁹
quare tu enarras iu. m. ⁊ tu. a. t. m. per os tuū
Et apostolus. Omnia munda mūdis coinq̄-
natis autem ⁊ infidelibus nihil est mundum.
Et grego. ī pastorali libro. i. c. x. ⁊. cxcix. di. §.
i. Dum is qui displicet ad intercedendum mit
titur irati animꝰ ad deteriora ꝓuocatur. Itē
ibidem tertio. ca. xij. Necesse est vt mūda de-
beat esse manus que diluere sordes curat: ne
tacta queq̄ ipsa sordida deterius inquinet.
¶ Celebratur autem missa hora tertia: sexta
⁊ nona. In tertia: quia ꝑm Marcū hora illa
xp̄us crucem ascendit: ⁊ linguis iudeoz̄ cru-
cifixus est clamātium. Crucifige. Et quia il-
la hora spiritus sanctus sup̄ apostolos in lin-
guis igneis descendit. de cōse. di. i. nocte. In
sexta quia illa hora ꝑm Matheum vere cru-
cifixus ⁊ īmolatus est. Et ī nona: qa hora il-
la in cruce pendēs emisit spiritū. Theleſpho
rus papa. de cōse. di. i. nocte. statuit vt missa
ante horā tertiam nō dicatur: quod de publi-
cis ⁊ popularibus missis intelligendū est: qa
sicut ait augu. de conse. di. i. ⁊ hec nō deberēt
in publico fieri ne populus a publicis que ho
ra tertia dicuntur retrahatur. Cantatur aūt
dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis hora tertia. in ꝑ festis
hora sexta. in q̄dragesima hora nona. de cōse.
di. i. solēt. ⁊. §. in ieiuniis. ⁊ etiam ex institutio
ne Pelagij pape ⁊ alioz in diebus ieiuniorz:
nō tamē oīum. In sabbatis vero ieiuniorum
quattuoz tēporz sero pōt celebrari ꝓpter or-
dines sacros qui ad dñicam sequentez ptine-
re noscūtur. Sed quia missa ī ieiunio dici de-
bet: ideo ne minꝰ ieiunēt post vesperas incho
atur: ⁊ sic vsq̄ ad noctē ieiunū ꝓtelat. lxxv.
dist. quod a patrib⁹. lxvi. di. dilectōis. de quo
in sexta pte sub sabbato paschali dicet. q̄ ve
ro missa quādoq̄ sūmo mane cantat ex cōsue
tudine nō ex ordine est. Leo tñ papa de cōse.
di. i. necesse. diluculo siue prima diei parte ad
missaz intrabat. nescio an necessitate an ratio
ne an sola vsus aplici potestate. vel de pecu-
lari missa intelligendum est. qui aūt necessi-
tate preuenūt tertiā aut offerunt post sextaz
aut nonā amore diuino ne videlz eis dies abs
q̄ sacrificio pretereat excusari possunt cū di-
scipulis qui euellebant spicas in sabbato. de
cōse. di. v. discipulos. ⁊ cum dauid qui come-
debat panes propositionis de conse. di. ij. tri-

bus: vel quia in missa fit memoria passionis: mortis: sepulture: resurrectionis ⁊ ascensiōis: ideo cantatur tot varijs horis. In tertia ī memoriam passionis ⁊ ascensionis: post sextā in memoriam mortis: post nonā in memoriā sepulture: in mane in memoriā forte resurrectionis. Asserunt etiam quidam dominū in meditulio horarum crucifixū: et ideo nunc hanc nunc illam horam positam. vnde ecclesia īter vnam horam ⁊ alteram celebrat missaz. ī die aūt natalis domini prima missa de nocte cantatur prout sub ipso festo dicetur. Ceteruz si in quadragesima occurrunt duo officia quos dies duplices vocamus: missa de festo dicit̄ in tertia ⁊ absqz genuflexione. officium vero de ieiunio dicitur in noua ⁊ cum genuflexiōe. tempore etiaz aduētus debz missa in sanctorum festiuitatibus hora tertia celebrari. verū nullus debet eadem die plures missas regl̄ariter celebrare. de ꝯse. di. i. sufficit. extra de cele. mis. te reuertente. qz xp̄s solus passus fuit. ⁊ valde felix est qui etiam vnaz digne potest celebrare. nec potest q̄s duas missas cuz vno vel vnam cuz duobus sacrificijs celebrare. e. di. tribus. sub vno tamen canone possunt plures hostie confici. nam ⁊ p̄s byter dz semp̄ hostiaz pro infirmis habere parataz. e. di. p̄s byter. potest quoqz sacerdos vnam missam cū sacrificio ⁊ aliaz siccā celebrare. missa sicca dicitur quoniaz si sacerdos nō pōt conficere: qz forte iam celebrauit: vel ob aliam causaz: pōt accepta stola epl̄am ⁊ euangeliuz legere ⁊ dicere orationez dominicā ⁊ dare benedictōez. q̄nimo si ex deuotōe non ex superstitione velit totum officium misse sine sacrificio dicere: accipiat omēs vestes sacerdotales ⁊ missam suo ordine celebret vsqz ad finem offerende: dimittens secreta que ad sacrificiū pertinēt. prefationē vero dicere potest: licet in eadē videantur angeli inuocari ad confectionez corporis ⁊ sanguinis christi. De canone vero nihil dicat sed orationem dominicam non p̄ter mittat ⁊ que ibi sequuntur sub silentio dicenda non dicat: calicem vel hostiaz non habeat: nec de his que super calicem seu eucharistiaz dicuntur vel fiunt aliquid dicat vel faciat. potest etiam dicere. Pax domini sit semper vobiscuz. Et exinde misse officiuz suo ordine p̄agat. melius est tamen alia omittere. Veruz quidam incipiunt missam de die celebrantes illam suo ordine vsqz ad offerendam. postea incipiunt aliam missam ⁊ eaz cantant vsqz ad eundem locum ⁊ idem faciunt pluries si volunt: et incepta missa viuorum incipiunt quādoqz missam mortuorum eam prosequentes vsqz ad eundem locum ⁊ exinde procedentes dicunt tot secretellas quot missas inceperūt semel tantum canonem dicentes et consecrātes. et in fine tot orationes dicunt quot officia misse inceperunt: sed hoc tanq̄ detestabile reprobamus. potest tamen sacerdos quandoqz plures missas vna die celebrare. extra de cele. mis. c. iij. Primo in festo natalis domini sicut in septima parte sub illo festo dicetur. Secūdo vbi necessitas exigit. puta si q̄s moriatur vt ibi: et de consecra. disti. i. sufficit. Concilium tamen carthagiñ. e. di. sacramenta. dicit q̄ si ep̄s vel alius post tertiaz obierit cōmemoratio solis orationibus facienda est sine missa. Tertio causa honestat̄ vt si aliqua magna persona superueniens velit missaz audire. extra. e. c. i. ⁊. ij. Quarto s̄m quosdā causa vtilitatis puta propter p̄egrinos propter hospites propter commeantes propter infirmos propter sponsos ⁊ propter raritatē clericorum ⁊ propter paupertatem ecclesiarum sacerdotes proprios non habentium. Quinto vt dixit Sicardus ep̄s cremī. in mitrali cū due festiuitates occurrunt possunt etiaz tres celebrari. tum quia hoc fit licite in natali. tuz quia christi passio tript̄ita est. passus eniz est linguis insultantium. manibus verberantiū ⁊ clauis crucifigentium. Ipse etiam est a patriarchis gestibus immolatus. a prophetis verbis sacrificatus. a patre ⁊ a seipso realiter oblatus. Sexto pari ratione si in die ieiunij occurrit aliquod solenne festum potest vnam de festo ⁊ aliam de ieiunio celebrare si alius presbyter non assit. Legit̄ etiā q̄ leo papa sepe septies et aliquando nouies in eadem die missam celebrauit. ¶ Sacerdos tamē aliaz missam in eadē die celebratur⁹ in vltīa tm̄ perfusionē sumat: q̄m̄ si in p̄ria sumeret ieiun⁹ nō esset: et sic alia missa īpediret̄. eo ti. ex parte.

alias aūt quotiens celebrat totiens corp⁹ xp̄i
⁊ etiā ꝑfusionem sumat. de conse. di. ij. compi
mus. ⁊. c. tribus. Sed nūquid prāsus ꝯficit?
respōdeo sic: lz hoc facere non debeat: nō eñ
ieiuniuz est de substātia ꝓut in canone innuit
Aug. in dicto. c. liq̄do alias dñs nō ꝯfecisset:
magister tñ Hug. dicit ꝯtra. Sane p̄scis tē-
porib⁹ heresib⁹ pullulātib⁹ ⁊ trinitatē impu-
gnantib⁹ ex institutōe Alicuini magistri Ka-
roli rogatu Bonifacij archiep̄i magūtini sta
tuentis prima feria missa de trinitate diceba-
tur. scd̄a feria de sapiētia. tertia feria de spiri
tu sctō. quarta de charitate. quīta feria de an
gelis. sexta de cruce. septīa de beata virgine.
causa v̄o illa cessante illud cessauit et dñicali
officio ordinato statutū fuit ꝙ prīa feria suū
haberz officiū. s. de trinitate. scd̄a de angelis
qꝛ tūc p̄mo creati sunt in bonis gratuitis: tūc
eniz lux diuisa fuit a tenebris. i. boni angeli a
malis: qꝛ tunc ceciderūt mali: boni vero cōfir
mati sunt. In p̄ma vero feria creati fuerūt an
geli in bonis naturalibus. Cātatur etiā in se-
cūda feria ꝓ defunctis vt illis adhibeam⁹ suf
fragia āgeloꝝ. ⁊ quia vt dicūt q̄dā in p̄ma fe
ria refrigeriū habēt illi q̄ sunt īpurgatorio. et
statiz in scd̄a feria redeūt ad penas ⁊ laborē:
iō vt eoꝝ subueniatur laborib⁹ missa ꝓ illis ī
scd̄a feria celebrat̄. in tertia feria ꝓ peccatis.
in quarta ꝓ pace. in quinta ꝓ tribulatōe: vel
in tertia feria dz repeti ītroit⁹ misse de dñica.
Institutū etiā fuit vt in quarta feria ieiunare
tur: et illa simul die dz missa de dñica dici nisi
festiuitas īpediat. In quīta feria dz simul re-
peti officiū dñice introit⁹ epl̄a ⁊ euāgeliuz: qꝛ
dies iouis dicit̄ cognata dñice diei ꝓut dice
tur sub. ti. de accessu pō. ad altare. In sexta fe
ria de cruce. illa eñ dies approp̄at̄ xp̄o ⁊ cru
ci: qꝛ ipse in ea mori ⁊ crucifigi voluit pro salu
te generis humani. In septima feria de bea-
ta virgine. qd̄ initiū habuit: qñ oliz in quadā
ecclesia ciuitatis ꝯstantinopolis erat imago
btē virginis corā qua depēdebat veluz qd̄ to
taz velabat imaginē: sz hoc velū in sexta feria
post vespas recedebat ab imagine nullo mo-
uente solo dei miraculo quasi deferret̄ in celū
vt ad plenū posset imago a pp̄lo ꝓspici. Ce-
lebratis vero vesperis ī sabbato descēdebat
ipsum velum ante eandem iconaz siue imagi
nem ⁊ ibi manebat vsqꝫ ad sextam feriā. Hoc
viso miraculo sancitū est: vt semꝑ illa feria de
beata virgine cantaretur. Alia etiā ratio est:
quia dñio crucifixo ⁊ mortuo ⁊ discipulis fugi
entibus ⁊ de resurrectōe desꝑantibus in ea so
la tota fides ī sabbato illo remāsit. de ꝯse. di.
iij. sabbato. Sciebat eñ quomō portauerat
euz sine labore ⁊ peꝑerat sine dolore. ⁊ iō cer-
ta erat ꝙ fili⁹ dei esset: ⁊ a mortuis tertia die
resurgere debebat. ⁊ hec est ratio quare dies
sabbati magis q̄ alia dies btē marie appro-
priatur. Tertia ratio ē quia dies sabbati ē ia
nua et introitus ad dominicā diem. vnde cuz
sumus in sabbato sumus iuxta dñicam. dies
autē dominica est dies requiei ⁊ significat vi
tam eternam. vnde cum sumus in gratia dñi
nostri sumus quasi in ianua paradisi: quia igi
tur ipsa est nobis porta ad regnum celorum
qd̄ per diem dominicā figuratur: ideo de illa
solēnizamus in septima feria que diez dñicā
p̄cedit. Quarto vt solēnitas matris solēnita-
ti filij ꝯtinuet̄. Quīto vt festiuitas agatur in
die in qua deus ab omni ope req̄euit. ¶ No-
tandū est etiā ꝙ in misse officio vbi xp̄i passio
rep̄sentatur tribus linguaꝝ generib⁹ vtimur
s. greca hebrea ⁊ latina ad significādū ꝙ his
tribus linguis scriptus est titulus crucis xp̄i.
Job. xix. Et ad designādū ꝙ oīs lingua que
per hanc triplicem intelligitur deū laudare ⁊
confiteri dz: qꝛ dñs noster ih̄us xp̄s in gloria
est dei patris. Licet eñ multa sint genera lin
guaꝝ: iste tamē principales sunt. hebrea pro
pter legem: ⁊ quia est aliarū mater. greca ꝓ-
pter sapientiā. latina ꝓpter nobilitatem ⁊ do
miniū romani imperij. Verba latina sunt epi
stole: euāgelia: oratōes ⁊ cātus. Greca sunt
Kyriel̄. xp̄el̄. ⁊ imas. Hebraica sunt alleluia:
amē: sabaoth ⁊ osanna. vnde ⁊ in missa roma
ni pontificis in p̄cipuis solēnitatibus legitur
euāgelium ⁊ epl̄a non solum in latino verum
etiā in greco ad designandū ꝯiunctionē vtri-
usqꝫ populi sub vna fide: siue ꝙ ecclesia con-
stat non solum ex latinis verum etiam ex gre
cis: ⁊ vide in sexta parte sub tit. de parasceue.
¶ Sed queritur vtruz sacerdos min⁹ q̄ duo
bus presentibus debet celebrare missam. Et

videtur ꝙ non. statuit namq; Sother papa de ꝯse. di. i. quoq;. vt nullus missarū solennia celebrare presumat nisi duobus p̄sentibus sibiq; respōdentibus ipse tertius habeat̄. cuz eñ ipse p̄sbyter dicat. dñs vobiscuz ⁊ in secreta dicit orate ꝓ me: ꝯuenit vt ipsi⁹ salutatōi a pluribus respōdeatur. Verū aliud est necessitatis articulus in quo pōt vno solo presente celebrare: ⁊ aliud religionis ꝯtemptus. Pie quoq; credenduz est ⁊ sacris auctoritatibus comprobatur ꝙ angeli dei comites assistunt orantib⁹. Juxta illud ꝓpheticū. In cōspectu angelorum psallam tibi. Et angelus ad Tobiaz. Quādo orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuā dño: sed ⁊ in canone misse ꝯtinetur. Supplices te rogamus oīpotens deus iube hec perferri ꝑ manus sancti angeli tui in sublime altare tuū. Preterea quilibet homo hz suū ꝓprium angelum ad custodiā. vnde dñs in euangelio loquēs de ꝑuulis ait. Angeli eoꝝ semper vident faciem patris. Illos igitur habemus in oratiōe ꝑticipes quos habebimus in glorificatōe ꝯsortes. Sol⁹ tñ presbyter nō pōt diuinū officiñ absq; ministri suffragio celebrare ꝓut in ꝯstitutōe alexādri cauetur. extra de fi. p̄s. ꝓposuit. Canon quoq; tholetaneñ. ꝯcilij. xij. q. i. illd. statuit vt vbi temporis vel loci siue cleri copia suffragatur habeat quisq; deo sacrificās post se vicini solaminis adiutorem: vt si aliquo casu ille q̄ ad officia impleturus accedit turbat⁹ vel ad terram elisus fuerit a tergo semper habeat qui eius vicē intrepide assequatur. Siquidez copia tp̄is suffragat̄: si non sit guerra loci. si ecclesia sit diues: cleri si sit sibi copia clericorū. Generaliter aūt dicendū est ꝙ illa est legitīa missa in qua sunt sacerdos respōdēs offerēs atq; cōmunicās sicut ipsa precū compositio euidenti ratione demonstrat. Introitus ad chorum prophetarum respicit qm̄ s̄m Aug. Moyses minister fuit ve. testa. ꝓphete ministri noui. Kyriel. ad eos respicit prophetas qui circa domini aduentum erant: de quibus fuerunt Zacharias ⁊ iohānes baptista filius eius. Gloria in excelsis ad cetum respicit angelorum gaudium natiuitatis domini pastoribus annunciantiū. Prima collecta respicit ad hoc qđ dominus circa annū. xij. agebat. s. quando ascendens hierosolymam sedebat inter doctores audiens ⁊ interrogans. Epistola ad Johannis predicationem pertinet. Responsoriū ad beniuulentiam apostolorum respicit. s. quomodo a domīo vocati secuti sunt eum. Allel. ad leticiaz mentis eoruz pertinet quā habebant de ꝓmissionib⁹ eius vel de miraculis que per euz vel per nomē eius fiebāt. Euangelium respicit tempus a sua predicatione vsq; ad predictum tempus. Quod vero deinceps in misse officio agitur ad illđ respicit tempus quod ē a dominica quādo pueri hebreorum obuiauerūt ei vsq; ad diē ascēsionis eius siue penthe. Oratio vero secrete vsq;. nobis quoq; peccatorib⁹. designat illā orationē quā ih̄s in monte oliueti exercebat. quod aūt postea agitur significat tempus illud quo dominus in sepulchro iacuit. Quando vero panis in vinum mittitur animam dei ad corpus redire demōstratur. Salutatio sequens significat salutationes postea discipulis a christo factas. Fractio oblate signat fractionem panis factaz a domino discipulis in emaus. hec plenius in suis locis dicētur. De missa ꝓ mortuis ⁊ ipsorum officio in. vij. parte dicet̄. Adhuc missa non nisi in sacratis deo locis. i. in tabernaculis diuinis precibus a pōtificibus delibutis absq; magna necessitate dici debet. non ergo in prophanis domibus absq; ep̄i licentia: quia sanctius est missaz nō cantare vel non audire q̄ in locis in quib⁹ hoc fieri non oportet. de cōse. di. i. clericos. ⁊. c. se. vnde scriptum est de cō. di. i. sicut. ⁊. c iij. se. et c. concedimus. ⁊. c. vnicuiq;. Vide ne offeras olocausta tua in omni loco quem videtis: sed in omni loco quem elegerit dominus de⁹ tu⁹. de hoc dicetur in ꝓphe. v. ꝑtis. potest aūt esse necessitas vt dicatur in naui vel in exercitu sub papilione siue sub diuo si illud haberi nō possit: sed tunc cum tabula seu altari viatico. e. d. c. fi. Presbyter aūt nō dz missaz celebrare sine licētia ep̄i in altari in quo ep̄s ea die celebrauit. ea. di. concedimus. extra de priui. in his. Sixtus tñ papa statuit missam non nisi super altare celebrari. Felix papa prim⁹ statuit supra memorias martyrum missas cele-

brari. Bonifaci⁹ papa scd̄s statuit vt in misse celebratione clerici a laycis sint diuisi. Martinus papa statuit missam alta voce cantari. Uigilius papa statuit eam in ecclesie oriētali parte dici. ¶ Illud quoq; notandum est ꝙ in missa representatur pugna ⁊ victoria sacerdotis cōtra hostem antiquū. ꝓcessus ad hāc pugnaz ponetur sub ti. de acces. pon. ad al. in fi. Arma vero ⁊ pugna sacerdotis posita sunt in prohemio tertie partis. ¶ Rursus missam quasi quoddam iudicium imitatur. vnde ⁊ canon actio vocatur. de cō. di. i. necesse. Est eñ actio causa in iudiciū deducta. de verbo. sig. forus. in missa quidē causa nostra agitur. oratorium est pretoriū. deus iudex. diabolus accusator. ministri testes. sacerdos aduocat⁹ et defēsor. hic est moyses qui causam populi ad dominū allegabat cui⁹ patrocinio delatoris fallacia confutatur: ⁊ nostra innocentia comprobatur ⁊ absoluitur et iudicis ira placatur ⁊ per misericordiā culpa remittitur. xlv. dist. disciplina. extra de re iudica. cum vterini. Ceterum missa dicitur mysteriuz qd̄ profertur ⁊ sacrificium quod offertur. Misse aūt officiū in duas principaliter diuiditur partes videlicet in missam cathecuminorū: et missam fidelium. Missa cathecuminorū est ab introitu vsq; post offertorium que missa ab emittendo dicitur: quoniā quādo sacerdos incipit cōsecrare eucharistiaz. cathecumini foris de ecclesia mittuntur. Unde antiquitus perlecto euangelio diaconus supra pulpitū acclamare solebat. si quis cathecumin⁹ adest. exeat foris prout dicetur in sexta parte sub quarta feria quarte domīce quadragesime. qd̄ ideo fiebat qm̄ cathecumini lz sint ī fide instructi nōdum tñ sunt renati siue baptizati. ⁊ ideo nondū sunt de corpore ecclesie sicut nec iudei nec gentiles. quare sacris altaris mysterijs interesse non debent que nō nisi baptizatis fidelibus cōmittuntur nec thesauri ecclesie sunt inimicis ostendendi. vnde de quibusdaz qui cathecuminoꝝ. ⁊ nondū renatorū typum seu figuram gerebant scriptum est. Jesus aūt non credebat se illis sciēs quid in homīe esset. hinc etiaz in canone cartagiñ. concilij de con. di. i. eps. dicitur ꝙ nec gentilis nec heretic⁹ nec in deus ꝓhibeatur ecclesiā ingredi ⁊ audire verbum dei vsq; in finem misse cathecumīorum. nec etiā incestuosi. xxxv. di. iij. de inces. ⁊. c. se. Missa vero fideliū est ab offertorio vsq; ad post cōmunionez. ⁊ dicitur missa illa a dimittēdo: quia ea expleta ad propria quisq; fidelis dimittitur. missa ergo aliquādo est nomē collectiuū: quia quandoq; missa vocat̄ quod est ab ītroitu vsq; ad offertoriū. quādoq; qd̄ est ab ītroitu vsq; ad ite missa est. ⁊ hoc veri⁹: quia tūc hostia mittitur. quādoq; qd̄ vsitati⁹ est dicitur missa totum officium ab ītroitu vsq; ad ite missa est siue inuocatio nomīs dei q̄ fit a sacerdote super altare quasi transmissa. eo ꝙ populus fidelis per mysterium sacerdotis: qui vice mediatoris inter deum ⁊ hoīes. i. xp̄i fungitur: preces supplicatōes ac vota altissimo transmittit. quandoq; tantum officiū quod sub silentio dicitur. quandoq; soluz verba illa quibus dominicuz conficitur corpus. Aliquando missa est nomen propriū qz significat xp̄z qui missus est a patre ī hūc mundū. significat etiam angelum qui mittitur: vt per eius manus hostia offeratur in sublime altare domini. Ipsum ergo sacrificiū. i. hostia vocatur missa quasi transmissa. prius siquidez a patre nobis vt scz esset nobiscuz: postea a nobis patri vt intercedat ⁊ sit ꝓ nobis apud ipsum. ¶ Itez transmissa primo nobis a patre diuino qui per incarnationem xp̄i filij sui qui fuit missus celestis et postea patri a nobis ꝑ passionem eius. Similiter in sacramēto trāsmissa nobis primo a patre per sanctificatōez qua nobiscū esse incipit. postea patri a nobis per oblationem qua pro nobis apud patrez intercedit: hec eñ missio seu legatio sola sufficiens ⁊ idonea est ad soluēdas inter deuz ⁊ hoīes inimicicias ⁊ offensas. Cum ergo dyaconus in fine misse dicit. ite missa est: idem est si dicat. redite ad ꝓpria vel sequimini xp̄m: qz missa siue oblata est hostia salutaris pro nobis ad deum patrem placandum. potest etiā ⁊ aliter missa diuidi in q̄ttuor partes ſm apostolum. i. ad thimo. ij. ⁊ habetur etiaz in canone conci. tholeñ. s. in obsecratiōes: orationes. postulationes: ⁊ laudes siue gratiaruz actiones: quoruz verborum expositio in quīq; par

tes sub tertia ponetur. Pars prima ꝓtenditur ab introitu vsq; ad offertoꝛium. ⁊ dicitur obsecrationes. i. precationes que: scilicz fiunt priusq; species incipiant benedici. Secunda vsq; ad finē dñice oꝛationis ibi: ꝙ libera nos quesumus dñe ⁊c. Tertia vsq; ad cōionez videlicet ſm aug. oratiões quas eps dicit post cōmunionez. Quarta vsq; in finem. s. ſm Augusti. quādo post Ite missa est vel Benedicamus domino populus respondet Deo gratias. ſm alios vero prima pars ꝓtenditur ab introitu vsq; ad Te igit. secūda vsq; ad Oꝛem⁹ preceptis salutari ⁊c. tertia vsq; ad collectas. quarta vsq; ad Ite missa est. ¶ Rursus quia quinq; fuerunt sanguinis xpi effusiões: ideo misse officium ab offertoꝛio inantea in quinq; subdiuiditur partes: vt ibi dicetur ⁊c. Sed ⁊ quia in sola cruce etiam q̄naria fuit sanguinis effusio: ideo ⁊ solus canon subdiuidit in quinq; partes. prima vsq; Qui pridie. secunda vsq; ad Memēto. tertia vsq; ad Preceptis. quarta vsq; ad embolismuz. quīta ad collectas.

¶ De quinq; psalmis quos pōtifex celebraturus dicit. Rubꝛica.

Celebraturus pontifex missaruz solēnia quosdā psalmos ⁊ oꝛationes ex ūstitutione Celestini primi pmittit: quos interim dum caligis ⁊ sandaliis oꝛnatur dicit ſm exhoꝛtationem psalmiste dicētis. Preoccupemus faciē eius in cōfes. ⁊ in psal. iu. ei. Di psalmi sunt quinq; videlicet. Quā dilecta tabernacula tua. Benedixisti. Inclina. Credidi. ⁊ De profundis: vt quicquid immunduz quinq; sensuuz transgressione cōmisit quinq; psalmoꝛ oꝛatione detergat. Quedam enim continent in quolibet ipsoꝛ que recte cōuenunt celebraturis altaris mysteriuz ⁊ eucharistie sacramentū. Oꝛationes vero quas dicit manifeste pertinēt ad impetrandū coꝛdis ⁊ coꝛporis mūdiciā ⁊ munimē. ¶ Rursus iō dicit. Quā dilecta taber. ⁊ alios palmos vt in xpo cui⁹ typū gerit virtutum plenitudo noteꝛ. ¶ Et nota ꝙ religiosi⁹ ſm oꝛdines siue ꝓfessionis discalciatus incedens: missam celebꝛatur⁹ se calciat ex ꝑcepto apostoli dicentis ad epbe. State calciati pedes in ꝑparatione euāgelij pacis. Nempe p calciamenta q̄ fiunt de pellibus aīalium moꝛtuoꝛuz ⁊ calcant terrā ⁊ sunt clausa de subter ⁊ aperta desuper. significatur ꝙ sacerdos dz esse moꝛtu⁹ mūdo: ⁊ dz coꝛ habere clausuz ad terrena. ⁊ ipsa tanq̄ lubꝛica calcare ⁊ vilipendere: ⁊ apertum ad respiciendum ⁊ desideradum celestia.

¶ De capitis compositiõe ⁊ manuū lotione. Rubꝛica.

Caligis et sandaliis impositis pōtifex ⁊ sacerdos caput pectinat: manu⁹ ⁊ faciez lauat. Mā ⁊ legalis sacerdos sacrificaturus lotis ꝑus manibus ⁊ pedibus induebat manastasim cui⁹ loco hodie sandalia habētur: ꝓut dictū est ī tertia parte sub ti. de legalib⁹ indumētis. Pectinat igit caput ⁊ faciē lauat. ꝑmo exēplo marie q̄ futurā xpi passionē figurās vnxit oleo ea put eius: ete ſñ in misse officio xpi passio repsentatur. Secūdo ex mādato dicētis. Luc. iij. Tu aūt cū ieiunas vnge caput tuū ac faciem tuā laua: ꝙ doc significans ꝙ in sanctis operibus nostris oēm fictionē ⁊ simulationē a nobis amouere debemus. Tertio pectinat caput. nam per capillos supflue cogitatiões et cura terrene solicitudinis. per capus mens ⁊ intentio que cunctis anime actibus sicut caput ceteris membꝛis supereminet significantur. Congrue igitur pectine capilli cōplanātur ⁊ oꝛdinantur et eunulsi separantur: ad notandum ꝙ tunc specialiter moꝛes componere ⁊ superfluas cogitatiões a se repellere debet. Juxta illud pꝛopheticum. Auferte malū cogitationum vestrarū: atq; mens ipsius pꝛe nia discretione separari: quietari: ⁊ purgari a terrenis sollicitudinibus ⁊ virtutibus oꝛnari dz. Pecten ſñ ꝓpter oꝛdinatā in ſcisionibus diuisionē discretionē significat qua intētio aīe adoꝛnatur sicut capilli capitis pectine adoꝛnāt. Manu⁹q; lauat pp reuerētiā tātī sacramēti q̄ten⁹ ad illō ꝓtractāduz mūdissimus

accedat. Unde gregorius i pastorali libro. i. capi. xij. Necesse est vt mūda studeat esse manus que diluere sordes curat. Corporaliter igitur lauat manus vt spiritualiter mūdet actus. Juxta illud ps. Lauabo inter innocētes manus meas ꝛc. ne quasi illotis manibus ad mensam peruenire videat: nō q̄ lutū manuū diuina sacramēta contamiet: sz sic̄ indigne manducat ꝛ bibit iudiciū sibi manducat ꝛ bibit. Unde in euāgelio matbei. Non lotis manibus manducare nō coinquinat hominem: q̄ vero de ore ꝓcedunt ꝛ de corde exeunt videlicet cogitationes male: homicidia ꝛ adulteria ꝛ huiusmodi: bec sunt que inquināt hoīez. Sollicite ergo satagendum est vt nō tam exteriora manuū q̄ interiora mentium inquinamenta purgentur. Manuū autē lotio a lege sumpsit exordium vt premissum est. Legitur etiam exo. xxx. ꝛ. xxxviij. ꝛ. xl. ca. q̄ moyses fecit labium eneū de speculis mulierū: in quo lauabāt se sacerdotes in egressu tabernaculi testimonij: ꝛ quando accessuri erant ad altare. Siquidem in labio eneo sonoro significatur confessio. in altari aureo mētis amaritudo. in speculis mulieruz vite sanctoz consideratio. Sacerdos ergo p̄iusq̄ ad altare veniat per confessionez siue lachrymis penitētie se abluat. per mentis amaritudinem se purget: p cōsiderationem vite sanctoz se informet. De p̄mo Jsa. iij. Mundamini qui fertis vasa domini. de secūdo. p̄ma Corinth. vi. Expurgate ve. fer. ꝛc. De tertio hebre. xij. Habētes impositaz nubem deponamus oē pondus: ꝛ circumstans nos peccatū vt sit in numero inocētium audacter dicentium. Judica me domine qm̄ ego in inno. ꝛc. ꝛ infra. Lauabo in. ino. m. me. ꝛ cir. a. tuū dñe. Deinde manus lotas manutergio tergit: quia post lachrymas contritionis peccata abhorrere ꝛ abolere per opera satisfactionis debet. Linum quidem per laborem ad candorem perducitur ꝛ penitētes per satisfactionem ad perpetuaz glorificationem perducuntur. Crinium igitur manuum ꝛ faciei ornamenta non sunt voluptatis oblectamenta: sed in figuram a domino sacerdotibus legis iniuncta.

¶ De aque bñdicte aspersiōe Rubrica.

Sacerdos in dominicis diebus celebraturus alba ꝛ stola parat⁹ p̄iusq̄ planetaz induat vt liberius vacare possit: aquam ex institutiōe Alexādri pape p̄mi benedicit: altare ecclesiā ꝛ populum aqua benedicta cōspergit: vt ois spirituū immundoz spurcitia tam de habitaculo q̄ de cordibus fideliuz ꝓpellatur. Nec enim virtus aque exorcizate inest. ꝛ etiam q̄ nouus christianoz populus baptismatis sacramēto renatus: ita ministerio aque lotare natoz corpora inuit sicut sanguis agni a p̄sco populo ad repellendum percussorē in postibus ponebatur. vnde in canone alexandri ita legitur. Aquam sale aspersam populis benedicimus: vt ea cuncti aspersi sacrificemur ꝛ purificentur. qō ꝛ oībus sacerdotibus faciendum esse mandamus. nam si cinis vitule aspersus populū sanctificabat atq̄ mundabat. sa venialib⁹: multo magis aqua sale aspersa diuinisq̄ precibus sacrata populuz sanctificat atq̄ mundat a venialibus: ꝛ si sale aspersa p belyseum sterilitas aque sanata est: q̄to magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatez rerum aufert humanaz ꝛ coinquinatos sanctificat ꝛ purgat ꝛ cetera bona multiplicat ꝛ insidia diaboli auertit ꝛ a fantasinatis versutijs hoīes defēdit. ¶ Rursus tūc sacerdos iustus tabernaculum aspergit dum dei misericordiam petit. Cyprianus quoq̄ papa ait q̄ ideo boies aqua benedicta aspguntur: q̄ valet ad sanctificationē. Unde scriptura p ezechielem dicit. Aspergam sup vos aquā munda ꝛ mūdabimini ab oībus inmūdicijs vris: ꝛ dabo vobis coz nouū ꝛ spīm nouū in vobis. Jtez in numeris. Qui tetigerit cadauer bois siue būane aie morticinū. i. a morte cadēs ꝛ p̄ter boc octo dieb⁹ fuerit immund⁹ aspergat et bac aqua die tertia ꝛ vij. et sic mundabitur a peccato. si enim aspersus die tertia non fuerit septima non poterit emundari. Jtem qui et bac cōmixtione aspersus nō fuerit polluet tabernaculum: id est tanq̄ pollutus non intrabit cu alijs tabernaculuz: id est seipm̄ q̄ est p̄s tabernaculi dñi. i. ecclie: ꝛ peribit ex israel.

Item qui aqua expiationis non est aspersus immundus erit ⁊ manebit spurcitia eius sup eū. ⁊ iterū. Purificabis leuitas circūspergēs eos aqua purificatōis. ⁊ iterum. Aqua aspersionis purificatio est. ex quib⁹ apparet aspersionē aque instar salutaris lauacri obtinere. Quidaz tamē premissa referūt ad aquaz baptismi. aqua igitur in memoriā baptismi omni dominica benedicitur: vt dicet in. vi. parte sub ascensione: preterq̄ in pascha et penthe. quia in sabbatis dñicas illas precedentib⁹ benedictis fontibus ante crismatis infusionem aqua recipitur ⁊ ad aspergēdū nos ⁊ domos reseruatur sicut in canone cautuz habetur. ex aqua ergo benedicta nos ⁊ loca in significationem baptismi aspergimus: nec aspgimur vt rebaptizemur: sed vt gratiā diuini nois cū memoria baptismatis inuocem⁹. ⁊ licet in dictis duabus dominicis aspergat altare: non tamē tunc cātatur antiphona. Asperges me domine ⁊c. quia tunc potius lugendū nobis est cum recolimus nos esse a xp̄o mundatos p sue suppliciuz passionis. iuxta illud in treñ. iij. Memoria memor ero ⁊ tabe. ī me anima mea. In dominicis ergo diebus ante missaz et maius altare tantū ⁊ totus popul⁹ aspergūtur q̄uis in nocturnis ⁊ vesperis oīa altaria vel saltez p̄cipua thurificentur. Circa qd̄ considerandū q̄ huiusmodi aspsio alia ratione fit super populū ⁊ super altaria: quia eniz conclusit deus oēs sub peccato saltem veniali: qz septies in die cadit iustus iccirco ipse populus ecclesiam ingrediens diuinis insistere intendēs ipsa aqua sanctificata aspergitur: q̄ valet ad quottidiana delenda sicut ⁊ cinis vitule in veteri testa. s̄m quod qui īmūdus erat prohibebatur ecclesiam ingredi donec aqua lauaretur. altare eñ aspergitur propter reuerentiā sacramenti quod ibidē ꝯsecranduz est: vt inde oīz malignorū spirituū p̄sentia arceatur. ⁊ quēadmodū xp̄s p altare quod eē debz lapideuz significat s̄m. illud apostoli Petra aūt erat xp̄s ⁊ fides nostra de vno xp̄o ⁊ non de pluribus est: iccirco vt signum signato respondeat vnico altari asperso vniuersus aspgit populus: quia ipse solus est qui tollit peccata mūdi. thurificatio vero qñqz representat diffusionem diuersarū gratiarum spūaliuz. ⁊ qm̄ gratia non solum in capite verum etiā in alijs subiectis capiti inuenitur: ideo conuenienter post primū secūdario alia altaria per q̄ diuersi gradus sanctorū intelligūtur thurificari solēt. Rursus thus in thuribulo cor igne orationis ascensum significat: qz vero solum oratio nostra ad deū ⁊ xp̄z mediatorē nostrū debet principaliter applicari: ideo ⁊ altare ⁊ crucifixus thurificari solent. In paschali aūt tpe ad aspergendū cantam⁹. vidi aquā. qd̄ sumitur de ezech. c. xlvij. cui domin⁹ ciuitatem ostendit edificatā super montem vergentem ad austrum in qua erat mirabile templū. ciuitas ecclesia est de qua dicitur. Nō pōt abscōdi ciuitas supra montē posita. tēpluz est corpus xp̄i. De quo d̄r. Soluite templum hoc ⁊ post triduñ edi. illud. aqua de templo egrediens fons est baptismi de latere xp̄i pcedens. Sed cū fuerit in leuo lāceatus cur hic d̄r a latere dextro: rñdeo duo sūt latera xp̄i. s. dextrz ⁊ leuū. dextrū est diuitas: ⁊ leuū humanitas. a latere igitur dextro exiuit aqua: qz de diuia xp̄i natura spūs sancti aqua īuisibilis pcedit qui aque inuisibili que de latere leuo. i. humanitate lāceata pfluxit saluādi virtutē tribuit. Recte igitur hec in pcessione paschali cantamus in laudem fluminis hui⁹ cui⁹ inundatōe per mortē xp̄i reuixim⁹. Verū post octauam penth. cātat in dñicis ad aspgendū antiphona. Asperges me domīe ⁊c. q̄ a pascha vsqz tunc intermittitur: qz de fide passionis ⁊ hūilitate baptismi ppheta p̄dixit. Porro aq̄ cum bñdicit sal admiscetur qd̄ ab Elizeo sumpsit exordiuz ⁊ fit hoc ad notandū q̄ popul⁹ per aquaz intellectus vt sanctificari possit per sacerdotis officiuz verbo dei imbuit quod per salem significatur. ¶ Fit ter crux sup aquaz ⁊ salem: quia docetur populus sancte trinitati gratias pro sua eruditiōe atqz redemptōe referre. ¶ Per aquam quoqz confessio. p salē amaritudo significatur. ¶ Ex aqua mixta gemin⁹ partus pcedit. s. diuisio seu sepatio delictorū ⁊ ortus virtutū ac bonorz operum. ¶ Sed quare prius bñdicitur sal q̄ aqua? Respōdeo per sal intelligit amaritudo penitentie. per aquaz baptism⁹ qz ergo cordis cō

tritio debet p̄cedere absolutionem ⁊ peniten tia baptismū: ideo prius benedicitur sal q̄ aqua. ¶ Et nota quattuor eē genera aque bñ dicite. Prima in qua fit indicium purgatōis que in vsu non est. Secūda aqua que sanctifi catur in dedicatione ecclesie ⁊ altaris de quibus in prima pare dictum est sub ti. de cō. ec. ⁊ al. Tertia est qua ī ecclesia aspergimur. de qua hic agit̄. Quarta aqua baptismi de qua dicetur in sexta parte sub sabbato sctō. ⁊ hac solebant homīes aspergi prius q̄ crismarent̄: ⁊ adhuc fit in quibusdā locis: sed hodie inter dictū est. putabant eñ se iteꝝ a peccatis hui⁹ aque aspsione mundari: cuz tamē constet nullum bis baptizari posse. Quia vero mai⁹ dignum trahit ad se min⁹ dignum: ideo si aqua non benedicta admisceatur benedicte efficit̄ benedicta.

¶ De officio seu introitu misse. Rubrica.



In introitu prima pars misse incipit. Sciendū est aūt q̄ sancti patres ⁊ prophete ante christi aduentū suspirantes ⁊ preconizantes p̄miserunt desideria: opera: laudes ⁊ p̄ces: que singula figurantur in missa. Introit⁹ nāq̄ s. ipsa antiphona vaticinia ꝓphetarū ⁊ sanctorum patrū desiderium cum preconijs filij dei aduentum ⁊ incarnationē dei expectantium exprimit. In cuius rei signū in prīa dñica aduētus cantat ecclesia introitū. Ad te leuaui. Chorus igitur psallentiū clericorū qui significat choꝝ ꝓphetarū ⁊ multitudinē sanctorū xp̄i aduentū expectantiū: aīam suam dilatat: ⁊ introitum in iubilo cantat: quoniā ꝓphete: patriarche: regēs: ⁊ sacerdotes: omēsq̄ fideles aduentuz xp̄i cū desiderio expectabāt clamantes ⁊ implorantes. Emitte agnum dñe dñatorem terre ⁊c. Item veni dñe ⁊ noli tardare ⁊c. Hinc etiam ille Simeō iustus et senex benedixit dicens. Nunc dimittis seruum tuū dñe ⁊c. Quia viderunt oculi mei. ⁊ apl's. Multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre que vos videtis ⁊ non viderūt ⁊c. Ex eoruz ergo persona cantatur introitus per quos xp̄s introiuit in mundū. iuxta illud apl'i. Et cum introduxit p̄mogenitū in orbē terre ⁊ adorēt eū oēs angeli dei. Sequitur versiculus psalmistic⁹ siue p̄s q̄ v̄sionē ad opationē notat. Dicitur etiā versus qꝛ per eū reuertimur ad ītroitum significās opera ⁊ vaticinia. Consequēter ex īstitutōe Damasi pape dicit̄ gloria patri ⁊c. qd̄ significat laudē qꝛ post opationem danda est gloria. Dicitur etiā gloria vt ostendatur patrē ⁊ filiū ⁊ spm̄ sanctū habere equalem gloriā ⁊ coeternā maiestatē in principio ⁊ nūc ⁊ semp et in secl'a seculoꝝ. i. in p̄terito p̄senti ⁊ futuro tp̄e. Interpositio aūt glorie inter primā cantationē introit⁹ ⁊ ipsi⁹ repetitionez designat captationē beniuolētie: vt. n. qd̄ expectabāt facili⁹ obtinerēt: ad totā trinitatē cordis ⁊ vocis glorificatōez clamabāt dicētes. Ostēde nobis dñe mīam tuā: ⁊ salutū da no. qui sedes sup cherubin appare coram effra. b. ⁊ ma. quoꝝ tandē clamorē spūs sanctus exaudiēs vnxit eū oleo leticie pre cōsortibus suis: ⁊ ad euāgelizandū pauperib⁹ destinauit: sicut ipse dei filius p ꝓphetā testatur dicens. Spūs dñi sup me ꝓpter qd̄ vnxit me: euangelizare pauperib⁹ misit me. Deinde antiphona ipsa seu introitus repetitur: vt desideriū antiquorū patrū seu iteratio et multiplicatio suspiriorū ⁊ clamoris ipsoꝝ euidēti⁹ exprimat̄. Unde ꝓpheta. Mādā remanda expecta respecta: modicū ibi ⁊ modicuz ibi. si moram fecerit expecta eū: quia veniēs veniet ⁊ nō tardabit. Hoc autē desideriū antiquoꝝ non semp rep̄sentat introitus intellectu littere sed iubilo cantilene. Veruz in diebus ꝓfestis bis introitus cantatur in laudem diuīe ⁊ humane nature q̄ in psona filij sunt vnite. In quibusdam vero ecclesijs ⁊ p̄cipius festiuitatibus triplicatur in laudē ⁊ honorem trinitatis quasi ei tripudiem⁹: in cuius memoriā missam cantamus. ⁊ dicit̄ semel cuz gloria patri ad laudez incarnatōis. Quandoq̄ aūt incho atur voce demissa ad notandū humilitatem. subsequēter alta voce repetitur: que vocis exaltatio significat excitatōem a somno peccati quam vox suppressa demonstrat. Iuxta illud apostoli. Hora est iam nos de somno surgere. Potest etiaz ⁊ aliter dici ꝓut de inuitatorio in sexta parte sub ti. de noctornis dicet̄.

semper tamen integre repetitur vt perfectio leticie denotetur. Quedā vero ecclesie dicūt introitum p̄mo perfecte: quia ecclesia deū laudat de perfecta laudat. secūdo imperfecte: qz imperfecta est oīs laus vie. tertio pfecte: quia pfecta est laus patrie. Dicit autē introitus eo q̄ dum ille canitur sacerdos ministratur? ad altare intrat: seu quia p illā antiphonā ad officium intratur: qui etiam vocatur officiū quasi efficium: put dicetur in ꝓbemio. v. partis. ¶ Celestinus papa statuit vt psalmi dauid centum quinquaginta ad introitum misse ante sacrificiū antiphonatim canerēt: quod antea nō fiebat: sed epla pauli tantū ⁊ euangelium legebantur: ⁊ postea missa celebrabat. De illis ergo psalmus excepti sunt oēs introitus regl'ares gradualia offertoria ⁊ cōiones que cum modulatione p̄mo ceperunt ad missam in ecclesia romana cantari. Gze. essi introitum misse cū cantu ordinauit: ⁊ vnū versuz de illo psalmo qui cantabat retinuit. Irregulares vero introitus sunt: qui ꝑm varietates solennitatum instituti sunt vt Puer nat? est nobis ⁊c. ⁊ Spiritus dñi repleuit ⁊c. ⁊ hi habēt versus: preterq̄ illi Viri galilei. ⁊ Nūc scio vere qui ⁊c. ⁊ alij quidam ꝑm aliquas ecclesias. ¶ Et est notandū q̄ quando introit? de psalmo sumitur si primus versus psalmi sit introitus: aliquis de sequentibus versibus eiusdez psalmi erit versus illius introitus: sicut patz in introitu tertie ferie p̄me bebdomade quadragesime que incipit Domine refugiuz. versus enim est. Priusq̄ montes fierent. Si vero non primus versus psalmi: sed aliquis ali? de sequentibus sit introitus: tunc p̄mus versus psalmi erit versus ipsius introitus: vt ecce in natali est introitus Domin? dixit ad me ⁊c. versus vero est Quare fremuerunt gentes. ⁊ in festo innocentiū introitus est Ex ore infantium ⁊c. versus est Domine deus noster ⁊c. ⁊ sic de alijs: quod fit ad significanduz vnctionem ⁊ cōexitatem capitis ⁊ membroz. Rursus versus q̄ñq̄z est duplex: q̄ñq̄z vn? q̄ñq̄z dimidius: de quo dicetur in sexta parte sub sabbato tertie bebdomade q̄dragesime. ¶ Cuz aūt introitus cantat nō sedet: q̄ñ ad op? ⁊ p̄comiuz xp̄i introit? refert vt p̄destinati ad verum cultuz dei vocent. In quibusdā ecclesijs trophi dicūtur ꝑ psalmis ex institutiōe Gregorij pape ad maius gaudiū de xp̄i aduentu representandum. Est autē ꝓpie tropbus q̄dam versicul? qui in p̄cipuis festiuitatib? cantatur imediate ante introitū quasi quoddam p̄ambuluz: ⁊ cōtinuatio ipsius introit?: vt verbi gratia. In festo natiuitatis ante introitū iluz Puer nat? est ⁊c. precedit troph? iste. Ecce adest de quo ꝓphete cecinerunt dicentes. Puer natus ⁊c. Habuit aūt troph? orguez a lege. Legit essi numeri. x. q̄ dum eleuaret arca cantabat. Exurge dñe. cūvero deportabatur cantabat Reuertere dñe ad multitudinem exercit?. ⁊ dicit trophus a tropbos q̄d ē cōuersio: qñi quedam ibi solent fieri cōuersiones ad introitū. vnde qñq̄z p̄ius dicit versus ⁊ post eleyson. ⁊ inde etiaz troph? dicit zona: quia cōuertitur ab vmbilico ad vmbilicū circūeūdo. Potest etiā aliter dici. qñ introit? ē laus ecclesie de iudeis cōuersis. Vñ tria cōtinet: videlz antiphonā: versus: ⁊ gl'iam. ⁊ boc ꝓpter tres ordines fideliū q̄ fuerūt hebraice lingue. s. patriarche: prophete ⁊ apostoli. Introitus siue antiphona est patriarcharū: versus ꝓphetarū: gloria vero apl'oz. antiphone repetitio est p̄dicationis idētitas ⁊ confirmatio quasi quod longe pr? patriarcha gestib? figurauit: ꝓpheta p̄dixit: apl's euāgelizauit. Ad quā etiam cōuersionem notandum solennes trophi alicui inseruntur qui sunt laudes ad introitum cōuertibiles. Vaz tropbos grece dicitur conuersio latine: vt premissum est.

¶ De accessu sacerdotis ac pontificis ad altare ⁊ de ꝓcessione. Rubrica.

Dum introitus canitur pontifex seu sacerdos paratus ⁊ sacris indumentis ordinatus de sacra ede egredit ⁊ ad altare accedit significās q̄ christus expectatio gentiū carne sacrosancta assumpta ex virginis carne incorrupta de secreto habitaculo celoꝝ egressus est in mūdum vel de secreta ede vz de virginali utero egressus est tanq̄ sponsus de thalamo suo.

Porro episcopus siue sacerdos egrediēs ꝓcedit inter duos videlicet inter vnum presbyterum ⁊ dyaconū quem antecedit subdyaconus euangelij codicē clausum gerens. Illi p̄cedunt duo ceroferarij quos etiā precedit ferens thuribulum cum incenso. Demū episcopus vel sacerdos ad altare ꝑueniens mitraz deponit: cōfessionem facit: codicem aperit et osculatur apertum. Sacerdos itaq; seu eps illū magnuz representat sacerdotem. s. xp̄m: de quo ait apostolus. Christus assistens pōtifex futuroꝝ bonoꝝ ⁊c. sacerdos ⁊ leuita illū deducentes legē ⁊ ꝓphetiam designant ꝑm illud qd̄ ipse domin⁹ ꝓposuit ī parabola sauciati: quia sacerdos quidam descendit eadem via. ⁊ viso illo p̄terijt: similiter ⁊ leuita. Moyses quoq; ⁊ helyas in figura legis ⁊ ꝓphetie apparuerunt in monte cū christo loquentes. Sacerdos ergo ⁊ leuita deducūt episcopū: quia lex ⁊ ꝓphetia xp̄m annūciauerunt ⁊ promiserunt. Unde moyses inq̄t. Prophetaz suscitabit nobis deus ꝓ fratribus nostris: ip̄m tanq̄ me audietis. Item isayas. Ecce veniet ꝓpheta magnus ⁊ ipse renouabit hierusalē. Uel episcopus seu sacerdos inter duos exn̄s significat xp̄m inter duo testamenta: ipse enī a duobus testamentis mūdo per prophetas ⁊ apostolos predicatur. Quia vero ille ī mūdum venturus premisit ꝓphetas sapientes et scribas: in locū scribarum p̄mittit pontifex seu sacerdos subdyaconū portātē scripturas qui sapiens sit dominica disponere vasa. Qn̄q; vero archidyaconus ⁊ sacerdos pontificē deducūt quē īmediate dyaconus ⁊ subdyaconus antecedunt qui significant apostolos et discipl'os quos christus misit ante faciē suā. et adhuc quotidie mittūtur predicctores ⁊ p̄lati ecclesie p̄parare viā dn̄o spiritualiter ante faciem suam. Adhuc subdyaconus antecedens significat iohānem baptistam qui p̄cessit in spiritu ⁊ virtute helye preparare domīo plebem perfectam: ⁊ fert ante pontificem codicem euāgelij: quia Jo. ante xp̄m predicationem euangelicam inchoauit dicens: penitentiam agite appropinquabit enim regnū celorum. Dyaconus vero representat ꝓphetas q̄ annūciauerunt futurā ex euangelio vitā. Ceterum episcopus ideo sequitur euangeliū ad notanduz ꝙ debet semꝑ illud intueri ⁊ in mēte habere: ⁊ ante illū portatur: qꝛ per doctrinam euāgelij ad xp̄m vitā via preparat. Potest etiam dici ꝙ per subdyaconū librū ferentem: ⁊ per dyaconū euāgelij p̄conem sanctos noui testī: per librū vero euangelij nouū intelligimus testa. ꝑ ceroferarios vero ⁊ thuriferarium sanctos qui precesserunt nouū testa. ⁊ per duo candelabra cū cereis ardentib⁹ legem ⁊ ꝓphetiam que xp̄m mūdi lucem nunciabant cōmemoramus. Sine igne eñ non debet sacrificari. extra de cele. mis. ca. fi. iuxta illud leui. vi. c. Ignis in altari meo semper ardebit. Quid lumen huiusmodi significet ⁊ de candelabris dictum est in prima parte sub ti. de picturis. Cerei feruntur sup candelabra q̄ fundamentū designant: vt sup fundamentuz luceat coraz hoībus lux predicatoꝝ. Pulcre ergo candelabra dyaconus ⁊ subdyacon⁹ ante euangeliū precedunt: quia lex ⁊ ꝓphete legem gratie precesserunt. In quibusdaz ecclesijs sunt tres cerei: quoꝝ mediū significat illū qui agit vbicūq; fuerint duo vel tres ⁊c. In alijs. vij. quia gratia septiformis tota ecclesia illuminatur. De hoc aliter sub euāgelio dicetur. Thuriferarius vero ceroferarios ⁊ alios antecedit ad notanduz ꝙ thuris significatio sanctis vtriusq; testamēti cōmunis est. Per thuribulum autē cor humanū cōpetenter notatur quod debet esse apertum superi⁹ ad suscipiendum: ⁊ clausum inserius ad retinendū habens ignē charitatis ⁊ thus deuotionis siue suauissime oratiōis: seu bonoꝝ exemploꝝ sursum tendentiū qd̄ ꝑ fumuz inde resultantē notatur: sicut eñ thus in igne thuribuli suauiter redolet ⁊ sursum ascendit: ita opus bonuz vel oratio ex charitate vltra omīa thimiamata fragrat. Adhuc thuribulū cū incenso corp⁹ christi suauitatis odore plenū. carbones spirituz sanctū. thus boni opis odorē designāt. de hoc etiā dicet in quinta parte sub ti. de laudib⁹ matutinis: ⁊ infra sub ti. de thurificatiōe

¶ Postq̄ ad altare ventū est cerei qui p̄cesserant postponuntur vt ostendatur doctores fuisse ante natiuitatem ⁊ post illuminantes. Candelabra vero manibus per accolitos te

nentur donec Kyriel' incipiatur: ad notandū
q̄ doctor opere debz exercere qd̄ docet: q̄q̄z
non debet rudez populū deserere donec sciat
ꝓfiteri. Domine miserere. Illo vero incepto
deponūtur quādoq̄z in pauimento: tum quia
post acta bona opera humiliare ⁊ esse pulue-
rem recognoscere nos debem⁹: tum quia do-
ctores in bono opere ⁊ in predicatione se ter-
ram esse cognoscere debēt. Sed dum officiū
inchoatur subleuari debent: q̄r quisq̄z ⁊ preci
pue prelat⁹ se erigere per bona opera debet:
vt ceteri hoc videntes glorificēt patrē qui in
celis est. Adhuc pontifex ad altare ꝑueniens
mitram deponit ꝓut dictū est in tertia parte
sub ti. de mitra. deinde cōfessionē dicit. ¶ In
tertia vero dum cōfessio fit subdyacon⁹ tenet
librum euangelioꝝ clausum ante faciē eius a
parte sinistra. Stat quidem ad sinistram q̄m̄
ipse tenet in aliquib⁹ locū prophetaruz: quos
sepe in ecclesia legit. tenet libruz ante oculos
pontificis vt ille iugem memoriā habeat euā
gelice predicatiōis: qui clausus tenet̄: q̄m̄ lex
euangelica clausa in ꝓphetis mistice contine
tur. Confessione autez facta sacerdos libruz
aperit ⁊ osculatur: ꝓut sub ti. de osculo alta-
ris dicetur. ¶ Sane ꝟm innocentiū papā. iij.
romanus pōtifex dum stationalis solennitas
celebratur cū sex ordinibus clericoꝝ: de q̄bus
in prohemio secūde partis dictuz est: a sacra-
rio siue a loco vbi se induit ⁊ parauit ꝓcessio-
naliter ꝓgreditur ad altare designās q̄ chri
stus exiuit a patre ⁊ venit in mundū. Hic eñ
ꝓcessionis ordo generationis christi seriez re
presentat quam Matheus euangelista de-
scribit: in qua sex inueniūtur ordines persona
rum: a quibus ꝟm carnem xp̄us originem tra
xit ⁊ in mundū ꝓcessit: videlicet patriarche: ꝓ
phete: reges: principes: pastores: ⁊ duces. A
braham patriarcha. Dauid propheta. Sa-
lomon rex. Salmon prīceps. Judas pastor.
Zorobabel dux. Duo dyaconi pontificem de
ducentes significant Abrahaz ⁊ Dauid: qui-
bus incarnationis christi facta est repromis-
sio. Nam illi repromissum est. in semīe tuo be
nedicentur omnes gentes. isti vero pollicitū
est. De fructu ventris tui ponam super sedez
tuam. propter quod euangelista figuraliter
hos duos in generatione christi premisit in
quiens. Liber generationis domini nostri Je
su christi filij dauid filij abrahā. Isti sunt due
colūne quas vetus ille pontifex in vestibulo
templi posuit ante ostiuz quas ambit funicu
lus duodecim cubitoꝝ: id est quos fides duo
decim apostoloruz amplectitur: de quaꝝ me
dio christi ostium credētibus aperitur. Quat
tuor autem ministri super pontificem mapu-
lam ferunt in summitatibus quattuor bacu-
lorum colligatam: ⁊ inde ipsi ministri mapu-
larij nuncupātur. mapula illa que diuersis fi-
gurata est imaginibus sacram designat scri-
pturam que multis ⁊ varijs est insignita my-
sterijs. Hec quattuor baculis sup̄ pontificez
portatur extensa: quia sacra scriptura quattu
or modis sup̄ xp̄m fertur exposita: videlz hy-
storice: allegorice: anagogice: ⁊ tropologice
ꝓut dictū est in ꝓhemio libri. Hic est fluui⁹
paradisi qui quattuor in capita diuisus pro-
greditur. hec est mensa ꝓpositiōis que quat-
tuor pedibus eleuata subsistit. Super ponti
ficem ergo portatur extensa: vt is venisse mō
stretur quē lex scripserat ⁊ ꝓphete. Nam ip
semet xp̄us incipiens a moyse ⁊ ꝓphetis in-
terpretabatur in oībus scripturis que de ip̄o
erāt: ꝓpter qd̄ dicit̄ alibi. si crederitis moysi:
crederetis ⁊ mihi. de me eī ille scripsit. Quat-
tuor ministri mapulā ferentes quattuor sunt
euangeliste sacrā scripturā declarantes: ⁊ fi-
dem exaltantes. Hic est q̄ in summitatibus
baculoꝝ eoꝝ imagines collocantur: ⁊ p̄ferū-
tur duo luminaria cū incēso: quia lex ⁊ ꝓphe-
te cum psalmis xp̄i ꝓnunciauerūt aduentum
xp̄o attestante q̄ ait. Necesse est impleri oīa il
la q̄ in lege moysi ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me
scripta sunt. In maioribus autē solēnitatib⁹
septem candelabra coram pontifice deferun
tur per quod illud ostendit̄ quod Jo. in apo.
describit. Conuersus inquit vidi septem can-
delabra aurea ⁊ in medio illorū similem filio
hominis vestitū podere. vt ille ꝑ hoc aduenis
se monstretur: sup̄ quez requieuit sp̄us gratie
septiformis. ꝟm illud Jsa. vaticiniū. Egredie
tur virga de radice iesse: ⁊ flos de radice eius
ascendet ⁊ requiescet super eum spiritus do-
mini ⁊c. In quibusdam etiā basilicis circa me

dium chori manipulus stuppe appēditur cui pontifex transiens ignē apponit vt in cōspectu populi cito incineret: per hoc scdm aduētum cōmemorans in quo christ⁹ viuos ⁊ mortuos ⁊ seculū per ignem iudicabit. Nā ignis in cōspectu eius semper ardebat ⁊ in circuitu eius tempestas valida: ne videlz q̄s male securus existat. qm̄ qui in primo aduentu blanditur per secūdum exterret. qui enī iudicādus venit in primo: iudicaturus veniet in secūdo. Hoc etiam fit vt pontifex ignē apponens cōsideret ꝙ ipse debet in cinerem redigi ⁊ ornatus eius in fauillā cōuerti: ⁊ ꝙ quēadmoduz stuppa facile cōburitur: sic etiā facile ⁊ quasi in momēto presens transit mūdus et cōcupiscentia eius: quia s̄m Jacobum apostolū: vita nostra vapor est ⁊ ad modicum parens ne forte q̄ gloriosus incedit in temporali gloria delectetur. nam omīs caro fenū ⁊ omīs gloria eius quasi flos feni. Cum autē iam pontifex appropinquat altari primisceri⁹ stole cantoruz accedens dextrū ipsius humerū coram astantibus osculatur: quia cū christ⁹ nasceret in mūdo angelus ille cū quo facta est celestis militie multitudo laudantium deum natiuitatem eius pastorib⁹ patefecit: de quo dicit ꝓpheta. Puer natus est nobis ⁊ filius dat⁹ est nobis: ⁊ factus est principatus sup̄ humeruz eius. ¶ Porro tres sacerdotes q̄ pōtifici venienti. coram altare reuerenter occurrunt. ⁊ īclinantes os eius osculantur ⁊ pectus: significant illos tres magos qui venerunt hierosolymam dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeorum. ⁊ ꝓcidentes adorauerunt eū. ⁊ quia apertis. t. s. o. e. m. a. t. ⁊ myrrham. Per geminum quidem osculum geminam in christo cōfitentur naturam: diuinaz scilicet ⁊ humanā. diuinam quasi latentem in pectore. humanaz quasi patentem in ore: quas etiaz per oblata munera magi mystice figurarunt. Osculum enim signū est reuerentie: prout sub titulo de pacis osculo dicetur. ¶ Disponitur autē ista processio velut castroruz acies ordinata. Nā maiores ⁊ fortiores quasi custodes exercit⁹ preueniunt ⁊ sequūtur. minores autem quasi debiliores in medio colligūtur. precedūt eniz episcopi et presbyteri: subsequūtur pontifex ⁊ dyaconi: in medio colliguntur subdyaconi ⁊ accoliti. cantores vero quasi tubicines exercitum precedunt: vt eum ad prelia contra demones excitēt ⁊ inuitent. De quo prelio apostolus dicit. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus spūalia nequitie in celestibus. Unde buccinate in neomenia tuba in die insignis solennitatis vestre. ¶ Premisim⁹ de processione summi pōtificis. inde etiaz occasione sumpta ⁊ de alijs ꝓcessionibus aliqua subijciamus. Circa qd̄ generaliter notandum est ꝙ sicut in missa legatio xp̄i pro nobis in mundū figuratur: ⁊ in ꝓcessionibus nostris reuersio nostra ad patriam denotatur: quaruz solennitas egressuz populi de egypto pene in omībus imitatur. Sicut enī populus ille per moysen erept⁹ est est de manibus pharaonis: sic populus dei ꝑ christum liberatur de ore leonis. Et sicut tabule testamenti de monte sinay accepte sunt a moyse ⁊ corā populo portate. Exo. xxxiiij. ⁊ xxxv. ca. sic liber euangelij sumitur de altari ⁊ portatur. Illos vero columna ignis p̄cedebat: ⁊ nos lumē candele precedit. ante turmas illoꝝ signa ferebantur: ante nos cruces ⁊ vexilla portantur. Ibi ꝓdigia fiebant ⁊ apud nos miracula non cessant. Illic leuite tabernaculum federis portabant ⁊ nostri dyacones ⁊ subdyacones planaria ⁊ capsas ferunt. Ibi arca domini a sacerdotibus portabatur: ⁊ apud nos scriniū aut feretrum cuz reliquijs a presbyteris deportantur. Apud illos Aaron summus sacerdos sequebatur ornatus. ⁊ apud nos episcop⁹ infulatus. Apud eos moyses cum virga. apud nos rex cum sceptro vel episcopus cū gambuca. Ibi clangor tūbarum: hic strepitus campanarum. Ibi populus armatur: hic clerus sacris vestib⁹ ⁊ populus virtutibus adornatur. Ibi populus aspergebatur sanguine. hic aqua benedicta cū sale. Illis obuiat amalech sanguinē sitiēs. nobis turba demonum nostre vite semper insidians. Illis suus Josue victor extitit. et nr̄ Jesus victoriam nobis obtinuit. Cum autez ad aliquaz ecclesiam ꝓcessionaliter tendim⁹ tunc quasi ad terraz promissionis accedim⁹. Cuz vero ecclesiam cantantes intramus: q̄si

gaudentes ad patriam peruenimus. Cuz cir
ca ecclesia feretrum cũ campanarũ pulsatiõe
portamus: quasi cum archa cum sono tuba-
ruz: ⁊ cuz clangore populi hiericho circuim⁹.
Hiericho corruit ⁊ destruit̃ cuz in nobis ꝯcu
piscentia vincitur. Cum vero de choro ad ali
quod altare imus ibiqz stationem facim⁹: si-
gnificat ꝙ aĩe ad christũ tendent ⁊ ꝯtinẽtur ĩ
consortijs angelorũ. ¶ Secũdo etiaz dauid
et salomon nos ad processiões informauerũt
cum Dauid arcã dei in tabernaculum ⁊ Sa
lomon in templũ cum hymnis ⁊ canticis por
tauerunt ⁊ sub alis cherubin locauerunt. Si
cut xp̃i humanitas ascendens celum ingredi-
tur: ⁊ ab angelis perhenniter adoratur. quez
fidelis anima comitatur. ¶ Tertio etiã in ꝓ-
cessionibus memoramus ꝙ xp̃s de sinu p̃ris
venit in mundum: de presepe ad templũ. ⁊ de
bethania in hierusalem: ⁊ de hierusalem ĩ mõ
tem optantes vt de mũdo reuertamur ad pa
triam: ⁊ de vna ecclesia ad aliaz scz de militã
te ad triumphantẽ: sequentes crucem id ẽ ve-
stigia crucifixi: ⁊ nos vicijs ⁊ concupiscentijs
crucifigentes. Sequentes etiã vestigia sctõ-
rum: precepta euangeliorꝫ ⁊ induti vestes sa-
cras scz loricaz iusticie. cingulum continẽtie:
scutũ fidei: ⁊ galeam salutis eterne. Deĩde sa
cerdos celebraturus quasi contra spũalia ne
quicie in celestibus pugnaturus sacris vesti-
bus quasi armis induitur prout dictum est in
ꝓhemio tertie partis. ¶ In nõnullis aũt ec-
clesijs sic processio ordinatur. Procedũt nã-
qz septem accoliti cum luminarijs significan-
tes omẽs qui per septiformẽ spũs sancti gra-
tiam lumẽ scientie fidelibus ministrauerunt.
illos sequuũtur septem subdyaconi cũ plana-
rijs: significantes illorꝫ qui per eandẽ gratiã
plenitudinem diuinitatis in christo habiturã
corporalit̃ docuerũt. Et post eos septẽ dya-
coni rep̃sentantes vniuersaliter omnes q̃ per
eandem gratiam spũalem intelligentiã vide-
licet euangelicã de christo habuerũt. Et post
eos .xij. priores figurãtes oẽs qui fide sancte
trinitatis vel trium vel quattuor virtutũ ope
ribus choruscarũt. quos comitant̃ tres acco
liti cum thuribulis ⁊ incenso significãtes tres
magos qui christo munera obtulerunt. Dein
de sequitur vnus subdyaconus codicez euan
gelij baiulans: qui significat legem. qui iõ põ
tificem precedit: quia lex continẽs in se passio
nis euangelice sacramentum precessit xp̃i ad
uentum: ⁊ portat illum clausum ad notandũ
ꝙ illud fuit in lege obscurum priusq̃ agn⁹ se-
ptimi libri singula aperiret. Deinde pontifex
a duobus quasi in curru vehitur quem turba
comitatur orãdo. in quo designatur ꝙ popu
lus sequitur xp̃m in celum: in quo ꝯmitatu de
cem sunt ordines. s. hostiarij: lectores: exorci-
ste: accoliti: subdyaconi: dyaconi: p̃s byteri: cã-
tores: laici: mares et mulieres: quia curr⁹ dei
decem milibus multiplex. milib⁹ dicitur ad in
sinuanduz eorꝫ perfectionẽ. Sed dyaconos
subdyaconos ⁊ accolitos presertim secuz pa-
ratos adducũt. iuxta illd̃. Ecce ego mitto ad
vos ꝓphetas: sapientes ⁊ scribas. Prophe-
te sunt dyaconi sapiẽtes subdyaconi. scribe ac
coliti. His siquidẽ xp̃i vicarius et ipse christ⁹
in publicum deducitur in modum adolescẽtu
larũ timpanistriarũ. Eum autẽ productũ cã-
tores ⁊ duo chori suscipiunt gratulando can
tantes introitum cũ gloria in excelsis. Nem-
pe cantores siue clerici in albis exultãtes: an-
geli sunt qui christum ascendentem cum glo
ria ⁊ laudibus in altissimis acceperunt. Duo
chori qui laudes concinunt: sunt duo populi:
iudaicus videlicet et gentilis qui christo ve-
nienti cum laudibus occurrunt. Ipsa vero ꝓ
cessio est via ad celestem patriam. Aqua be-
nedicta precedens: mundicia vite est. Lumĩa
ria: misericordie opera. iuxta illud. Sint lum
bi vestri precincti ⁊ lu. ar. i. ma. ve. ⁊c. Siqui-
dem pontifex seu sacerdos quasi medius col-
locatur inter clerum et crucem precedentem
et populum subsequentem tanq̃ mediatoris
dei ⁊ hominũ vices gerens. Preterea maio-
res in choro et in processiõe posteriores sunt
quia salus fit descendẽti. Unde Zacheus p̃n
ceps publicanorũ: quia pusillus erat cũ ascen
disset arborez sycomorũ vt videret iesum trã
seuntẽ ait ei Jesus Zachee descende quia ho
die oportz me manere in domo tua. at ille de
scendit et excepit illum gaudens in domũ su-
am: iudei vero in sublimi stantes erant et ma
iores eorũ p̃mas cathedras in synagogꝫ hñt.

¶ Crux ergo quasi regale vexillū ⁊ triūphale signuz in ꝓcessionib⁹ p̄mittitur. Primo vt fugiant qui oderunt eū a facie eius, est eñ signum victorie xp̄i. Juxta illud. Vexilla regis ꝓdeunt ⁊c. quo demones victi sunt, vnde illo visu timēt ⁊ fugiunt; ⁊ propter hoc in quibusdā locis tempestatib⁹ aeris opponitur vt demones fugiant; ⁊ ab aeris cōcitatōe desistāt. Nēpe sancte crucis mysteriū est nostrū signū ⁊ vexillū. Vñ Isa. ij. Stat in signū populorū ip̄m gentes. dep̄cabuntur; et erit sepulchrum eius gloriosum. Scd̄o crucis vexillum p̄mittitur; quia sicut ait apostolus ad Gala. Absit nobis gloriari nisi in cruce dñi nostri Jesu xp̄i per quē mūdus nobis ⁊ nos mundo crucifigi debemus. de hoc etiā sub ti. de euāgelio dicetur. Quādoqz etiam vexilla p̄mittūtur; vt dicetur in sexta parte sub ti. de rogatōib⁹. Sane vt p̄missuz est dum fit ꝓcessio cāpane pulsantur. Naz sicut rex terrenus in exercitu suo regalia habet insignia scz tubas ⁊ vexilla; sic ⁊ rex eternus christ⁹ in ecclesia sua militāti cāpanas pro tubis et cruces pro vexillis hz. de quo in ꝑte pr̄ia sub ti. de cāpanis dictum est. Adhuc cāpanaꝝ strepit⁹ ꝓphetas q̄ xp̄i p̄nūciauisse aduētuz figurat. Pāni ⁊ alia substernuntur in loco vnde transire ⁊ ad cantandum processio stare debet. Juxta illud Thobie penultimo. Platee tue sternētur auro mūdo et candido ⁊ in vijs eius cantabitur alleluia.

¶ Illud aūt sciendum est ꝙ quattuor sunt solennes ꝓcessiones. s. in purificatōe beate virginis Marie; in ramis palmarū; ī pascha de quibus in suis locis dicetur; et quarta que fit in ascensione dñi ad representationē illius vltime ꝓcessionis quam discipuli post dominū in die ascensionis eius in celum fecerunt venientes simul cum eo ad montez oliueti. Unde assumptus est videntibus illis in cuius ꝓcessionis representationez fit ꝓcessio in dominicis dieb⁹. Sciendū est eñ ꝙ primitiua ecclesia obseruabat diem dominicā solēnem vt et modo. ⁊ fiebat in ea processio in memoriā resurrectionis ⁊ obseruabat etiam quintam feriam; ⁊ fiebat in ea ꝓcessio in memoriam dominice ascensionis; sed multiplicatis sanctoꝝ festiuitatibus sublata est solēnitas quinte ferie ⁊ eius processio per Agapitum papaz in dominicā translata est; vt a populo tūc ad ecclesiam conueniēte simul ⁊ solēniter valeat celebrari ⁊ propter hoc dies iouis dicit̄ vulgariter cognata diei dominice; quia videlz antiquitus par solennitas fuit vtriqz. In diebus igitur dominicis ꝓcessionem facientes resurrectionem dominicā memoram⁹; ⁊ ꝓcessionē per discipulos post dñm factam rep̄sentam⁹ nō ꝙ illi eam in domica die fecerīt vt p̄missuz est. Nempe egrediendo ecclesiā ⁊ regrediendo ad eam quasi de hierusalē redim⁹ ad hierusalez; prout illi fecerunt. ⁊ sequimur crucez sicut illi crucifixum. ⁊ lz illi sine Jesu redierunt; nos tamē cum cruce redimus pro eo ꝙ ip̄e dixit. Uobiscum sum vsqz ad ꝯsumationē seculi. que ꝓcessio anteq̄ tertia dicatur facienda est prout in sexta parte sub ascēsione dicetur.

¶ Non est etiam p̄termittendū ꝙ in dñicalibus processionib⁹ de nouo dūtaxat testa. cantare ⁊ virginem salutare ⁊ aliquid qd̄ ad eius laudem ꝓprie pertineat cantare debem⁹. ex quo etiā ꝯsuetudo inoleuit vt in claustris oratoriū virginis construatur. quā in statōe pr̄io ex pristina ꝯsuetudine salutam⁹. Licet eñ dicatur ꝙ xp̄s resurgens prius magdalene apparuerit; verius tamen creditur ꝙ matri sue ante oēs apparuerit; sed ad euāgelistas hoc dicere nō pertinuit quorū officium fuit testes resurrectōis inducere; nec decuit ad testificandum pro filio matrez inducere. Si eñ verba extranearū feminaꝝ visa sunt incredulis deliramenta; quomō nō magis matrem pro filij amore crederent delirasse. ⁊ sic romana sentire videtur ecclesia que in prima die post resurrectionem. s. in pascha apud beatā Mariaz maiorem celebrat stationez quasi preponēs hierusalem. i. virginē que vidit pacem p̄ alijs in pr̄icipio leticie sue; quo circa sicut p̄ma die ad misericordiā suam apud sanctam Mariā maiorem precurrim⁹; sic ⁊ ad eius honorē in dñicalibus ꝓcessionibus pr̄ia statio deputatur vt eaz laudibus extollentes; ⁊ ad ei⁹ oratorium festinantes cum sponso dicere videamur. Uadā ad mōtem mirrhe ⁊ ad collē thuris. mōs quidem est ipsa beata virgo; ad quā filius resurgens vadit apparendo ⁊ nos ado

rando. Sed nō est necesse ꝙ si dicat: qꝛ nūq̄ disparuit: ⁊ ꝙ semel melius est ⁊c. Sed ideo sic ponitur ꝓpter rudes ⁊ sensibus tm̄ ⁊ non intellectui. Postremo notandū est ꝙ in q̄busdam ecclesijs post ꝓcessionē omēs clerici ante crucifixum veniūt inclinantes illi ⁊ dicētes Aue rex noster benedictus: sꝫ ⁊ qui pluuialia aut alias solēnes vestes portarūt ante altare illas deponūt. primo ad repꝛesentandū ꝙ filij hebreoꝝ sternebant vestimenta sua in via ante xp̄m in ꝓcessione sibi hierusalem venienti facta. Secūdo ad ostendendum ꝙ diuino vocaturi officio omīa mūdana a mentibus abijcere debent.

¶ De cōfessione. Rubrica.

Priusq̄ sacerdos vel ep̄us gradus altaris ascēdat: ⁊ anteq̄ sacrū ordinet̄ officium ad seip̄m reuertēs īclinat se ante altare significans xp̄i exinanitionē qui inclinauit celos ⁊ descendit cū se formā serui accipiens exinaniuit: ⁊ cōsiderans ꝙ sicut dicit salomō: iustus in p̄ncipio sermonis accusatoꝛ est sui. ꝯfisus etiā de illa ꝓphetica cōsolatione. Dixi cōfitebor ⁊ ture. ⁊c. de pe. di. i. dixi. de peccatis suis cū astātibus gn̄aliter cōfitetur psal. illū premittens ex institutōe Celestini pape. i. rite ad hoc ꝯuenientem. Judica me deꝰ ⁊c. vt discretꝰ a gēte nō sancta: ⁊ ab homīe liberatus iniquo ad altare dei dignus introeat. Petit em̄ liberari a tentatione ⁊ illumīari a gratia: vt patet in ipso psalmo. Petit etiam a deo vt det ei quod offerat: scilicet filium suuꝫ quem nisi ei daret: prout Abrahe dedit non haberet quid offerret. Fit ergo ꝯfessio vt purioꝛ sit ⁊ sine macula ingrediatur: in qua notandum est: quia nō vt quidam minus prouide faciunt in specie: ne cauterizentur conscientie auditoruꝫ: sed in genere confitenda sunt peccata: quoniaꝫ ista confessio nō est occulta: sed manifesta. Et nota ꝙ cuꝫ in templo Salomonis dedicato sacerdotes dicerent Confitemini domino quoniaꝫ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. nebula impleuit domū dn̄i ⁊ obūbrauit facies sacerdotum: ita ꝙ se inuicem videre nō poterāt. Et ait Salomō. Dixit dominus ꝙ habitaret in nebula. dixit id est opere demonstrauit: quoniaꝫ in monte synai apparuit in nebula. israel in nube pꝛecessit ⁊ ante Moysen in cauerna positum transiuit ī nebulā. ¶ Percutimꝰ autē pectus cum peccata confitemur exemplo publicani q̄ pectus suū percutiebat dicēs. Dn̄e ꝓpitiꝰ esto mihi peccatoꝛi. In tōsione quidē peccatoꝛis tria sunt: ietus: sonus ⁊ tactus: per q̄ significant̄ tria q̄ sunt in vera penitentia necessaria: vꝫ coꝛdis cōtritio: oꝛis cōfessio: ⁊ operis satisfactio: qꝛ in tribꝰ peccamus. s. coꝛde: oꝛe: ⁊ ope. Deīde pꝛo circunstātibus oꝛat: īdulgentiaꝫ peccatoꝛū īploꝛans. nam xp̄s de secreto p̄ris in mundū veniens: ⁊ de vtero virginali pꝛocedens. patribꝰ suspiria multiplicantibꝰ pꝛo nobis passurus hierusalem ītroiuit ī montē se īclinauit cām suā ꝯtra hominem dolosuꝫ ⁊ iniquū deo cōmittens: ⁊ patri confessionem fecit dicens. Confiteoꝛ tibi pater celi ⁊c. ip̄e quoq̄ nobis indulgens pꝛopꝛio coꝛpoꝛe pctā nostra poꝛtauit. Sane pontifici facturo confessionem subdyaconus manipulum coꝛam altari immittit. Pꝛimo ad notandum ꝙ cōcessa temporalia per manum alienam: puta subdyaconi vel alteriꝰ ⁊ non per ꝓpꝛiaꝫ recipere ⁊ administrare debet. Secundo ad designandum ꝙ non sufficit oꝛis confessio: nisi ⁊ bone operis fructus per populū significatus sequatur. Tertio vt videns se inferioꝛis mīsterij oꝛnamēto oꝛnari aīo humilietur. ¶ Rursus ideo pontifex post acceptam casulam ⁊ non ante manipulum recipit: quia chꝛistus cuius typū gerit: nō pꝛius manipulos operū qui ꝑ manipuluꝫ ipsum designantur obtulit: q̄ celestem haberet cōuersationem que per casulam figuratur: ꝓut in parte tertia sub dalmatica dictuꝫ est. Sacerdos vero econtra ante indutam casulaꝫ manipulum sumit: quoniaꝫ celestem cōuersationem adipisci nequit: nisi pꝛius sanctoꝛuꝫ operum manipulos poꝛtet. Adhuc pōtifex post q̄ ad altare peruenit manipulū recipit ad notandum ꝙ tunc demū bonoꝛum operum effectiuum pꝛemium percipiemus: cum ad eterni tribunal iudicis peruenienus. Sacerdos autem dum facit confessionem et etiam sepe

in misse officio manus iungit: que manuū iunctiones deuotionem significant. Et qꝛ illa in aliquo est maior in aliquo est minor: ideo certus manuū iunctionū non est numerus determinatus. ¶ Rursus sacerdotis manuū iūctio significat omniū bonorum a deo fluentiuz in ipso vnitatem ⁊ coniunctionē. Et quia infinita bona infinitis ⁊ indetermīatis modis possunt a deo ꝓcedere: ideo manuuz iunctiones sacerdotis numerus determinatus non est. ¶ Inclinationes vero sacerdotis in officio misse ſm morem quarūdam ecclesiarum sub certo numero perstringuntur: quoniā regulariter octo vicibus profunde corā altari ⁊ tredecim vicibus mediocriter super altare inclinat. Octo ꝓfundas inclinationes ante altare facit ad referendas gratias ipsi christo de octo principalibus que egit ante sui immolationem quam sacerdos in officio figurat altaris. Primuz fuit ammirabilis īcarnatio. Secundum fuit discipulorum gratuita vocatio. Tertium demonis in tentationib⁹ superatio. Quartum miraculorum operatio. Quintuz infirmorum sanatio. Sextum mortuoꝝ resuscitatio. Septimuz oīm questionum ei ꝓpositarum per suam sapientiam determinatio. Octauū salutaris populorum instructio. ⁊ q̄cunq̄z ante sui īmolationem egit: ad hec octo ſm Bernardum reduci videntur. Tredecim vero inclinationes mediocriter facit super altare: qꝛ christus tredecim fecit in ara crucis sumēdo aram crucis pro toto tempore sue passionis quod incepit in hora captiōis. Primū fuit iude ꝓditoris discreta redargutio dicēs. Iuda osculo filium hominis tradis. Secuncundum fuit ipsius captiōis sui p̄bitio dicēs eis: quem queritis: qui responderunt Iesum nazarenuz: quibus respondit. Ego sum. Tertium falsis testibus ⁊ regibus māsueta respōsio. Quartum sputoꝝ ⁊ verborum sine murmuratione tolleratio. Quintum in his que vidit ⁊ audiuit nulla sibi vel aliis data ꝑturbatio. Sextum discipuli eum ter negantis culpe condonatio. Alia vero septem enumerat Ambrosius ab eo ī ligno crucis facta dicēs. Actor pietatis in cruce pendens officia diuidebat. persecutionem apostolis: pacem discipulis: corpus iudeis: spirituz patri: paranimphum virgini: paradisum latroni: ⁊ infernum peccatori. ¶ Oscula quoq̄z sub certo numero fiunt: prout dicetur in quarta particula canonis.

¶ De incenso benedicēdo ⁊ in thuribulum mittendo. Rubrica.



Post factam cōfessionem ⁊ datam absolutionē pontifex vel sacerdos priusq̄ dicat. Deus tu cōuersus ⁊c. incensum cū benedictione ī thuribulo apponit representans q̄ legalis sacerdos ferens sanguinē ⁊ carbones cū tymiamite in thuribulo orans ponebat donec fumus eum obumbraret: ꝓut dictum est in ꝓhemio hui⁹ partis. Per hoc etiā illud insinuās q̄ angelus venit ⁊ ante altare stetit hn̄s thuribuluz aureū in manu sua: qd̄ impleuit de igne altaris: ⁊ data sunt ei incensa multa vt daret de orationib⁹ sanctoꝝ ¶ Sane angelus est xp̄s thuribulum aureū corp⁹ immaculatuz: altare ecclesia: ignis charitas: incensuz oratio: ſm illud ꝓpheticum. Dirigat̄ oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Uenit ergo angelus id est xp̄us qui stetit ante altare. i. in cōspectu ecclesie habens thuribulū aureū. i. corpus immaculatuz. plenū igne. i. charitate ⁊ data sūt ei. s. a fidelib⁹ incēsa mīsta. i. orōens vt daret. i. rep̄sentaret eas patri de orationib⁹ sanctorū. ¶ Et nota qꝛ nō dicit orationes. christ⁹ eī nō oēs oratōes exaudit: sed dicit de orationib⁹: de illis videlicet que ꝑtinent ad salutē. Unde cū paul⁹ ter dominū rogasset vt ab eo stimulum carnis auferret: respondit ei dn̄s. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Episcop⁹ ergo vel sacerdos th⁹ in thuribulo apponit: qꝛ xp̄s orōnes inspirat in animo vt ꝑ ipsum offeratur incensum in odorem suauitatis. sacerdos autē minister incensuz representat ep̄o vel dyaconus sacerdoti: quia lex illud preciosum tymiama confecit quod in odorez suauitatis altissimo offerret: de quo dominus subdit in exo. x. ca. Talez cōfectionē non facietis in vsus vestros: quia san

ctum est domino: et homo quicūqꝫ fecerit simile vt odore illi⁹ ꝑfruat̄ ꝑibit de ꝑplis suis. Et ex hoc verbo fuerunt qui dicerēt ꝙ si oblato thure ⁊ bñdicto supra altare thuribulū descendat ab altari ad clericos vel laicos tūc aliud ibi thus sine bñdictione apponendū est: ⁊ omnibus tam clericis quā laicis offerendū tanq̄ illud spectet ad latriam: istud ad duliā. Melius tamen ꝟm spiritū q̄ ꝟm litteraꝫ ītelligitur. nam littera occidit: spūs viuicat. ⁊ ꝓpter premissam etiā causam odor thuris bñdicti non datur in ecclesia spōso et spōse. Per cōcremationē vel cōsecrationē vero thuris significatur ꝙ sacerdos orationē feruentē ⁊ deuotam dꝫ habere. Thus eñ virtutē hꝫ ascendendi ex fumi leuitate: ꝯsolidandi sui qualitate: cōstringēdi ex glutinitate. ꝯfortādi ex aromaticitate. sic oratio ascēdit in dei memoriā aīam consolidat quantū ad culpaꝫ preteritā impetrando medelā ⁊ ꝯstringit quo ad committendi licentiā. confortat quo ad presentez impetrando tutelā: de quo etiaꝫ dictū est sub ti. de accessu pon. ad al. ⁊ dicet̄ sub ti. de thurificatōe. ¶ Nauicula vero in q̄ incensuꝫ reponit̄ designat ꝙ ꝑ orationē quaꝫ incēsuꝫ significat de huius mūdi mari magno et spacioso ad celestez patriam satagam⁹ nauigare. Unde in ꝓuerbijs. Facta est quasi nauis institutoris portans de longe panē suū. Potest etiam dici per thuribulū cor homīs. per ignē feruor deuotōis. per incensum oratōes offeruntur que per angelū ad deū perferunt̄ signat̄. Uascula quibus ignis recipit̄ sunt filij q̄ corda patrū pietate ⁊ fluentia imitātur: ⁊ flāmā celestis sacrificij quā in ꝓximoꝝ mētib⁹ aspiciunt in suis accendere satagūt. ¶ Instrumēta vero quibus ignis ad altare portatur sunt predicatores qui exemplis sanctorū charitatis ignem portant et in corda fidelium transferunt que corda patrum in filios conuertūt. Thuribulū aūt quid significet dicetur sub ti. thurificatione.

¶ De osculo altaris ⁊ libri. Rubrica.



Post immissum in thuribulo incensum sacerdos seu episcopus dicto. Deus tu conuersus viuificas ⁊c. Sacrum osculatur altare vt notetur pacificatio cum iudeis: et ad designandū ꝙ christus ad nos veniens sanctaꝫ sibi copulauit ecclesiaꝫ. iuxta illud Epitalami cū osculetur me osculo oris sui. In osculo siquidē os ori coniungitur. ⁊ in christo non solum humanitas est vnita diuinitati: verum etiam spōsa copulata est sponso. iuxta illud propheticuꝫ. Quasi sponsa decorauit me corona et quasi sponsam ornauit me monilibus. ¶ Rursus quando prophetalis versus introitus a cantore incipitur: sacerdos ad altare ascendens illud osculatur: quia prophetarum testimonio christus venit in mundum ⁊ ad passionez altaris. Quotiens autez in officio misse osculetur altare: ⁊ in qua parte eius oscula fiāt: et quare manibus super illud depositis: et quare signo crucis in locis osculandis prius impresso dicetur sub quarta particula canonis. In hoc autem loco altare significat populuꝫ iudaicum: codex vero euangelij siue euangelium populum gentilem qui per euangelium credidit: ideo ergo episcop⁹ vel sacerdos euāgelium et altare osculatur: quia christus vtriqꝫ dedit pacem: quando lapis angularis factus fecit vtraqꝫ vnum. Potest etiam dici ꝙ subdyaconus librum euangelij qui clausus portabatur offert episcopo vel sacerdoti: ille vero ad altare perueniens illum aperit ad insinuandum illud quod in Apocal. describitur ꝙ nemo dignus est aperire librum qui intus erat scriptus: ⁊ foris sigillis septez signatus: nisi leo de tribu iuda clauis Dauid qui librū aꝑuit et septez ei⁹ signacl̄a soluit. Per altare vo eccl̄ia signat̄. Iuxta illd̄ exo. Si altare lapideū fecerꝫ mihi nō edificabis illd̄ de sectis lapidib⁹. Per sectionē lapidū ī altari diuisionē fideliū reprobat eccl̄ia ne vꝫ ꝑ errores ⁊ scismata diuidant̄. Liber ergo aꝑit̄ cū ep̄s ad altare ꝑuenit: qm̄ vbi xp̄s primitiuaꝫ apostolorum ꝯgregauit ecclesiā: docens ⁊ predicās scripture mysteria reuelauit dicens. Uo-

bis datum est nosce mysteriuz regni dei: cete ris aūt in parabolis. Unde post resurrectoez aperuit illis sensuz vt intelligerēt scripturas. Rectius igitur facit eps cuz ipsemet aperit li bruz euangelioꝝ: lz ⁊ xps per ministros suos patefecit mysteria scripturaꝝ. Libro vero ap to illū osculatur a parte sinistra ad designan dū ꝙ p̄dicatores recōciliauerūt ⁊ obtulerunt gentes xp̄o: quib⁹ ipse per se nō p̄dicauit: lz ⁊ ipse per se pacem in euāgelio predicauerit di cens. Pacē meaz do vobis ⁊c. Quia vero ip se etiā in cruce pendens pacē fecit: iō mox trā situr⁹ ad dextrū cornu altaris signat se signo crucis: quia vt ait apostol⁹ ad ephe. Xp̄s pax nostra vtraqꝫ fecit vnū: duos ad diuersos pa rietes. i. populos copulans. Post hoc codex euāgelij super altare clausus ponit̄ qd̄ q̄tuz ad hoc significat hierusalē: ꝓut sub euāgelio dicetur. Deinde romanus pontifex ⁊ etiā alij quidaz cōuersus osculat̄ dyaconū: vt ostēdat pacē illā in aduentu christi venisse quā ꝓphe te ꝓmiserant. Uñ Dauid. Orietur in diebus eius iustitia ⁊ abundātia pacꝫ donec au. l. Et alius ꝓpheta. Pax erit in terra nostra cū ve nerit. Et ideo xp̄o nascēte vox intonuit ange lorū. Et in terra pax hoībus bone volūtatis. Osculū eñ quādoqꝫ pacē significat: ꝓut di cetur sub ti. de osculo pacꝫ. Dyacon⁹ vero sta tim se inclinans osculatur pect⁹ ei⁹. designās ꝙ inspiratōe diuina ꝓphete pacem predixe re futurā. Nam ⁊ iohānes sup pectus dñi re cūbens euangelij fluenta de ipso sacro dñici pectoris fonte potauit. xciij. di. legim⁹. In nō nullis vero ecclesijs eps primū osculatur mi nistros: postea altare: deinde euangeliū: quo niā christ⁹ primū recōciliauit sibi apostolos: postea iudeos: deinde gētiles. In quibusdaz etiam locis offert osculum pacis cantorib⁹: quasi retorsum implens illud: pacem meā do vobis: pacem relinquo vobis. Dat quidē pre sentibus relinquit absentibus: nec ante oscu lum pacis cantores dicunt gloria patri: quia fides trinitatis non ante claruit: q̄ se domin⁹ inclinauit: ⁊ nos reconciliauit et trinitatē per apostolos predicari mandauit. Et ideo oscu lo dato episcopus innuit eis vt dicant gloria patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: sicut erat in prin cipio. Ecce quid cantor annunciat scilicet ꝙ corda patruz conuertātur in filios. Abrahaz tres vidit ⁊ vnuz adorauit. Sic oportet nos filios ei⁹ credere trinitatē ī vnitate. ¶ Poꝝ datam ergo pacem cantor dat sancte trinita ti gloriam quasi diceret referrimus gloriam deo patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto: quia pacem quam prophetauit per sanctos suos prophe tans nobis in nouissimis temporibus digna tus est ostendere. Quando vero dicit: sicut erat in principio. dyaconi ad altare procedūt ⁊ iterum reuertuntur ad episcopuz. in quo fi guratur ꝙ ideo apostoli se morti tradiderūt vt christi corpori adunarentur. Prius autez steterunt cum episcopo ante altare inclinati: sed cum versus ipse incipitur se erigunt quia chorus sanctorñ martyrum ante nouissimaz tribulationē in conualle lachyimarū manēt. Postea v̄o martyrio coronati erecti stabūt liberati ⁊ securi āte dominum semper. Oscu lo autem dato rursus dyaconi cum pontifi ce orant: quasi dicant. Domine doce nos ora re. In quibusdam etiam ecclesijs dyaconi bi ni ⁊ bini latera altaris altrīsecus siue alterna tim osculantur: eo ꝙ dominus apostolos bi nos misit ad predicandum dicēs eis. In quā cūqꝫ domum intraueritis dicite pax huic do mui. qui reuersi sunt ad christum sicut dyaco nes reuertuntur ad episcopum.

¶ De thurificatione. Rubrica.



Post datuz osculuz episcop⁹ seu sacerdos accipi ens de manu dyaconi thuri bulum sacruz incensat altare: quia christus corp⁹ assumens de genere prophetarum factus ex semine da uid s̄m carnem suis orationibus fouet eccle siam s̄m ꝙ orat in euāgelio pater sancte ego pro eis rogo: ⁊ non pro eis tantum: sed pro il lis qui credituri sunt per verbū eoruz. Quod autem dyaconus postea thuribulum accipit vt incensat episcopum vel sacerdotez mora liter instruit ꝙ si digne volumus incēsuz ora tionis offerre: thuribulum incarnationis de bemus tenere. nam sine fide mediatoris ho mines deo placere non possunt: sed iuxta ver

bum promissionis ipsius si quid petierint in oratione credentes accipient. Per thuribulum essi verbum accipitur in carnatus. nas sicut in thuribulo pars superior & inferior trib⁹ catbenulis vniuntur; ita in cbristo tres sunt vniones quib⁹ diuinitas & būanitas vniunt. vno carnis ad animam: vno diuinitatis ad carnem vno diuinitatis ad animā. Quidas enim quartas vnionem assignant videlicz diuinitatis ad compositū simul et anima & carne. vnde & quedas thuribula quattuor catbenulas babent. de boc etias thuribulo Moyses inquit specialiter ad Aaron. Tollite thuribulum & bausto igne de altari mitte incensum desuper. Est & alia in thuribulo consideratio put in titu. de accessu pon. ad al. tactū est. ¶ Rursus ideo thurificato altari episcopus vel sacerdos thurificat ad significandus ꝙ sicut cbrist⁹ est altare & bostia; sic est pontifex & sacerdos cui est oratonis sacrificiū offerendus: q⁹ vero adoratur non solū in quantū deus sed etiam in quantus bomo; ideo in quibusdas ecclesijs pontifice thurificato altare a dyacono circūcirca thurificat. vñ ps. Circuidabo altare tuus dñe. Sane thuribulus aureus significat sapientiā: quia omnes thesauri sapientie dei in eo fuerūt abscōditi. Assistetit angelus iuxta altare. b. t. a. in. m. s. u. ꝙs resurgens carnez babuit in potestate. Argētum significat xpi carnem ab omni labe mundam & mūdicia remitentem. cup⁹eū fragilem & mortalem. ferreū resurgentis fortitudinē. Si quattuor babet catbenulas demonstrat eus ex quattuor elementis constare: vel quattuor virtutibus scilicet iusticia; prudentia; fortitudine; & temperātia decorari. Quinta que partes diuidit animā designat que se in morte a carne in illo triduo separauit. Si vo tres babet catbenulas figurat animas carnem & verbum in vna conuenire persona. Quarta q̄ partes separat potestas est qua animam suam posuit pro ouibus suis. Si vna tantū catbenula sustentatur designat ꝙ solus de virgine generatur; ꝙꝫ solus est inter mortuos liber. Circulus cui bec omnia innectuntur est deitas que nullo termino clauditur; a qua bec omnia continentur & operantur; preter mysticam etiam rationez ob boc incensatur altare vt omnis ab eo nequicia demonus propellatur. Fumus essi incensi valere creditur ad demones effugandos. vnde cum thobias interrogasset angelus quot remedia haberet ea que de pisce iusserat obseruari. Respondit corpis eius particulam si super carbones ponas; fumus eius omne demonio⁹ū gen⁹ extricat. ¶ Sother. pap. xtiñ. di. sacratas. statuit ne monialis incensum circa altaria ferant.

¶ Qualiter episcop⁹ vl' sacerdos & ministri ad altare stare debent.

Thurificatōne peracta episcop⁹ vl' sacerdos ad dextras altaris ptem se transfert; ibi vna cum ministris plane ofticiū et kyrieleison. d. qui transitus de medio altaris in dextrā partem significat xpi transitus de passione per resurrectionem ad vitam eternā. Item a leua transiens in dextram imitatur cbristus ingredientem mundū. leuam enim tetigit cbristus quādo temporalem assumpsit vitas. ad dextram iuit quando carnez assumptā ad dei dextras eleuauit. ¶ Rursus per boc ꝙ accedēs ad altare prius dextram illius partes petit innuit ꝙ ēmanuel in lege promissus prius venit ad iudeos q̄ ad gentiles. Judei essi tunc propter legē in dextra parte fuerūt. gētiles vero quasi in sinistra quia idola colebant. Sacerdos ergo sacris vestibus ornatus cbristum carne nostre humanitatis vestitum significat. venens ad altare cbristum de celis venisse ad populū vt eū saluaret designat. deide in dextrā trasiens designat ꝙ cbristus in mundus veniens venit ad iudeos de qb⁹ voluit nasci. Beata enim maria iudea fuit. de boc trānitu dicetur sub titu. de mutatione sacerdotis & ordine. Et nota ꝙ licet domino pape celebranti vel missam audienti legatur a cappellanis suis introit⁹ & kyrieleison & gloria in excelsis & credo & sanctus & agnus dei non tamē graduale vel alleluya vel tractus vel offertorius vel post communio. pro eo ꝙ illa instructoria sunt & introductoria qbus ipe nō egeat. Illud

sicut predicatio iohānis p̄cessit p̄dicationez xp̄i: ita epistola euangeliū precedit. Gerit q̄z epl'a figurā legis ⁊ ꝓphetie: q̄ xp̄i aduentum p̄cesserunt: sicut ipsa euāgeliū precedit. Precessit quidē lex euangeliū: sicut vmbra lucem: sicut timor charitatem ⁊ initiuz ꝑfectionem. ¶ Sane subdyaconū epl'am lecturū vn⁹ tm̄ comitat̄ accolit⁹: q̄z p̄dicationē iohānis pauca secuti sunt: qm̄ lex neminē ad imꝑfectionē ducit: sed dyaconū euāgeliū lecturū: tam subdyaconi q̄ accoliti ⁊ ceteri comitant̄: q̄z p̄dicationem euangelij que ꝑfectū facit plurimi susceperunt. Dici etiā potest q̄ ꝑ subdyaconi ⁊ dyaconi ad legendū ꝓcessuz: duplex christi manifestatio ꝑ duplicē eius aduentū significatur: quoꝝ p̄mus vnū tm̄ habuit precursorē: scilz iohānem qui ꝑ subdyaconū p̄cedentez significatur. Secūd⁹ duos habebit: vz Enoch ⁊ helyam: qui per duos vel ꝑ plures p̄cedentes dyaconū figurant̄. Facies aūt epistolaz legentis respicere debet altare quod xp̄m significat: quia iohānis predicatio se ⁊ alios dirigebat in christū: de cui⁹ vultu iudiciū ⁊ equitas ꝓcedunt. extra de eccle. bñ. vt nostrū. Is vero q̄ precedit subdyaconū euntē legere nō vertit faciē ad legentem: q̄z iohānes nō ad se audientes: sed poti⁹ ad xp̄m dirigebat: sz qui dyaconū euntē legere p̄cedebant nunc respiciunt ad euangeliū ⁊ ad faciē recitantis. Primo vt ex mutua vtriusq̄z inspectione amor et charitas xp̄i notetur qui in euangelio p̄dicat̄. Secūdo vt se esse cōtestes euangelice doctrine ostendant: sicut legit̄ in Isa. Vos estis testes mei dicit dñs. Quia vero iohānes fuit limes p̄cedentiuz ⁊ subsequentiū: medius inter apostolos ⁊ ꝓphetas. Nam lex ⁊ prophete vsq̄z ad iohānem: ⁊ ex eo regnū dei euangelizatur: ideo epistola nec semꝑ legit̄ de ꝓphetis nec semper de apostolis: sed interdū sumitur de veteri testamento: interdum de nouo. Iohānes em̄ cuius vocē representat epistola cū antiquis xp̄m p̄dixit futurū dicens. Qui post me venit: āte me fact⁹ est. ⁊ cū modernis xp̄m ostendit presentem dicēs. Ecce agnus dei: ecce q̄ tollit peccata mundi. Interdum ergo sumit̄ de apostolis: q̄z licet eoꝝ doctrina nō precessit euangelium: tamē ad vitam actiuam refertur sicut lex et ꝓphetia: et interduz de veteri testamēto: raro tamē: q̄z veluz tēpli scissum: nec ponendum est ante oculos veluz. Epl'a tamē nō legit̄ de quīq̄z libris moysi: q̄z in illis temporalia ꝓmittebant̄. In cuius signum lectiones de illis sumpte terminant̄ in grauē accentū: vt iam dicetur. ¶ Considerādum aūt est q̄ quādo lectio vel epistola de libris moysi vel salomonis sumitur: nomē eorū reticet̄: vt dicet̄ in ꝓhemio sexte partis. Itez in epistolis q̄ sumūtur de ꝓphetis vel de actibus apl'oꝝ siue de apocalipsi ponit̄ ī p̄ncipio hec oratio. In dieb⁹ illis. ⁊ in fine dicit̄. ait dominus omp̄s: eo q̄ in libris illis hoc sepe scriptum inuenitur. Eadem etiā rōne dicit̄ in epistolis Jacobi ⁊ petri. Charissimi. ⁊ in epistolis pauli. Fratres. ⁊ In xp̄o iesu dño nostro. In epistola tamē ad hebreos dicūt quidam nō debere apponi Fratres. eo q̄ apostolus suspectus erat hebreis: sed meli⁹ est vt apponatur: qm̄ quidā boni erant inter eos vt ipse eos in quodā loco eiusdē epistole vocat frēs. Propter premissam etiā causam dicit̄ in euāgelio. In illo tēpore. ꝓprie tm̄ loquēdo nulla epistola est de veteri testamēto: sed ille lectiones vocantur. Porro licet in epistolis q̄ de apocalipsi legūtur dicatur. Lectio libri apocalipsis beati iohānis apostoli. in quibusdā tamen ecclesijs ⁊ epistolis tacetur illud verbuz beati. Certuz est em̄ q̄ beat⁹ iohānes p̄cipue fuit inter oēs apostolos a xp̄o dilectus. Dilectio tamē dei bonos nos efficit: q̄z beat⁹ quez elegisti ⁊ assumpsisti. Hac ergo cōsideratione eū sicut ceteros sanctos supuacuū est beatitudinis titulo sanctū ostendere: ⁊ solem quodāmodo facibus adiuuare. vi. q. c. omīa. cum ipse velut titul⁹ per se patens effectū beatitudinis. s. dilectionē dei euidēter pre ceteris sit sortitus. ¶ Ceterū null⁹ dz epl'az solēniter in ecclesia legere nisi sit subdyaconus: qui si forte defuerit dicatur a dyacono: de quo dictuz est in secūda parte sub ti. de subdyacono ⁊ de dyacono. vel etiaz a sacerdote. Meli⁹ em̄ est vt sacerdos etiā missam cantans illā legat q̄ si ab accolito vel alio inferioris ordinis legatur. ¶ Circa hoc autez notandum est q̄ populi instructio fit per verbuz dei quod quidē

a deo per eius ministros ad populum perue
nit. ⁊ ideo ea q̄ ad plebis instructionē ꝑtinent
nō a sacerdote: sed a ministris dicūtur. Mi-
nisteriū tamē verbi dei triplex est. Primū au-
ctoritatis: quod cōpetit xp̄o qui minister dici
tur. ad romanos. xx. Erat eī sub potestate do
cens. Secundū manifeste veritatis: quod cō
petit p̄dicatoribus noui testamēti: de quo di-
citur in secūda Corinth. iij. Qui ⁊ idoneos fe
cit ministros. Tertiū figurationis: quod cō-
petit predicatoribus veteris testamēti: ideo-
q̄ doctrinam xp̄i ꝓponit dyaconus. Doctri-
na vero predicatoꝝ veteris testamenti ꝓpo-
nitur ꝑ subdyaconos: nec obstat ꝙ aliquādo
per eos legitur loco epl̄e aliquid de ipso vete
ri testamento: quia p̄dicatores noui testamē-
ti etiam vetus p̄dicant. Ceterū doctrina p̄di-
catorum veteris testamenti nō semꝑ legitur:
sed illis diebus quibus precipue cōfiguratio
noui ⁊ veteris testamenti designātur: vt in ie
iuniis quattuor temporꝝ. ⁊ quādo aliqua ce-
lebrātur: que in veteri lege figurata sunt sicut
passio: natiuitas: baptismus: ⁊ aliquod hmōi:
⁊ q̄m vtraq̄ doctrina ordinat ad xp̄m ⁊ eorū
qui preibant: ⁊ eoꝝ qui sequebantur: ideo do-
ctrina xp̄i postponitur quasi finis. Cum autē
dicitur epistola: genua nō flectim⁹: cū ad no-
uum ꝑtineāt testamentū: imo sedemus: quia
doctrina in silētio ⁊ quiete audiēda est. Usus
etiam sedēdi a veteri testamēto assumitur: si-
cut in esdra legitur. Milites tamē stare con
sueuerunt quādo epistole pauli legūtur in ho
norem eius: quia miles fuit. vnde in signū mi-
litie sue depingitur cū ense in manu: vel ideo
quia ipse suaꝫ p̄dicationē euangeliū noīauit.
¶ Et est sciēdum ꝙ nunq̄ in quadragesima
legitur epistola pauli: nisi tantū in cena dn̄i: q̄
ad nouū ꝑtinet testamētum. ¶ Sane lectio-
nes apostolicas ⁊ euangelicas: quis p̄mo an
te sacrificiuꝫ dici debere statuit nō oīno certū
est. Creditur tamē ꝙ primi successores apo-
stolorum eo ꝙ in illis eadē sacrificia celebra-
ri iubētur. ¶ Queritur autē quare ꝓphetias
voce inferius deflexa: euangeliū vero ad epi-
stolam vocē exultando finimus. Respondeo
per ꝓphetiam que est de veteri testamēto sy
nagoga que inclinata est ⁊ cecidit ītelligitur:
ideoq̄ inclinando vocem ⁊ quasi cadendo ꝓ
phetia finitur. Hinc etiaꝫ est ꝙ synagoga de
pingitur quasi fracta hasta vexilli: per euāge
lium vero ⁊ epistolam ecclesia militās repre-
sentatur q̄ exaltata est: ⁊ ideo illa cum exalta-
tione vocis finiūtur. Preterea in veteri testa
mēto tēporalia ⁊ caduca ꝓmittebātur: in cu
ius figura lectiones in grauē accētum termi-
nantur. In nouo vero testamēto spiritualia ⁊
eterna in cuius rei signum euangelium ⁊ epi-
stola in accētum terminantur acutum. Que-
dam tamē lectiones de veteri testamēto sum
pte que in officio misse ꝓ epistolis sepe legū-
tur in acutū terminantur accentum: ⁊ sub to-
no epistolari leguntur. cū eīm tunc in locū epi
stole succedāt. merito ⁊ quo ad hoc ⁊ quo ad
nomen illarum debēt imitari formam.

¶ De reuerentia post lectam epistolaꝫ
facienda. Rubrica.



Post lectam episto
lam subdyaconus cū accolito
ad sacerdotem accedit illud in
sinuās ꝙ iohānes cū audisset
in vinculis opa xp̄i misit duos
ex discipulis suis nō credentes christum esse
messiam vt interrogarent illum. Tu es q̄ ven
turus es an aliuꝫ expectamus? Et respōdēs
iesus ait illis. Eūtes annūciate iohāni que vi
distis ⁊ audistis. Ceci vidēt ⁊c. vt dicet̄ in sex
ta parte sub tertia dn̄ica aduētus. Quia v̄o
illi ꝑ visa miracula cognouerunt hunc esse de
quo eoꝝ magister p̄dixerat. Qui post me ve-
nit: ante me factus est: cuius nō sum dign⁹ sol
uere calciamenta sua: ideo pronus ad pedes
calciamentū romani pontificis subdyaconus
osculatur. Preterea quia dextra dn̄i fecit vir
tutem: ideo subdyaconus in quibusdaꝫ eccle-
siis osculatur dextrā sacerdotis. Adhuc lecta
epistola subdyaconus librū clausum ep̄o rep̄-
sentat. ipse vero supra illū manū ponit quam
subdyaconus osculatur. Nempe ep̄us xp̄m fi
gurat. cui clausus liber representatur ad desi
gnandum ꝙ solum christus potuit aperire li
brum ⁊ soluere signacula ei⁹ in quo ⁊ ip̄e xp̄s
⁊ eius mysteria clausa erant: donec cepit ab
ipso christo per predicationeꝫ euangelij ape

riri. Christus autem legem in qua clausus te
nebatur opere impleuit: qui non venit legem
soluere sed adimplere: quod significat man⁹ ī
positio super librum. Manus eñi op⁹ signi-
ficat. Ipsa q̄z man⁹ positio significat deside-
riuz ⁊ ꝓmissionem credendi ⁊ opere complē-
di que lecta sunt. Quia vero nemo accipit be
nedictionez in lege ꝓmissam: nisi qui cū amo
re: qui per osculuz designatur: opere perficit
quod sermone alios facere docz: ideo ad hoc
designandum subdyaconus bñdictionē acce
pturus manū episcopi osculat̄. ¶ Rursus qꝛ
pontifex vt premissuz est christū representat:
subdyaconus ⁊ ceteri debent ei act⁹ suos hu
militer subdere: ⁊ ab ipso bñdictionis gratiā
postulare. Unde in euangelio. Cuz oīa bñfe
ceritis dicite. Serui inutiles sumus: quod de
buimus facere fecimus. ⁊ subsequēter episco
pus vel sacerdos subdyacono benedicit: quia
⁊ xp̄s ꝯmendauit Johānez dicens. Quid exi
stis videre in deserto ꝓphetam: etiā dico vo
bis plusq̄ ꝓpheta. Amen dico vobis. Inter
natos mulierū ⁊c. Subdyacon⁹ ergo post fi
nem: dyaconus vero ante principium lectōis
ad sacerdotes accedit ⁊ exhibet reuerentiaz:
quia lex finem accepit in christo: sed euangeli
um originem sumpsit ab ipso. nam lex ⁊ pro-
phete vsqz ad Johannē. euangeliuz xp̄i ⁊ epi
stole post Johannē. In missa vero pro defun
ctis subdyacon⁹ lecta epistola nō vēit ad oscu
lum manus: tuz qꝛ ibi cessat ratio supradicta:
tum quia in illa missa quelibz solēnitates sub
trahuntur.

¶ De sessione sacerdotis vel ep̄i
et ministrorum. Rubrica.



Ratione finita sa-
cerdos seu ep̄s sedet. ¶ Et est
notandū q̄ in misse officio tri-
bus horis sedet: videlz dū epi-
stola legitur: de quo in titu. de
mutatione sacerdotis dicetur. ⁊ dum respon
sorium et alleluia cantantur: significans tres
dies quibus domin⁹ sedit hierosolymis in tē-
plo in medio doctoruz audiens ⁊ interrogās
illos. Sedens autē stat conuersus ad popu-
lum vt ostendat potestatem sibi a deo esse da
tam q̄ possit speculari ⁊ superintēdere q̄ stāt
in ecclesia humiliter: qui superbe: anime enim
ei commisse sunt: ⁊ de illis est rationem reddi
turus deo. Sedet etiaz in loco eminētiori vt
quasi vineator custodiat vineam suam ⁊ po-
pulo superintendat. nam ⁊ domin⁹ in alta po
loꝝ sedens custodit ciuitatem suam. ¶ Por
ro oratio que dicitur āte epistolam priusq̄ sa
cerdos sedeat specialiter significat temp⁹ il-
lud quo christus in celuz ascensurus aposto-
lis benedixit. Sessio vero que sequitur signi-
ficat christi sessionem post assensionez ad dex
tram patris: sedes quippe victoris est. Unde
sessio sacerdotis victoriaz christi designat: vt
dicetur sub titu. de mutatōe sacerdotis. Se s
sio ministroꝝ significat sessionem ipsorū qui-
bus dicitur. Sedebitis vos super sedes iudi
dicantes. xij. tribus israel. s. illos qui in celesti-
bus iam regnant. Qui vero in choro laborāt
illos qui adhuc in mūdo ꝑegrinantur. Unde
lectores ⁊ cantores ad officiū surgētes nego
cium dei agunt: quibus dicitur negociamini
dum venio. Quidam ergo ministrorū cū epi-
scopo sedent: per quos xp̄i mēbra in pace iaz
quiescētia ibi intelligūtur de quibus aposto-
lus. Consedere fecit nos in celestibus in chri
sto: aut illi qui iudicabūt. xij. tribus israel. alij
vero stant per quos christi membra adhuc in
certamine posita intelliguntur. Nempe pon-
tifice sedente in quibusdam ecclesijs candela
bra mutant̄ de locis suis ⁊ collocātur in ordi
nē vnius linee a prīo vsqz ad altare: ad notā-
duz q̄ de plenitudine christi oēs accepimus
in sp̄us vnitate: sz gratiarū varietate. diuisio-
nes eñi sunt gratiarū idem aūt sp̄us. de cōse.
di. iiij. cuz omni. Sp̄us eñi a primo cereo sta
to seu candelabro. i. a christo procedens ⁊ vs-
qz ad altare. i. electoꝝ corda ꝑueniēs alterna
tiz ī mēbris dona variat grāꝝ. Et memēto q̄
accoliti deponūt cādelabra ī terrā: q̄m post ꝑ
acta p̄dicatōis officia ꝑ hūilitatē agnoscūt q̄
sunt puluis ⁊ cinis: sicut dixit Abrahā. Loq̄r
dño cum sim puluis ⁊ ciuis. In romano ordi
nario legit̄ vt pontifex nō sedeat donec post
primam orationez dicatur amen. Non ergo
debet sedere vsqz ad lectionem: quoniam pre
cedēs officiū gratulationi de aduentu ⁊ ope-

tibus christi deputatur. Episcopus eñ xp̄m venientem ⁊ operantez significat; ceteri vero eos qui p̄ibant ⁊ qui sequebant̄ ⁊ qui obuiabant representant.

¶ De graduali. Rubrica.

Post epistolam cātatur graduale seu respōsoriū qđ ꝑtinet ad opera actiue vite vt notetur nos operib⁹ respōdere eis que in lectōne audiuimus. s. p̄dicationē. Rursus ꝙ Johannes p̄dicabat penitentiaz dicens. Penitentiā agite; appropinquabit eñ regnū celorū. Et iteruz. Facite dignos fructus penitentie. Merito post epistolaz graduale sequitur; qđ penitentie lamentū insinuat ꝓpter qđ in diebus penthecostes de officio tollit̄; vt iā dicetur. Tertio iō post epistolā sequit̄ graduale; qz post p̄dicationē Johānis discipuli secuti sunt xp̄z sicut Johānes euāgelista describit. Stabat iquit Johānes ⁊ ex discipulis ei⁹ duo. ⁊ respiciens iesum ambulantē dixit. Ecce agn⁹ dei; ⁊ audierunt duo discipuli eum loquentē; ⁊ secuti sunt iesum. Ad hoc cantus epl'am comitatur; quia p̄dicatōes predicatoꝝ secuta sunt gaudiuz ecclesie ⁊ dei laudes ⁊ p̄conia de credentiū conuersione; qz per graduale cōuersio de iudeis; per versuz cōuersio de gentib⁹; per alleluia vtriusqꝫ in fide letitia; per sequentiaz canticū victorie figurat̄. Alia ratio ponetur sub ti. de tractu. ¶ In quibusdam tamē ecclesijs graduale añ epistolā cantatur ad notandum ꝙ p̄dicator prius opere ⁊ postea verbo debet docere. Dicit̄ aūt graduale vel gradale a gradibus. s. hūilitatis significās ascēsus nostros de virtute ī virtutē sicut filij israel de de māsione in mansionē ꝓcesserunt vt tandē videatur deus deoꝝ in syon. Unde ī deutro. Terra nostra mōstruosa est. Hec terra est celestis hierusalem que per cogitatōes celestiū habet̄. Conuenit eñ graduale illi qui nec dū ascendit de virtute in virtutē; sed adhuc in cōualle positis lachrymarum; iam tamē ascēsiones in corde disposuit. Rectius ergo faciūt q̄ graduale non festiuis ⁊ modulatis vocib⁹ offerunt; sed quasi cantum grauē asperum simpliciter potius, ⁊ lamētabiliter canunt; tamē responsorium per quod etiam predicatio noui te. figuratur. altius lectōe ⁊ epistola que significat predicationez veteris testa. canit̄; vt si quis forte cordis aurib⁹ obturatis depressa ammonitōe veteris testa. non excitatur; saltem excelsa modulatōe noui demulceat̄. Verūtamen ⁊ lector ⁊ cantor officium suū impleturi gradum ascēdunt; quia doctor perfectione vite vulguz trāscedere debet. iiij. di. statuimus. Potest etiaz dici ꝙ per epistolā Johānis; per graduale apostoloꝝ p̄dicatio intelligitur. ꝑ alleluia deuotio et letitia. ¶ Rursus per lectionē vetus; per cantum vero nouū intelligitur testa. Sic ergo cantus suauior est lectōe; sicut nouū testa. suaui⁹ est veteri. Secūdo dicit̄ graduale a gradib⁹ altaris; eo ꝙ ī festiuis dieb⁹ in gradib⁹ cantatur sicut ⁊ alleluia; ad notandū p̄missos virtutū gradus. In ꝓfestis vero diebus in medio chori ante gradus altaris cātatur ad designādū ꝙ in corde qđ est in medio corporis premissos grad⁹ fūdare debemus. Tertio dicitur graduale quoniā apostoli post dominū gradiebātur vt iaz dicetur. ¶ Respōsoriuz vero dicitur qz versui vel epistole correspōdere debet; vt si in epistola agatur de gaudio ⁊ in respōsorio similiter. si ibi de tristitia et hic similit̄; ne possit nobis improperari qđ dñs dicit. Cantauim⁹ vobis ⁊ non saltastis; lamētauim⁹ et non plorastis. Unde apostolus. Gaudete cū gaudentibus ⁊ flete cum flentibus. Dicitur etiam responsoriuz quia choro respondēte illud incipientib⁹ cantatur. ꝓpter qđ significat vitam actiuam in qua sancti se adinuicē hortantur; vt ad eternam pueniant vitam. Potest tamē responsoriuz ad respōsionē apostoloꝝ referri; qñ xp̄o vocante ⁊ dicente. Uenite post me; ipsi nō tātum verbo sed opere respōderūt; quia relictis omnibus secuti sunt eum; ⁊ gradiebātur post dominū. discipuli post magistrū. de hoc dicetur in ꝓhemio quinte partis. Significat autem graduale seu respōsorium laborantes in hac vita; ⁊ ideo nō dicit̄ infra octauas pasche ⁊ pēthecostes; per quas octaue nostre resurrectionis designātur. quando oīs laboris exꝑtes erim⁹. Absterget deus omnē lachrymā

ab oculis sanctoꝝ suorum. Itaqꝫ in gradua-
le seminamus. in alleluia metem⁹. Versus re
spōsorij sic vocatur: quoniā de eo fit reuersio
ad ipsum respōsoriū ꝓut sub ti. de alleluia di-
cetur. ¶ Rursus graduale bonū opus ⁊ vitā
presentez in qua seminamus ⁊ a domino per-
egrinamur significat. versus vero adiutoriū
designat. Versus ergo post graduale canit̄:
quia adiutoriū nobis est necessariū q̄diu in h̄
ergastulo detinemur. Graduale plane īcipi-
tur ne nimis versus ascēdant: in quo designā-
tur qui religionem propter eius austeritatez
ingredi metuūt. versus vero alte in quo desi-
gnantur qui ieiunando: orādo ⁊ alia bona fa
ciendo ascendūt non timētes carnem quā cū
vitijs ⁊ cōcupiscentijs mortificant. Ad h̄ quā
doqꝫ vnus solus versuz cantat ad monendū
q̄ quisqꝫ secum fragilitatez suam tractet. Et
quāq̄ graduū tenore versus alte non inchoe
tur. In quo etiam significātur hi qui conside-
ratione ꝓprie fragilitatis quicquid agūt hu
milis agūt. finito tamē versu vox fiducialiter
exaltat̄ in quo designatur q̄ de misericordia
dei cōfisi fiducialiter omni sue actiōi insistūt.
Cantatur autez graduale a perfectis ꝓut in
ti. sequenti dicetur. Porro respōsoriuz quod
in missa cantatur: nec perfecte nec imperfecte
repetitur: nec ei gloria patri subijcitur: qd̄ tñ
in respōsorio aliarū fit horaꝝ. Circa qd̄ attē-
dēdum est q̄ alie canonice hore institute sunt
ad referendum deo laudes ꝓ diuersis benefi
cijs in illis horis ab eo receptis: hinc est q̄ le-
ctio in illis primo dicitur in qua beneficiū vel
pars eius in illa hora datum designatur: po-
stea cantatur responsoriū in quo laus benefi-
cio correspōdet: quia ergo laus repeti debet:
iuxta illud apostoli. Gaudete in dño: iterū di-
co gaudete. i. laudez deo dicite: ideo hmōi re-
sponsoriuz repetitur. Sed et quia quis bene
factori suo tenetur: deo vero nihil aliud possu
mus nisi gloriam ⁊ honorē offerre: ideo in fi-
ne responsorij et cuiuscūqꝫ nocturni vbi in le-
ctionibus aliquod beneficiuz totum vel pars
eius est repetitum: referimus gloriam ⁊ gra-
tiam trinitati. Responsorium autem quod in
missa cantatur gratiā designat vt premissuz
est responsionem apostoloruz christo eos vo
cante omnia relinquentiuz. Quia ergo illi ni-
hil retinuerunt pro quo iteꝝ eos vocari opor
teret: ideo responsorium illud nullo modo re-
petitur: sed nec cuz Gloria patri finitur: quia
non ad gloriam sed ad luctum vocati sunt. di
cēte domīo in Luca. Sicut misit me pater et
ego mitto vos. ¶ Et nota q̄ Gregori. Am-
bro. ⁊ Gelasius ꝯposuerūt gradualia tract⁹
⁊ alleluia. ⁊ ad missam ea cantari statuerunt.
Ceterum quandoqꝫ solum responsoriuz can
tatur in missa. quādoqꝫ solum alleluia. quan-
doqꝫ responsoriū cum alleluia. quandoqꝫ cū
tractu. quandoqꝫ alleluia cum tractu: de quo
dicetur in sexta parte sub ti. de septem diebus
post pascha.

¶ De alleluia. Rubrica.

Quia post luctuz se-
quitur consolatio. Nam bea-
ti qui lugent quoniā ipsi cōso-
labuntur: ideo post graduale
cantatur alleluia quod est leti
tie canticum ⁊ audituz ab angelis decantari:
sicut legitur in apocalipsi. ¶ Rursus qꝛ ascē-
sus de virtute in virtutem quos per gradua-
le diximus significari: sepe tediosi essent nisi
gaudium haberent admixtum: sicut filijs isra
el multa inconueniētia acciderunt quādo de
mansione in mansionem processerunt: iō post
graduale cantatur alleluia. Thobie penulti.
Platee tue sternētur auro mundo ⁊ cādido:
⁊ in vicis eius cantabitur alleluia. Est autem
alleluia laus angelica: sentētia quidez breuis
magnum continēs iubilum siue incitās ad iu
bilum. Iubilat eñi ecclesia sciens q̄ grandis
restat via vsqꝫ ad montem dei oreb. qd̄ inter-
p̄tatur mensa timens q̄ fideles obdormiant
in fide ⁊ faciant vitulū conflatilez. i. lasciuiāt
in temporalibus. Est autē alleluia hebraicū
nomen: vocabulū siquidez significās potius
q̄ exprimens ineffabile gaudiuz ab hac vita
pegrinantium: gaudiū vz angeloꝝ ⁊ hominū
in eterna felicitate letantium. qd̄ nec ocul⁹ vi-
dit nec auris audiuit nec in cor homīs ascen-
dit. Cuius verbi expositio ꝟz Innocentiū. iij.
ex. cxij. psalmo habetur. cui cum alleluia pre-
mittatur in ti. statiz psalmus exponendo ti. in

cipit Laudate pueri dñm. vnde fm eum alleluia interpretatur Laudate pueri dñz. Aug. vero sic exponit al.i. saluū le.i. me. lu.i. fac. ia. id est domine. Hieronymus sic alle.i. cantate lu.i. laudem. ia.i. ad dominū. Greg. sic. alle.i. i. pater. lu. filius. ia. spūs sanct⁹: vel alle.i. lux. lu.i. vita. ia.i. salus. Magister petr⁹ antiosidorēsi. sic al.i. altissim⁹. le.i. leuat⁹ est in cruce. lu.i. lugebant apostoli. ia. iā surrexit. Petrus comestor dixit sup apo. ⁊ Aug. in glosa psalterij ꝙ alleluia est verbū imperatiui modi: et sonat allelu.i. laudate. ia. id ē vniuersalez: vel ia.i. inuisibilē. s. deū. quasi laus inuisibilis dei. Et qñ alleluia future beatitudinis quasi ꝓpriū est vocabulum merito magis eo tēpore. s. paschali frequentatur quo xps resurgēs eiusdem beatitudinis spez nobis tribuit ⁊ ꝓmissum: prout ibi dicetur. Quod essi alijs tēporibus canaretur ad missam olim ecclesie romane ꝯsuetudo nō erat. sed a beato Grego. constitutū: imo potius restitutū est. Nam cū priustempore damasi pape fuisset eadē consuetudo defecerat. Hieronymus dicit ꝙ alleluia dicatur in missa tractū esse de ecclesia hierosolym: taruz. Canimus igitur alleluia post graduale canticū videlz letitie post luctū penitētie: summo opere nitentes exprimere magnitudinē ꝯsolatōis que reposita est lugētibus. Juxta illud. Beati qui lugēt qñ ipsi cōsolabūtur. iubilantes potius ꝙ cantes vnāqz breuem digni sermonis syllabaz in plures neumas ꝓtrahimus: vt iocūdo auditu mēs attonita repleatur ⁊ rapiat illuc vbi semper erit vita sine morte ⁊ dies sine nocte. Est etiā alleluia modicū in sermone ⁊ multum in neuma: qua gaudiuz illud magis est ꝙ possit explicari ſmone. Neuma ergo seu iubilus qui fit in fine exprimit gaudium ⁊ amorez credētū: ⁊ quanta letitia ⁊ laus secuta sit per ꝓdicationem ⁊ fidem auditaz. Juxta illud. Audiuit ⁊ letata est syon ⁊c. ⁊ in cāticis. Exultauim⁹ et letabimur in te. Quid sit neuma dicetur i ꝓbemio quinte partis. Quando autem dicitur sequentia non dicitur neuma post alleluia ꝓut sub ti. de sequentia dicetur. Potest etiam alleluia referri ad exultationē eorū qui de miraculis xpi gaudebant: laudantes dominum ⁊ dicentes. Quia vidimus hodie mirabilia ⁊ quia visitauit dominus plebem suam. Tunc enim cantabitur in iubilo alleluia: quia omis plebs vt vidit dedit laudem deo ⁊ gaudebat de vniuersis que gloriose fiebāt ab eo. Hinc est ꝙ a septuagesima vsqz ad pascha nō cāta tur alleluia: quia tempore tristitie nō debz de cantari carmen letitie: ꝓut ibi in ꝓbemio sexte partis dicetur. Porro ꝙ alleluia interpositio versu repetitur: ⁊ sic bis in missa dicit: designat eterne vite gaudium: ⁊ ꝙ interiecta letitia sancti geminā glorificatōis stolam accipient anime videlz ⁊ corporis. Nam fm stolam mentis seu anime exultabūt sancti in gloria letabūtur in cubilibus suis. fm stolaz carnis fulgebūt. ⁊ tanꝯ scītille in arun. d. de hoc dicetur in serta pte sub sabbato in albis. Versus ergo nihil sinistrū aut triste: sed totū iocūdz ⁊ dulce debet sonare quales sunt illi. Dominus regnauit decorez indutus. Dominus regnauit exultet terra ⁊c. Jubilate deo omis terra ⁊c. Justꝰ vt palma florebit ⁊c. quonaz absterget deꝰ omnē lachrymaz ab oculis sanctorū ⁊ iā nō erit luctus neqz ⁊. q. p. t. ¶ Versus quoqz dicūtur a reuertendo eo ꝙ per euz reuertimur ad alleluia qui post alleluia sequitur: quia significat operationez que laudi cōiungi debet: quia nō bene deuz laudat qui bene operari cessat. Per hoc vero ꝙ alleluia cū neuma repetitur laus ⁊ gaudiū ineffabile patrie significat. In nonnullis ecclesijs alleluia cantatur a pueris. graduale a magnis vt notetur ꝙ deus ex ore infantiū perficit laudez, ⁊ psalmista. Laudate pueri dñm. cuiꝰ psalmi titulus est alleluia. Illi essi qui pueri sunt laudi xpi ꝓueniunt. fortes vero in fide ⁊ in tolerādo aduersa qui pugnare possunt cōtra amalecbitas graduale debent cātare. ¶ Circa ꝟ notanduz est ꝙ cantorum alij sunt qui in choro cantus voce magna distribuūt. bi sunt rectores ecclesie qui deum laudant ⁊ alios verbo ⁊ exemplo ad laudandum inuitāt. alij sunt pueri qui graduale in gradib⁹ cantāt. bi sunt actiui de virtute in virtutez in charitatis gradibus ascendentes: qui dum gradule incboāt alios ad compunctionem inuitant. Dum versum concinūt ad se redeuntes suas cogitatio

nes accedunt. ꝛ dum illum finiunt se bonū certamen certasse ꝛ cursum insinuant cōsummasse. Alīj sunt perfecti viri q̄ in alīs ecclesīs alleluia vel tractus in pulpitis cōcinūt. hi sunt contemplatiui carnem affligentes ꝛ mentes excedentes: quorum conuersatio est in celis. non est hic hominum sed angelorum. ¶ Sequentiam vero non illi soli decantant: sed chori cōmuniter iubilant: quoniaz iubilus eternꝰ ꝛ ineffabilis angelis erit cōmunis ꝛ hominibus. Deberet etiam alleluia in gradibꝰ ꝛ versus orientem decantari. ꝛ quoniam vitam cōtemplatiuaz significat debet legi in altiori loco q̄ responsorium quod actiuam designat. ¶ Rursus in quibusdam ecclesīs cantans alleluia sumit aliquid in manu vt insinuet se deū non solum voce: sed etiam opere collaudare: seu manꝰ ducit. Jubila psalmistā. Omēs gētes plaudite manibus iubilate ꝛc. In plerisq̄ etiam ecclesīs alleluia de trinitate cantāt in dominicis diebus: scilicz Benedictus: vel qualis pater: vt fidem hilariter p̄fitentes ad spem perueniāt. ¶ Et attende q̄ alleluia dominicalia a pentecoste vsq̄ ad aduentum sepe omittimus: quoniā aliter ꝛ aliter in alīs ꝛ in alīs gradualibus disponuntur. Ea igit̄ diligens cantor attendat ꝛ diligenter vniuersitatibus officiorꝫ assignet.

¶ De tractu. Rubrica.

A Dominica septuagesime vsq̄ ad vigiliam pasche: scilicet in diebus ꝛ officīs luctus: quia tunc non canitur carmē letitie: loco alleluia qđ significat exultationem habitam de spe eterna. dicitur tractus ex institutiōe Thelesphori pape. Dicitur autem tractus a trahendo: quia tractim ꝛ cum asperitate vocū ꝛ prolixitate verborum cantur eo q̄ miseriaz ꝛ laborem p̄sentis incolat⁹ insinuant. De quo ps: Heu mihi quia incolatus meus prolongatꝰ est ꝛc. In tractibꝰ cū repsentat longa sctorꝫ patrū expectatō: ꝛ indeorꝫ captiuorꝫ merorꝫ ꝛ afflictio: qui tēpore babylonice captiuitatis sedentes super flumina babylonis ꝛ flentes inter salicibus sua organa suspenderūt: quod tempus ecclesia representat a septuagesima cantica letitie subticēdo ꝛ tractus dicendo. Tantum autez interest inter alleluia ꝛ tractū quātum inter letitiā ꝛ tribulationem. Jtē tantuz est inter responsorium cui omēs respondēt ꝛ tractū cui nemo: q̄ntum inter actiuā ꝛ cōtemplatiuam vitam. Est autē tractus medius inter responsorium ꝛ alleluia: vt dicetur in sexta parte sub titu. de septem diebus post pascha. Porro tractus quia gemitū ꝛ canticū lachrymabile exprimit: lachrymas sanctorꝫ siue in actiua siue in contemplatiua vita representat. Unde tractus dicit: qz sancti suspirantes ab imo pectoris gemitum trahunt: qz licet gaudeant vt monet alleluia: tamen hic in valle lachrymarū cōmorantes habēt irriguū superiꝰ ꝛ inferius: quod tractꝰ mysticat. gemit enī flebiliter p̄ dilectione supne beatitudinis: ꝛ sup flumina babylonis sedētes patrie sue memores interim lachrymas fundunt p̄ suis ꝛ aliorum excessibꝰ: dū ex vicinitate babylonici fluuij seipsos vidēt sepe aspersos ꝛ alios penitꝰ imersos ipsius fluuij rapiditate ferri deorsuz Sed qz hic ploratꝰ q̄ficq̄ est respectu supernigaudij: q̄ficq̄ respectu nostre miserie: ideo tractus silr q̄ficq̄ ē de letitia p̄ superiori irriguo: vt De profundis: ꝛ alīs hmōi. de vtroq̄ irriguo tractat gregorꝰ in libro tertio dialogoruz. ca. xxxiij. ¶ Et est aduertendū quia post duos tractꝰ tribulationis sequit̄ tractꝰ letitie: put sub dominica septuagesime ꝛ dñicis sequentibꝰ videri pōt. ꝛ hoc ideo: qz post duos dies sepulture dñi occurrit tertiꝰ resurrectionis. ¶ Rursus quia gaudium sanctorum non est hic plenum ꝛ continuum: sed sepe interrumpitur: ideo ecclesia quandoq̄ interponit tractum: vt in tempore septuagesimali: ꝛ cum in sabbato paschali post alleluia sequatur tractus: quia hoc gaudium non expedit sine fletu. in sabbato tamen in albis duplicatur alleluia: quia eterna vita perfectum erit gaudiuz glorificata carne cum anima ꝛ completa resurrectione sanctorum cum resurrectione christi. ¶ Sane in dominica septuagesime vsq̄ ad quartam feriam cinerum dicuntur tractus solum in dominicis diebus: eo q̄ populus

tunc meli⁹ conuenit in ecclesia q̄ indiget edoceri qualiter captiuitatē diabolicam per babylonicam significatā debet deplorare. Tractus eñ tp̄us babylonice captiuitatis repre-sentant: sed post dictā feriā que est caput ieiunioꝝ magis frequentantur: quia tunc magis est tēpus meroris ⁊ afflictionis vtpote ordinatum ad excutiendū iugū diabolice captiuitatis ꝑ merorē cōtritionis ⁊ humilitatē ꝯfessionis atq̄ asperitatē satisfactionis q̄ p̄cipue in ieiunio vigent. Sed ⁊ licz dñica dies resurrectionem figuret: tamē in dñicis septuagesime cantica leticie subticentur: ⁊ tractus dicūtur: quia iudei toto septuagenario babylonice captiuitatis cōtinue afflicti fuerunt: ⁊ nos in istius vite septuagenario que ꝑ septenariū ⁊ ꝑ cōsequens ꝑ septuagenariū ducit̄ cōtinue dolores ⁊ miserias experimur: donec ad octauam vere ⁊ ꝑfecte ⁊ nō figurate resurrectiōis ꝑ xp̄i misericordiaz veniamus. ¶ Postremo cōsiderandū est ꝙ versus sequentiarū bini et bini sub eodē cantu dicūtur: quod cōtingit: q̄ vt plurimū bini ⁊ bini ꝑ rithmos sub paribus syllabis cōponūtur: quod in versib⁹ tractuum nō reperitur: q̄ ex sacra scriptura vt plurimuz sumūt̄: ideoq̄ in tanto nequeūt ꝯbinari. Rursus ille sub vno cantu cōbinātur ad notandū ꝙ exultatio vere charitatis in vno deo ꝑficit̄: sequētia eñ exultationē. cōbinatio charitatē designat. Versus vero tractuū: q̄ merorez significāt singulariter decantant̄. Iuxta illud psal. Singulariter sum donec ego trāseam. Hiero. xi. q. i. quādo. Solus sedebaz q̄ amaritudine plenus eram. ¶ Non est etiaz omittendum ꝙ licet regulariter graduale vel alleluia īmediate sequatur epistolā ne nos musicus ille reprehendat dicens. Cantauim⁹ ⁊ nō saltastis: lamentauimus ⁊ nō planxistis. Alleluia eñ cantat̄ ꝑ saltatione: graduale ꝑ plāctu subiungit̄ penitentie. Hoc tamē fallit in sabbatis quattuor tēpoꝝ: ⁊ in quarta ⁊ in sexta ferijs maioris hebdomade: ⁊ in quib⁹ tractus īmediate sequit̄ epl̄am: ⁊ hoc ideo: q̄ in illis diebus musicus ille nobis aufertur. Nā in dicta quarta feria vendit̄: in sexta crucifigitur: quod in dictis sabbatis quo ad aliquid representat̄. ⁊ iō ad maiorē luctū insinuādū tractus in illis īmediate epl̄am comitat̄. Quod autē tractus maiorē insinuet luctū q̄ graduale per hoc innuit̄ ꝙ nunq̄ cū alleluia cantat̄ nisi ob specialē causam in sabbato paschali.

¶ De ꝓsa seu sequētia. Rubrica.



Post alleluia prosa seu sequentia dicit̄ qd̄ est similiter canticuz exultationis ad notandum geminā glorificationis stolam quā sancti accipient ꝓut iam premissum est. Cantatur aūt sequentia ab oībus simul in choro vt notetur ꝯcordia charitatis. talis eñ laus deo placet. Unde in canticis. Vulnerasti cor meuz soror mea sponsa mea in vno oculoꝝ tuoꝝ. ideo dicit in vno vt notetur cōcordia ⁊ voluntas vniformis: q̄ laus sic facta est cib⁹ delicatissim⁹ deo. hec est tunica illa incōsutilis quā de⁹ non patitur scindi. xvi. q. xi. sicut de hoc dictuz est sub titulo de alleluia. ⁊ dicetur in ꝓhemio q̄nte partis vbi de antiphonis agit̄. ¶ Nocherius abbas sancti galli in theutonia p̄mo sequentias ꝓ neumis ipsius alleluia cōposuit. ⁊ nicolaus papa ad missas cantari concessit. Sed ⁊ hermānus contract⁹ theutonicus inuentor astrolabij composuit sequētias illas. Rex omp̄s. et sancti spiritus ⁊c. ⁊ Aue maria gratia. ⁊ ātiphonā. Alma redēptoris mater. ⁊ Symon bariona. Petrus vero cōpstellanus ep̄us fecit illā. Salue regina misericordie vita dulcedo ⁊ spes nostra salue. ad te clamamus. Quidā vero rex francie robert⁹ noīe cōposuit sequentiā illam. Veni sancte sp̄us. ⁊ hymnū. Chorus noue hierusalē. Antiquitus eñ mos erat vt semꝑ alleluia cātaret̄ cū neuma: sed postea dictus papa instituit loco illi⁹ neume in precipuis solēnitatibus senquētias dici. Quādo ergo nō dicit̄ alleluia: nō debet sequētia dici: qm̄ loco neume eius dicit̄. ⁊ idē significat quod neuma: scilicz eterne vite gaudium ⁊ delitias que nullo verbo exprimi possunt. ⁊ ideo per neuma que est vox non significatiua intelliguntur. Et inde est ꝙ quedam sequentie antique solent verba noua ⁊ incongrua habere ⁊ inusitata. tum quia celi gaudium secretum atq̄ incognitum mortalibus

est. tuz quia nobis incognitus est modus laudandi deum in patria. tum quia iubilus cordis in presenti vita incognitus est ad plenuz. tum quia omnia noua sunt pulchritudine decorata vt in ꝓhemio digestorū. Hodie vero sequentie cū voce significatiua dicūtur ad notandū ꝙ in illa magna festiuitate vite eterne iubilus plene scietur. Sequentie vero eterne vite mysticant laudes. Iuxta illd. Beati qui habitant in domo tua domīe: in secula sclorū laudabunt te. Habent eñ verba laudiflua et dulcem atqꝫ suauez cantum: quia ibi oīa erūt plena laude ⁊ melodia celestis organi habundabit dulciflua letitia: quia sicut letantiū omniū habitantio erit ibi. ¶ Rursus qñ laudes eternitatis verbis humanis plene nō resonātur: ideo quedaz ecclesie mystice neumatizāt sequentias sine verbis aut saltē aliquos vsus earū: nulla eñ erit significatio verborū necessaria vbi singuloꝝ corda patebūt singulis intuentib⁹ librū vite. ⁊ vbi idem erit testis accusator ⁊ iudex. xi. q. iij. eoꝝ. ¶ Et nota ſm Isidoꝝ ꝙ ꝓsa est ꝓducta ratio a lege metri resoluta sic dicta ex eo ꝙ sit ꝓfusa. sequētia vero dicta ē quia neumā iubili seqtur: ⁊ hic in euāgelio dicitur. sequentia sequentie in nūero singulari.

¶ De mutatōe sacerdotis. Rubrica.



Actenus dum epistola lecta fuerit ⁊ choro graduale psallente: sacerdos tacitus ad dextram ꝑtez sedebat altaris illud insinuans ꝙ Iohāne p̄dicāte xp̄s quodāmodo tacebat quia non p̄dicabat apte: sed dicturus euāgeliū surgit: qꝛ vt euāgelista tradit postꝙ Iohannes traditus est. venit ihs in galileaz p̄dicās euāgeliū regni dei. ⁊ qñ sedes victoris est: sessio sacerdotis victoriā xp̄i recte significat q̄ post ieiuniū vicit diabolū. nā reliquit eū tentator: ⁊ accesserūt angeli ⁊ ministrabāt ei. Post dictam ergo sequētiā surgēs sacerdos: et ad sinistrā altaris ꝑtē accedēs ꝓnūciat euāgeliuz significās ꝙ xp̄s non venit vocare iustos sed peccatores iuxta qd̄ ipe in euāgelio dixit. Qꝛ nō indigēt qui sani sunt medico: sz q̄ male hñt ij. q. i. multi. ꝑ dextrā eñ iusti. ꝑ sinistrā autez peccatores significātur: ꝓpter qd̄ dñs ī iudicio statuet quidē oues a dextris hedos vero a sinistris. de hoc dictū est sub titu. de oratōe. Quidā tñ dixerunt ꝙ ideo sacerdos in principio misse ꝯsistit ad dextram. Cū vero ꝓnunciat euāgeliū ꝯuertitur ad sinistraz. ⁊ circa finez iterū redit ad dextrā: qꝛ cult⁹ dei prīo fuit in populo iudeo ⁊ iudea tūc erat a dextra. deinde iudeis nō credētib⁹ ⁊ verbū dei tanꝙ indigni respuentib⁹: cultus dei transiuit ad gentes ad quas apl'i trāsierunt. ⁊ tunc iudea fuit a sinistra ꝑte. ⁊ circa finē reuertit̄ iteruz ad iudeos ad p̄dicationē enoch ⁊ helie qui conuertent corda patruz in filios. qñ in diebus illis saluabitur iuda et reliquie israel salue fient. q̄ enim primo dixerat in viā gētiū ne abieritis. postea p̄cepit dicēs. Ite in orbē vniuersum. Quia ergo p̄dicatio ꝑuenit etiā ad illos q̄ in sinistra ꝑte fuerūt dū siccato gedeonis vellere ros areā irrigauit merito in ꝑte sinistra legitur euangeliū sicut in sequēti ti. dicet̄. Unde ꝟsus. Est ratio cur ꝑs altaris dextera misse. Principiuz finēqꝫ tenet mediūqꝫ sinistra. Dextra iudeos gentiles leua figurat. Cepit ab his defert̄ ad hos refert̄ ad illos. Nostra fides: ⁊ erunt oēs in fine fideles. Sed cuz sacerdos qui ꝓnūciat euangeliū rep̄sentet ꝑsonam xp̄i: qui nō p̄dicauit gentib⁹ sz iudeis. iuxta qd̄ ipse dicit in euāgelio. Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt dom⁹ israel. Utrū illud recte dicatur prudēs auditor aduertat. De h̄ dictū est sub ti. qualiter ep̄s vel sacerdos. Ad quēcūqꝫ vero altaris ꝑtez ille se trāsferat ministri euz retro sequent̄ ꝓut dictū est ibidem.

¶ De euangelio. Rubrica.



Upra proxime tactū est qualiter sacerdos nō solenniter celebrās ipsemet euāgeliū dicit. Uerū qñ ep̄s vl' sacerdos celebrat cū mīstris cūcta solēni⁹ ꝑagūtur: tūc eñ in quibusdā ecclesijs vt rome dyacon⁹ dextra manu pōtificis osculata cod: cē euāgelij sumit de altari: illuz subdyacono ad ferendū tradēs. postea benedictionē postulat ab ep̄o vel a sacerdote et ei

benedicitur. In alijs tamē eccleſijs prius bñdictionez poſtulat q̄ codicē accipiat de altari. Data itaq; bñdictionē procedit dyaconus ad pulpitū per dextrā ptem chori. quē p̄cedit dyaconus cū textu euāgelij. ⁊ illū p̄cedit thuribulum cuz incenſo. ⁊ ante thuriferariū cero ferarij cū faculis accēſis. ante illos in q̄busdā eccleſijs crucis vexillum: ſicq; pulpituz aſcendit ⁊ euangeliū incipit: quo dicto ad ep̄m vel ſacerdotem ſimul redeunt que ſingula proſequemur. ¶ Notandum eſt autē q̄ in quibuſdaz eccleſijs in p̄cipuis feſtiuitatib⁹ dyaconus ꝓficiſci volens ad legendū euangeliū incipit antipbonaz que eſt in nocturnis ſup bñdictus. ⁊ dum ipſe accedit ad pulpitū illa cantatur ⁊ finitur a choro: vt notetur charitas: et cātatur ſine neuma ad notandū q̄ deus nō p̄cepit nos habere niſi ſimplicem charitatem. ¶ Sane iam figura mutatur. nam dyacon⁹ qui prius repreſentabat ꝓphetam iam repreſentat Johānez euāgeliſtā: qſi lex ⁊ ꝓphete vſq; ad Johannē ⁊ ex eo regnum celoz euangelizatur. Ideo aūt euāgeliū legitur vt velut xp̄s poſt legē ꝓphetas ⁊ pſalmos oze ſuo p̄dicauit: ita poſt epiſtolā reſpōſoriū ⁊ alleluia per illud populo p̄dicatio eius annūciet. Et dicitur euāgeliū quaſi bon⁹ nūci⁹ ab eu q̄ eſt bonū ⁊ angelus q̄ eſt nūcius. Eſt eſſi euāgelium xp̄i ⁊ apl̄oz p̄dicatio. nūciat quidē vitaz poſt mortē: requiē poſt laborē: regnū poſt ſeruitiū. ¶ Eſt aūt ſciendū q̄ ſicut caput p̄eminet ceteris corporis mēbris: et illi cetera mēbra ſeruiūt: ſic ⁊ euangeliū principale eſt oīm que ad officium miſſe dicūtur: ⁊ toti p̄eminet officio miſſe ⁊ quecūq; ibi cantātur ⁊ legunt illi aſſistūt ⁊ in intellectuali rōne ꝓut in ſexta parte ſub qualibz dñica dicetur. ¶ Dyaconus ergo primo dextrā manū pōtificis oſculatur nihil dicens: quia p̄dicatoz euāgelizare dz ꝓ gloria eterna de qua ſpōſa dicit in canticis. Dextra illius amplexabit me. Mat angelus qui reſurrectōis xp̄i gloriā venerat nūciare ſedebat in dextra ſtola candida coopt⁹. In alijs tñ eccleſijs non oſculatur ſed ſoluz inclinans bñdictionē poſcit. Uerū ſubdyacon⁹ vt dyacon⁹ nō man⁹ ſed pedes romani pōtificis oſculat: vt ſummo pontifici ſummā exhibeat reuerentiā: ⁊ oſtēdat eum eſſe illius vicariū cuius pedes oſculabatur mulier illa q̄ fuerat in ciuitate peccatrix. Adoraādū eſt eſſi ſcabellum pedū eius: quia ſanctū eſt: cuius etiaz reſurgētis a mortuis pedes mulieres tenētes adoraauerūt. Generaliter eſſi nemo debz manū ſummi pontificis oſculari: niſi cum de manibus ei⁹ aliquid accipit: vel cū ad man⁹ eius aliquid tribuit vt oſtēdatur q̄ exytroq; debemus ei gratias agere qui ſicut ſemp dat ꝓpria ſic nūq̄ recipit aliena. Quas oblatōnes romanus pōtifex recipiat ſub ti. de oblationibus dicetur. ¶ Subſequēter dyacon⁹ textū euangelij ſumit de altari: quia de ſyon exibit lex ⁊ verbuz dñi de hieruſalem: non vtiq; mo ſayca lex quōdaz exiuerat de monte ſynai: ſed euangelica de qua ꝓphet⁹ ait. Ecce dies veniunt dicit dñs ⁊ conſumabo teſtamentū nouū ſupra domū iſrael ⁊ ſupra domuz iuda. Sumitur etiam liber de altari: qſi apoſtoli de altari euangeliū acceperūt cū p̄dicātes paſſionez xp̄i euāgelizabāt. Uel altare in hoc loco ſignificat iudeos a quib⁹ trāſfert regnuz dei ⁊ dat gēti faciēti fructū ei⁹. Et ex eo q̄ liber ſumitur de altari notatur q̄ euāgeliū eſt verbū dei qđ p altare ſignificatur ſm illud Exo. xx. Altare de terra facietis mihi. Et ꝓpter p̄miſſas rōnes quidā volētes dicere finita miſſa euangeliū ſancti Johānis vel aliud imp̄mūt p̄mo ſignū crucis ſup altare et poſtea in frōte. Sumit aūt illū vt q̄dā volūt de dextra parte altaris: qz eccleſia de iudeis a qua nām ſumpſit exordiū antiquit⁹ fuit a dextris. ⁊ ponit eum in manu ſiniſtra dextrā ſupponēs iuxta illud. Leua ei⁹ ſub capite meo ⁊ dextra ei⁹ amplexabit me. ⁊ hoc ꝓpter triplicē cauſaz. Prīo qz euāgeliſta docet celeſtia q̄ p dextrā terrenis que p ſiniſtrā intelliguntur ſupponi. Scōo inclinatur liber ſup ſiniſtrū humerum ad notandū q̄ xp̄i p̄dicatio de gētili populo trāſibit ad iudaicū. Iſa. xx. c. In dieb⁹ illis ſalua bitur iuda. Tertio qz in vita tpali que per illā ſignificatur: neceſſe eſt euangelium p̄dicare. Et textus euangelij in quibuſdam eccleſijs ornatur exterius argento ⁊ lapidibus ꝓut dictum eſt in parte. in. ſub titu. de legalib⁹ indumentis. Liber aūt ipſe ab aduentu ſacer

dotis ad altare donec euangeliū legat̄ sup̄ al
tare remāsit: quod q̄tuz ad hoc significat hie
rusalem: qm̄ euangelica doctrina p̄mū in hie-
rusalem facta est: ⁊ ibi p̄mansit ab aduētu do
mini donec publicaretur gentilib⁹. Juxta illd̄
De syon exibit lex ⁊c. vt supra. Hierusalē em̄
est locus passionis que per altare etiā signifi-
catur. ¶ Consequenter benedictionē postu-
lat: quia nullus debet predicare nisi mittat̄.
Juxta illud apl̄i. Quomodo predicabunt ni-
si mittātur. extra de here. cū ex iniūcto. ⁊ dn̄s
inquit apl̄is. Rogate dn̄m messis vt mittat o
perarios in messem suā. xxv. di. in nouo. Isai-
as aūt cū audisset vocē dn̄i dicētis. Quē mit-
tam ⁊ q̄s ibit ex vobis. Respondit. Ecce ego
suz mitte me. dixitq̄z dn̄s. Uade ⁊ dic popl̄o
huic. audite audientes ⁊c. viij. q. i sciendum.
¶ Rursus huiusmodi benedictionē p̄figura-
uit moyses q̄ ascendens in montē accepit ta-
bulas ⁊ benedictionem ⁊ ppl̄o mandata pro
posuit. ⁊ dn̄s etiaz benedixit ordini dyacona
li cui dedit spiritum sanctū ⁊ misit ad p̄dican-
dum per vniuersum orbē. Pontifex ergo vel
sacerdos visibiliter bn̄dicit dyacono q̄ lectur⁹
est euangeliū quod nō fecerat subdyacono le
cturo epl̄am: quia xp̄us inuisibilis manens le
gem ⁊ ꝓphetas q̄ per epistolā significant̄ in
uisibiliter misit: sed postq̄ in terris visus ⁊ cū
hoībus cōuersatus est apl̄os ⁊ euangelistas
visibiliter misit ⁊ docuit. Eūtes inquit p̄dica-
te dicentes. Appropinquabit regnū celoruz.
Illi autē regressi circuibant castella euāgeli-
zantes ⁊ curātes vbiq̄z: ⁊ mittit eū ad legen-
dum euangeliū: ad notandū q̄ xp̄s misit apo
stolos ad predicandū regnū dei. ¶ Dyacon⁹
autē ea q̄ sibi in benedictione dicūtur cōside-
rans: se corde purū: ore mundū: ⁊ opere castū
studeat exhibere quaten⁹ sacrosanctum euan-
geliuz possit digne p̄ferre quia puteus aqua-
rum viuētium. i. euangelica p̄dicatio nō fluit
impetu. i. libere nisi de libano. i. corde casto ⁊
ore candido. Non em̄ est speciosa laus in ore
pctōris. imo pctōri dixit de⁹. Quare tu enar-
ras iusticias ⁊ assumis testm̄ meū p̄ os tuuz.
iij. q. viij. §. qd̄ testat̄. ⁊ iō signo crucis munit̄.
deinde licētia ⁊ bn̄dictione obtētis ⁊ insuper
cruce ipressa vt securus icedat ꝓcedit ad pul
pitum cū silentio inclīato capite. nihil in q̄bus
dam eccl̄ijs ferēs ꝓpter illud quod dn̄s ipse
p̄cepit apl̄is quos misit ad p̄dicandū regnuz
dei. Nihil inq̄t tuleritis ī via ⁊ neminē saluta-
ueritis. In alijs tn̄ ecclesijs dyacon⁹ fert librū
vt iā dicet̄. Sz p̄ueniens ad ambonē salutat
quasi intrās domū cui offert pacē vt infra di-
cetur: ⁊ trāsit p̄ dextrā partē chori ad sinistrā:
⁊ liber euāgelij de dextra ad sinistrā trās fert̄.
⁊ ibi legit̄: q̄z de syon exibit lex ⁊ v̄bū: vt supra
Judea em̄ respuēte verbū dei apl̄i trāsierunt
de iudeis ad gētes: ⁊ postea p̄dicatū est gēti
bus q̄ p̄ sinistrā intelligūtur. Un̄ apl̄s ad he-
breos dicit. Uobis oportebat p̄us p̄dicare v̄
bum dei: sz qm̄ repulistis illud ⁊ īdignos vos
iudicastis. ecce ꝯuertimur ad gētes. extra de
renū. nisi. de b̄ supra ī ti. ꝓxīo. In eccl̄ia roma
na ⁊ in q̄busdā alijs subdyacon⁹ p̄ vnaz viā et
dyacon⁹ p̄ aliā in pulpitū ascendit. qm̄ ille do
cendo ⁊ iste discēdo in augmētū scie ꝓcedit:
⁊ q̄z mīstrator p̄ meritū opis ⁊ p̄dicator p̄ me
ritū oris ī augmētū iusticie ꝓgredit̄. Un̄ p̄s.
Justicia tua sicut montes dei. p̄ eandē tn̄ viā
descēdentes ad pōtificē reuertūt̄: q̄z p̄ finalez
p̄seuerātiā p̄tīgūt ad p̄miū sicut dn̄s ait. Qui
p̄seuerauerit vsq̄z ī finē ⁊c. de pe. di. ij. apl̄us.
⁊ ca. multi. Et q̄z p̄dicatio sine opere nō suffi-
cit. Cepit em̄ iesus facere ⁊ docere: ideo p̄di-
cator per eandē viā reuertit̄ p̄ quā accesserat
ministrator. Preterea ideo lectur⁹ euāgeliuz
ab vna p̄te ꝓgredit̄ ⁊ ascēdit. ⁊ ab altera re-
gredit̄ ⁊ descēdit. Juxta illud euāgelij. Per
aliā viā reuersi sunt in regionem suā: qm̄ apl̄i
p̄us p̄dicauerūt iudeis ⁊ postea gentib⁹ ꝑm il
lud apl̄i. Qm̄ repulistis verbū dei ⁊ indignos
fe. ⁊c. Sane dyaconū subdyacon⁹ antecedit:
q̄z iohānes ⁊ ei⁹ p̄dicatio xp̄m et ei⁹ p̄dicatio-
nem p̄cessit. portans in quibusdā ecclesijs pul
uinar quod libro supponat. Per puluinar q̄-
dem quod fesso supponit̄ ad quietē significa-
tur vite solatiū siue tēporalia: quasi dicat. Si
vobis seminamus spiritualia nō est mirū si a
vobis metimus carnalia. xij. q. i. §. i. Naz ꝑm
apostolum primo ad corinthios. Qui altari
seruiunt cum altari participant. extra de p̄bē.
cum ꝑm. dignus est em̄ operari⁹ mercede sua
Math. x. ⁊ dn̄s precepit ī lege. Nō claudes

os bouis triturãtis.extra de pben.extirpãde. ¶ Rursus puluinar supponitur euãgelio ad notandũ q̃ suaue est iugũ dñi:siue onus euangelij illud portare volentibus. Unde in matheo. Jugũ meũ suaue t onus meũ leue. huic iugo qui subijcatur oĩa subiecta habet ſm augustinũ. Puluinar ergo suauitas t dulcedo in mandatis dei. Unde ꝓpheta. Parasti in dulcedine tua pauperi deus:t iterũ. q̃ dulcia faucib⁹ meis eloquia tua dñe. In ecclesia tamen romana dyaconus p̃cedit vt doctor.sub dyaconus sequitur vt auditor.ille p̃cedit vt p̃dicet.iste sequitur vt ministret. Post lectionẽ vero subdyaconus quasi sufficienter edoctus precedit referens euangeliuz qñ mercedem euangelij de sua ministratione portat ſm illud quod dñs ipse ꝓmisit in euangelio. Qui recipit ꝓphetã in noĩe ꝓphete mercedẽ prophete recipiet:quẽ ideo p̃mittit dyaconus ad pontificẽ vt ostendat se fructũ p̃dicationis referre de quo dñs iusserat. Posui vos vt eatis t fructũ afferatis:t fruct⁹ vester maneat. Ad hec subdyaconus libũ t puluinar portans significat q̃ predicator bono opere debet vitam suã deo offerre. Unde apostol⁹ ad corinthios.ix. Omne quodcũq̃ facitis aut verbo aut opere in nomĩe dñi iesu christi facite.xxvij q.vlti.nõ obseruetis. Premittit quoq̃ epus ante euangeliũ thuribulum cũ incenso:qz xpi opera p̃cesserunt eius doctrinã Juxta illud. Cepit iesus facere t docere. Thuribulũ autẽ cũ thure significat orõnem cũ deuotione quã tunc,maxime debẽt habere fideles in audiendo diuinũ sermonez. ¶ Rursus dyaconus iõ premittit thuribulũ:qz p̃dicator debet odorẽ bone opinionis ex se mittere. Juxta illud apostoli. Christi bonus odor sumus in omni loco Nam cuius vita despicit restat vt ei⁹ predicatio contẽnatur.extra de sacra vnc.c.i. Tertio thuribulũ precedit vt ipsius dyaconi oratio sicut incensum in cõspectu dñi dirigatur. Ante thuribulũ vero premittit,duos ceroferarios cum faculis accẽsis. Primo qz debet desiderium t gaudium in cordibus auditor accendere quatenus t libenter audiant t gratãter obediant. In quibusdã tñ ecclesijs thuribulũ cereos p̃cedit:qñ orationes t opera t virtutes de rõne famã lucẽ t signa p̃cedũt. Juxta illud Luce. Luceat lux vestra.t illud. Et virtus exibat de illo t sanabat omẽs. Secundo sacerdos vel epus premittit ante dyaconum duos accolitos portãtes cereos t incensum: ad notandum q̃ xpus premittebat binos nũcios ante faciẽ suã in' omnẽ ciuitatẽ t locum quo ipse erat venturus pferẽtes cbortationes miraculor t odorẽ virtutuz vnde reuerti dixerũt. Domine in tuo nomĩe etiã demonia subijciuntur nobis. Facies effi christi cõuenienter hic intelligũtur apostoli qui normã doctrine sue populis ostendebant. ꝓpter quod ipsis aiebat. Qui vos recipit me recipit. Tertio ideo libũ euangelij precedunt thuribulum t candelabra:qz doctrinã xpi virt⁹ t fama pibat euãgelista testante. Exiuit iesus in virtute spiritus in galileam:t fama exiuit de illo in vniuersam regionẽ:t ipse docebat in synagogis eor. Quarto ꝓpter causam in secũda parte sub ti. de accolito scriptã. Rursus duo cerei illuminati doctores ecclesie: p quos ecclesia illuminatur:qui debẽt habere noticiaz vtriusq̃ testamenti designant. Hinc est q̃ ipsi cerei plerũq̃ quibusdam diuersor colorũ lineis decorant ad notandũ q̃ p doctores ipsos sacra scriptura diuersis sensibus exponit ꝓut dictum est in ꝓncipio libri. Si vero linee ipse auree vel argẽtee sint:designant q̃ in ipsis doctoribus est auz sapiẽtie t argentũ eloquẽtie. Uel cerei ipsi designant duo testamẽta quibus gen⁹ humanũ illuminat.vel legez t ꝓphetas qui in quibusdam ecclesijs dũ euãgelium legitur in pauimẽto ponũtur: qñ legel vmbra t ꝓphetarũ enigmata p lumẽ euãgelij etiã ab humilibus intelligũtur: qz p euangelicam doctrinã lex t ꝓphetia penitus euanuerunt in littera. In quibusdã tñ ecclesijs in dieb⁹ ꝓfestis vn⁹ puer cũ vno tñ cereo dyaconuz p̃cedit:p quod significat q̃ primũ xpi aduentum q̃ humilis fuit t occultus ꝓnunt tñ vnus p̃cursor.s. Jo. baptista qui fuit lucerna verbi. In diebus vero festiuis duo cerei p̃cedũt:qz in secũdo aduẽtu qui solẽnis erit t manifestus:duo premittẽtur p̃cones.s. Helyas t Enoch qui interficientur ab antixpo in hierusalez quod significat ꝑ extinctionẽ cereor.

est malus a quo petimus liberari: imatū: adductum: & inflictum. Primū ꝓtrabitur. s. originale. Secūz cōmittitur. s. actuale. Tertiuz sustinemus. s. penale. Malum autē vitamus p spiritū timoris. Nam vt inquit scriptura. Timor dñi expellit peccatuz. Porro triplex est timor quo cessam⁹ a malo: seruilis: initialis: & finalis. Timore seruili cessam⁹ a malo formidine pene. Timore filiali cessam⁹ a malo amore iustitie. Initiali timore cessam⁹ a malo: partiz formidine pene: partiz amore iusticie. Seruilis timor est incipientiuz. Initialis ꝓficientiuz. Filialis pficientiū. Dicit ergo. Sz libera nos a malo. q. d. Da nobis spūz timoris & paupertatē spiritus: vt per spiritum timoris vitemus mala. per paupertatē spirit⁹ abdicemus bona: q̄tenus exclusis vitijs & contēptis terrenis habeamus eterna. s. regnum celoꝝ: quod lucifer & primi parentes p inanez gloriam siue superbiam amiserunt. Per hoc ergo q̄ se humiliādo petit liberari a malo quod fit per donū timoris. fugatur superbia que opponitur timori: & sic finis oratonis ꝯcordat cuz ꝓncipio vbi ab humilitate ꝓtra superbiā incepit: vt premissum est. ¶ Et ne nos iducas in tentationem scz diabolicam. Nota q̄ tentat nos deus: tentat homo: tentat diabolus: deus tentat vt probet: homo vt sciat: diabolus vt fallat. De primo legitur. Tentauit deus Abrahām. De secundo. Tenta nos obsecro diebus decem. De tertio. Cur sathanas tentauit cor tuuz. ¶ Porro duobus modis tentamur. interi⁹ per delectationez: & exterius p suggestionez. interior tentatio paruz efficit: exterior multum pficit si non ꝓsentiatur sz resistatur. Scriptum est essi. Tentatio vos nō apphēdat nisi hūana. Rursus. Beat⁹ vir qui suffert tentationem: quia cum pbatus fuerit accipiet coronam vite. Cuz igitur circa ꝓsens tentamur ducimur in tentationem. cum ꝓsentim⁹ in tentationē inducimur sicut pisces ante capturam ducitur in retibe. cuz aūt inducitur capiē & tenetur: tunc impleē q̄ Jacob⁹ aplūs ait. Tentaē aūt vnusq̄sq; a ꝓcupiscētia sua mala abstract⁹ & illect⁹. Deide ꝓcupiscētia cū ꝓcepit parit pctm. pctm̄ vo cū ꝓsumatū fuerit generat mortē. Nec cū idē aplūs dicat: q̄ de⁹ est intētator malox. Quid ē q̄ petim⁹ ne deus nos inducat in tentationē. Sz dicenduz est q̄ deus quodammodo tentat & quodammodo nō tentat: tentat vt probet. iuxta illud. Proba me deus & tenta me. non tētat vt fallat: iuxta illud. Deus neminem tentat. Petimus ergo ne nos deus ī tentatiōez inducat. i. ne p̄mittat iduci: quia sicut dicitur. Non est malū in ciuitate q̄ de⁹ nō faciat id ē quod fieri nō permittat. Scriptuz est essi. Fidelis deus qui non patitur vos tentari supra id q̄ potestis. quasi dicamus. Da nobis spiritum pietatis & mansuetudinē spūs: vt p spiritum pietatis vincamus tētationes etercendo nos ad pietatez: & per mansuetudinez vincamus iram nō reddendo malum pro malo. Vincamus etiaz inuidiam que opponitur pietati vt ita possideam⁹ terraz viuentiū quaz per spiritum pietatis & p mansuetudinē spūs obtinebimus. Nam pietas ꝓmissionem habet vite que nūc ē et future. & beati mites: q̄ssi ipsi possidebūt terrā. Unde psalmista. Mansueti possidebunt terram: & delectabuntur in multitudine pacis. Dimitte nobis debita nostra &c. Debita dicuntur peccata que nos debitores pene constituunt. non enim hic agitur de debitis pecuniarum sed offensaruz. Tria sunt debita que petim⁹ nobis dimitti. s. peccatum in deum: peccatū in proximuz & peccatum in nos. vnde. Peccauimus cū patribus nostris inust. egi. iniqui. fe. vnde. Peccauimus cum patribus in deum: inuste egim⁹ in primum: iniquitatez fecimus in nosmetipos Et q̄ peccauimus in deuz: ideo petim⁹ vt ipse dimittat nobis debita nostra. quia peccauimus in nos. ideo petimus vt dimittat nobis debita nostra. q̄ peccauim⁹ in primuz: ideo petim⁹ vt dimittat nob̄ debita nr̄a sicut & nos dimittim⁹ debitorib⁹ nr̄is. Hoc pacto ergo & ea ꝓditione nob̄ dimittūtur: si nos dimittamus debitorib⁹: alioquin etiā dimissa reuocātur in debituz p̄m illud euangelij. Serue nequā ōe debitū dimisi tibi: q̄si rogasti me. nōne ergo oportuit & te misereri ꝓximo tuo: sicut & ego miser⁹ sum tui: & irat⁹ dñs ei⁹ tradidit eū tortoribus quoadusq̄ redderet vniuersuz debitū: sic & p̄ me⁹ celestis faciet vobis si nō

dimiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Ut ergo dñs euidēter oñderet q̄ nullus est toti⁹ oronis fruct⁹ nisi debitorib⁹ dimittamus: in fine eiusdē euāgelij subiūxit ad oīa. Si dimiseritis hoībus pctā eoꝝ dimittet vobis pater vester celestis pctā vr̄a. Si aūt non dimiseritis hoīb⁹ pec. eoꝝ: nec pr̄ vester di. vo. pe. ve. His ergo q̄ debitorib⁹ nō dimittūt hec oro nō ꝓdesse videt̄ sz obesse. Naz q̄ sic petit sibi dimitti sicut debitorib⁹ suis ipse dimittit: ꝓfecto si nō dimittit ipe debitorib⁹: videt̄ petere vt sibi nō dimittat̄. de conse. di. ij. panem. ¶ Sz querit̄ q̄d tenet̄ illi dimittere q̄ nec satisfacere vult nec veniā postulare. Sane distinguendū est inter ꝑfectū ⁊ imperfectū. Is q̄ viā ꝑfectionis arripuit etiā nō petēti veniā oībus modis īdulgere tenet̄. vñ in canone innocen. de pe. di. v. c. fi. legit̄. Falsa est pnīa si penitens offenso nō satisfaciat: aut si offendēti offensus nō indulgeat. Qui vero nondū ꝑfectionis votū assumpsit: tenet̄ quidē rancorem cordis deponere: sed nō tenet̄ satisfactionez debitā ꝯdonare. vñ in canōe fabiani. xxiij. q. iiij. cū in lege. ita canit̄. Si q̄s ꝯtristatus recōciliari noluerit fratri suo satisfaciente eo q̄ ꝯtristauit: acerrimis maceret̄ inedijs vsq; dū gratāti aīo satisfactiōez recipiat. Quāq̄ oēs vniuersaliter teneamur diligere inimicos nostros: benefacere his q̄ oderunt nos: ⁊ orare ꝓ ꝑsequentib⁹ ⁊ calūniantib⁹ nos. xc. di. si q̄s. Quia vero sunt culpe in quib⁹ culpa est relaxare vindictam. xxviij. di. q̄ sunt. ⁊ si pctm̄ in nos teneamur dimittere: pctm̄ tñ in deuz ⁊ in ꝓximuz debemus punire. Quisquis ergo laborans odio vel inuidia grauat̄ magis hac oro ne q̄ iuuet̄ nisi iam ꝓpositū hz dimittēdi. Verūtñ nō in sua q̄sq; sed in toti⁹ ecclesie videtur ꝑsona orare. vñ nō dicit: dimitte mihi debita mea sicut ⁊ ego dimitto debitorib⁹ meis: sed dicit: dimitte no. de. no. si. ⁊ nos di. de. nostris. Quidā etiā volūt ita illud ītelligi. dimitte nobis ⁊c. i. sic di. no. de. no. vt ⁊ nos di. de. no. q. d. Da nobis donū. sciam: luctū ⁊ virtutē: quatenus tam nostra q̄ aliena peccata cognoscamus ⁊ defleam⁹: vt nobis ꝺbita nr̄a dimittas: ⁊ ita ꝯsolationē hēbim⁹ aduersus īuidiā q̄ facit hoīem dolere: ⁊ de alieno bono tabescere. aduersus irā q̄ est cōtraria sciētie: q̄z ira impedit aīm ne possit cernere verū. xi. q. iij. illa. ⁊. c. se. Per sciam em̄ ⁊ luctū in p̄senti remissionē accipim⁹: ⁊ in futuro ꝯsolationē habebimus. Iuxta illd̄ qd̄ legit̄. A delicto meo mūda me: qm̄ iniquitatē meā ego cognosco: ⁊ beati qui lugent qm̄ ipsi cōsolabūtur. Panē nr̄m quotidianuz ⁊c. Vñ in euangelio iohannis. Dñe semꝑ da nobis panē hūc. panis aūt grece interp̄tatur latine oīs. Vñ. Oram⁹ vt omp̄s pater oēm victū sp̄ualem ⁊ carnalē ⁊ corporalē oī tpe largiri dignet̄. Quinq; aūt panes sunt nobis necessarij: in via quattuor: ⁊ q̄ntus ī patria: corporalis ad sustentationez: sp̄ualis ad informationē: doctrinalis ad eruditionez: sacramētalis ad expiationē: ⁊ eternalis ad fruitionem. De p̄mo legit̄. Nō in solo pane viuit homo. De scd̄o. Amice accōmoda mihi tres panes. De tertio. Uēite comedite panē meū. De quarto. Qui panē dñi māducat indigne reus erit corpis dñi. De quinto. Ego suz panis viu⁹ q̄ de celo descēdi. Postq̄ em̄ fuerint hoī pctā dimissa: necessari⁹ est ei sp̄us fortitudinis: vt p̄missuz est: ideo dicit. Panē nostrū quotidianū. i. nobis quotidie necessariuz. alioquin qd̄ nostrū esset nobis dare nō posset nisi prius desineret esse nostrū. extra de fide instr. inter. Da nobis hodie. q. dicat. Da nobis sp̄m̄ fortitudinis q̄ multiplici pane roborat aīam ne deficiam⁹ in p̄nti esuriendo iusticiā ꝑ quaz expellentes accidiā ⁊ tediū de bono plena iusticia saturabimur in futuro: s̄m illud. Bti q̄ esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā: qm̄ ipsi saturabuntur. Matheus dicit. Panē nostrū sup̄substātialem: qd̄ duob⁹ modis pōt intelligi: vel vt vna sit dictio q̄si: da nobis panē nr̄m sup̄substātialem. i. xp̄m q̄ est sup̄substātialis. i. sup̄ oēz substantiam. s. creatā: q̄ panis est in altari: vel vt sint due dictiōes quasi: da nobis panē nr̄m. i. xp̄m q̄ est ꝓprius cib⁹ fideliū: ⁊ hoc sup̄ panē: id est p̄ter panē substantialē. i. necessariuz ad sustentationē. q. d. Da nobis vtrūq; s. mentis ⁊ corpis. Lucas dicit. Panē nostrū quotidianuz: qd̄ tā d̄ corpe q̄ de sacram̄tali pane pōt intelligi: vz de viatico. Grec⁹ hz epynsion: qd̄ interp̄tatur sup̄substantialē. de ꝯse. di. ij. in calice. in fi. Hebre⁹ vero segola qd̄ interpretat̄

egregium vel peculiarē. Ob hoc forte lucas videns matheū dixisse segola qđ sonat peculiarē: dixit quotidianū. Grecus aūt interpres mathei: qꝛ vidit euꝫ dixisse segola qđ sonat egregium: dixit epynsionē. s. supsubstantialeꝫ. ¶ Fiat volūtas tua. Hoc rogam⁹ vt quomodo angeli vel oēs sancti inculpabiles deo seruiunt: ita ⁊ nos absqꝫ graui pctō illi seruiam⁹ in terra. ¶ Volūtas dei duplr intelligit. s. et bñplacitum dei eternū ⁊ signū beneplaciti tēporalis. Bñplacitū dei eternū semp implet. vñ ⁊ voluntas eius q̄s resistet: ⁊ oīa q̄cūqꝫ voluit dñs fecit. Signa bñplaciti tpalis sūt q̄nqꝫ: p̄ceptio: ꝓhibitio: pmissio: ꝯsiliū: ⁊ opatio. Vñ. Magna opera dñi exq̄sita in oēs voluntates eius. Hec nō semp implent: sed vt īpleantur orat. Vñ dicit. Fiat volūtas tua. i. opere cōpleat qđ p̄cipis: qđ cōsulis: qđ suades: qꝛ nō sufficit nisi assit facultas. lxxxvi. di. nō satis. ¶ Sicut in celo ⁊ in terra. i. sicut illi q̄ sunt in celo voluntatē ei⁹ faciūt: sic ⁊ nos in terra faciamus: vel sicut ī celo ⁊ in terra. i. sicut in angelis: ita ⁊ in hoībus. vel sicut in pfectis: ita ⁊ in ꝯuersis. vel sicut in xp̄o ita ⁊ in ecclesia. vel sicut in mēte: ita pariter ⁊ in carne: vt caro non cōcupiscat aduersus spm̄. s̄m illud. Cor meū ⁊ caro mea exul. in. d. vi. q. d. da nobis spiritū ꝯsilij vt faciam⁹ voluntatē tuā maxime mīaꝫ q̄ pimit auariciā quaten⁹ mīam cōsequamur: s̄m illud. Beati misericordes. q. mi. cō. Sicut eñ auaricia ꝯsistit in acquirēdo ⁊ retinendo: ita mīa ꝯsistit in dando ⁊ dimittēdo. hui⁹ petitionis ⁊ aliaꝝ duarū impletio inchoat in via ⁊ ꝯsumat in patria vbi nil velle poterim⁹: nisi qđ deū velle sciemus. tunc diligim⁹ deū ex toto corde: ⁊ ex tota mente. ⁊ ex tota aīma. ⁊ ex corde. i. intellectu diligim⁹ filiū. toto. i. sine errore. ex mēte. i. mēoria diligim⁹ patrē tota. i. sine obliuione. ex aīa. i. volūtate diligim⁹ spm̄ sanctū: tota. i. sine ꝯtrarietate patrē potentē: filiuꝫ sapientē: spm̄ sctm̄ benignū. i. trinitatis potentiā sapientiā ⁊ bonitateꝫ. ¶ Adueniat regnuꝫ tuū. Hoc rogam⁹ vt semp xp̄s regnet in nobis ⁊ nō peccatū vt nos paratos īueniat qñ aīam a corpore iubebit exire. Regnū autē dei dicit ⁊ militās eccl̄ia: qꝛ regit: ⁊ triūphās ecclesia: qꝛ regnat. Itē regnuꝫ dei dicit a gratia fidei ⁊ gloria spei. Rursus regnū dei dicit ⁊ intellect⁹ scripture ⁊ locus patrie. De regno militantis ecclesie scriptū est. Exibunt angeli messores ⁊ colligent de regno ei⁹ oīa scandala. De regno triūphantis eccl̄e reperitur. Venient ⁊ recūbent cū Abrahā Isaac ⁊ Jacob ī regno celoruꝫ. De regno fidei dicit scriptura. Regnū dei intra vos ē. De regno spei dñs ait Percipite regnū quod vobis paratuꝫ est ab origine mūdi. De regno scripture legit. Auferetur a vobis regnū dei: ⁊ dabit genti faciēti fruct⁹ ei⁹. De regno patrie reperit. Fulgebūt iusti quasi sol in regno patris eoꝝ: sed etiā ipe xp̄s dicit regnū dei: s̄m illud. Si ego in digito dei eijcio demonia ꝓfecto venit in vos regnum dei. Adueniat igit regnū tuū. i. adueniat regnū ad regnū: militās. s. ad triūphantes. vel regnū tuū adueniat. i. ad videndū te veniat: vt regnū fidei ad regnū spei transeat: qm̄ h̄ est vita eterna vt cognoscamus te solū veruꝫ deum. ⁊ quē misisti iesum xp̄m. q. d. Da nobis spm̄ intellect⁹ quo mūdati corde intelligamus te in p̄nti regnare p fidem: vt in futuro videamus te regnantē ī nobis p spem. Tūc cognoscemus sicut ⁊ cogniti sum⁹ videntes nūc quasi p speculum in enigmate: sed tūc facie ad faciem eum videbim⁹: quomodo videbim⁹ deū deoꝝ in syō. Qđ est cōtra gulā: de qua ꝓpha. Vinū inq̄t ⁊ ebrietas aufert cor. Per intellectum eñ desinit homo carnaliter viuere. Vñ hiero. Ama scientiam scripturaꝝ: ⁊ carnis vitia nō amabis. ¶ Sanctificetur nomē tuuꝫ. Hoc rogam⁹ vt nos sancti simus ⁊ iusti ⁊ recedam⁹ a malo ⁊ semp faciam⁹ bonū. Et nota q̄ nomē patris quattuor modis sanctificatur in filijs: duobus modis in via: ⁊ duobus ī patria. In via p efficientiā: ⁊ pseuerantiā. ī patria p ꝯsumationē ⁊ effectionē. In via nanqꝫ nomē patris sanctificat in filijs qñ sanctificationis effectuꝫ operatur in eis. Vel qñ sanctificatio quā acceperūt in nomine patris perseuerat in illis. In patria vero nomē patris sanctificatur in filijs: quia sanctificatur ⁊ ꝯfirmatur in eis: ⁊ nunq̄ possit a filiationis gratia separari. hic est quasi mobile nomē patris in filijs. Nā ⁊ iudas quādoqꝫ fuit fili⁹: ⁊ qñqꝫ nō fuit: ꝓ qua possibilitate mouēdi dicit aplus.

et habetur .iij. q. vij. §. qđ testat. Castigo corpus meū ⁊ ī seruitutē redigo. ne forte cū alijs p̄dicauerim ipse reprob⁹ efficiar: ibiq; nomen patris sctificat in filijs: qr ibi tales sunt filij in quib⁹ pr̄ sctūs apparet. tūc erūt manifesti qui nunc sunt occulti s̄m illud. Nos insensati vitaz illoꝝ estimabam⁹ insaniā: ⁊ finē illoꝝ sine honore: ⁊ ecce quō ꝯputati iter filios dei ⁊ inter sctōs sors illorū est. Dicitur ergo sctificet nomē tuū. q. d. Da nobis spm̄ sapie: ꝓut dicitur a sapore. i. iocūditatē eternā vt gustemus q̄ suauis est dn̄s: generās ī nobis pacē. i. motū iterioꝝ quietē: vt caro nostra nō ꝯcupiscat aduersus spm̄: qr nō est par ossibus meis a facie pctōꝝ meoꝝ: vt ita sctificetur nomen tuū id ē pater in filijs q̄tenus in p̄nti difficile: ī futuro nequaq̄ a filiatōnis gratia sepemur: qđ est manifeste cōtra luxuriā: q̄ qui laborat non iocūdat in deo: et pacē mētis nō hz. filius dei nō est: sz iumēto assimilat: qr quasi iumentuz in suo stercore ꝯputrescit: gustato em̄ spū desipit oīs caro. ¶ In fine dn̄ice orōnis ponit Amē: qđ ad oēs petitōes refert. Hebre⁹ aūt ponit in fine vnū ex his trib⁹ amen sela salē q̄ sonāt ve sp pacē. De amen dictū est sub ti. de salutatōe ad ppl'm: lz aūt amē qn̄q; affectum optātis exp̄mat: hic tn̄ ꝯclusionis affirmationez oñdit. Vn̄ glosa Mathei. vi. Amē significat in his oībus petitōib⁹ indubitāter a dn̄o tribui qđ petitur si vltie ꝯditōnis pactū seruauerim⁹. vn̄ subdit. Si dimiseritis ⁊c. ⁊ iō amē hic non a populo vel a clero: sz a sacerdote ꝓfertur. cum em̄ ipse sit mediator inter deum ⁊ hominē: qr eius est vota populi deo offerre ⁊ ipsius voluntatē populo renūciare sicut legitur Exo. xix. Magis ꝯgruit illud a sacerdote ꝓferri a quo ꝯuenit petita a dn̄o fuisse concessa affirmari q̄ a populo cui hmōi renūciatio ipo mediante fieri debz. In alijs vero orationib⁹ q̄ in officio ecclesiastico dicūtur. Amē exp̄mit potius affectum optātis q̄ ꝯclusionē affirmātis: ideoq; in illis ꝯgrue ꝓfertur a populo a quo optatur qđ in illis a sacerdote orāte postulat. Profert tamē hic sacerdos amē sub silentio. Primo in signū q̄ dn̄s vult orātes latere q̄ a dn̄o exauditi sint ne postmodū tepescāt. Scđo qr si alte ꝓferret amē quo affirmatur orationē dn̄icam exauditā esse indicari posset presumptio: et quedam ostētatio sacerdotis.

¶ Tertia pars misse de silentio post dominicam orationem. Rubrica.



Ertia pars misse incipit ī hac oratōe. Libera nos quesum⁹ dn̄e ⁊c. Que oratio dicit embolismus vl' superexcrescentia eo q̄ nihil ī ea petitur qđ in p̄cedenti oratōe dn̄ica petitum non fuerit: nec tn̄ supfluit: qm̄ est repetitio ⁊ expositio nouissime petitōis illius. Illa em̄ dicit. Libera nos a malo. ista dicit. Libera nos quesum⁹ ⁊c. Et subdit a quib⁹ malis. s. a p̄sentib⁹ p̄teritis ⁊ futuris. subditur etiā trāsit⁹ ad orationē ꝓ pace ibi. Intercedēte beata ⁊c. Vel dr̄ sup crescētia: qr in p̄mitiua ecclesia multo tpe dicta nō fuit. ¶ Et nota q̄ duplex ē embolism⁹ vz quottidian⁹ ⁊ annu⁹. quottidianus est hec oratio. cū em̄ amen sit finis dn̄ice orōnis: ⁊ illud reseruatur sacerdoti a clero dicente: sed libera nos a malo: vt p̄missum est: ptz q̄ h̄ oratio intelligitur embolism⁹ nō soluz quottidianus: verū etiā dn̄ice orōnis. Embolism⁹ etiā quottidian⁹ sunt p̄fatōes: vt Vere dignū ⁊c. ⁊ cōicantes ⁊c. ⁊ hanc igitur oblationē offerri ⁊c. te igitur clementissime pater. Annu⁹ vero embolismus est ꝯsecratio olei īfirmoꝝ: de qua dicetur in sexta parte sub ti. de cena dn̄i. ⁊ benedictio vuaꝝ ⁊ agni paschalis ⁊ hmōi. ⁊ etiam frugū ⁊ fabaꝝ p̄marū: que ex institutione Euthiciani pape sup altare benedicuntur. ¶ Embolismo finito nō ꝯcluditur per dn̄m. Hec em̄ est embolismoꝝ ⁊ p̄fationū consuetudo: sed ei ꝯtinuat oratio. Da ꝓpitius pacem ⁊c. Da pacem in quā pectoris: vt simus a peccato liberi. Da pacem temporis vt simus ab omni perturbatōne securi: nocet em̄ infirmis perturbatio. ⁊ ecce q̄ aperte enodatur a quibus malis erui deprecemur. Hec autem oratio. Libera nos quesumus ⁊c. sub silentio dicitur: prout dictum est sub titu. de pater noster sub verbo. Oremus preceptis. quod silētium significat sabbatū quo corp⁹ domini in sepulchro quieuit: tunc eniz nullus fidem pre-

dicauit. Unde Luca testante. Mulieres que parauerant vnguenta sabbato quidem siluerunt ꝑm mandatum legis: christus tamē non siluit: īmo ipse qui ꝑm carnē in sepulchro quieuit: ꝑm aīam descendit ad inferos vt fortior supueniēs superet fortē armatū: ad qđ significandū ecclesia romana dicit ipam orōnē altavoce in die pasceue: ⁊ mediolañ. semp: ⁊ tūc momordit infernū ducēs suos vinctos de lacu ī quo nō erat aqua liberās eos de malis p̄teritis p̄sītibus ⁊ futuris: ⁊ dans eis ꝑpetuaꝫ pacē: in qua sunt semp ⁊ a peccato liberi ⁊ ab oī ꝑturbatōe securi. Unde de hoc lacu liberari se: et totā ecclesiā orat p̄s byter dicēs. Libera nos ⁊c. Et qꝛ nos indigni sum⁹ veniam de p̄teritis ⁊ p̄sentibus atqꝫ futuris ꝓmereri nisi nobis donetur oratōe beate v̄ginis: ⁊ beatoꝝ petri ⁊ pauli atqꝫ ādree ⁊ alioꝝ sanctoꝝ: ideo hic eos in nostrū patrociniū īuocamus. Ad impetrādū ergo pacis gr̄am īplorat̄ mater salomonis. i. viri pacifici. ⁊ michael nunci⁹ pacis: ⁊ baptista p̄co pacis: ⁊ tres apl̄i testes pacis ⁊ nō plures: qꝛ ī ore duoꝝ vel triū testiū stat om̄e verbum. Pri⁹ ergo orauim⁹ vt liberaremur a malis: nūc v̄o ꝓ pace oram⁹. Rursus lꝫ oēs apl̄i fuerūt ꝓpter auctoritatē apostolat⁹ ꝯnumerati. In hac tñ oratōne que triduū quo dñs ī sepulchro iacuit designat tres repetūtur. ⁊ spāliter isti tres ꝓpt̄ aliquas eorum p̄rogatiuas: videlꝫ ꝓpter p̄uilegiū p̄rogatiue dignitatis quo ad petruꝫ: ꝓpter p̄uilegium p̄dicatōis ⁊ īmensi laboris quo ad pauluꝫ: ⁊ ꝓpter p̄uilegiū nimiū ꝯcupite crucifixionis quo ad andreā. Adhuc in hac oratōe ē intentio inuocare nō solū apl̄os veruꝫ etiā oēs sanctos q̄ per triplicē statū distīguūtur: sicut ⁊ omēs q̄ sunt in ecclesia militāte: aut em̄ fuerunt vel sunt in statu ꝯiugali qui ꝑ petrū: aut in statu ꝯtinentie: aut viduali qui per andreā qui ꝑm crysostomū creditur ī viduali statu fuisse: aut in statu v̄ginali qui ꝑ paulū designat̄. ad quē statuꝫ etiā angeli reducūtur: qꝛ v̄ginitas est soror āgeloꝝ. et de beata Maria etiā fit mētio tanq̄ de porta misericordie. ¶ Postremo nota ꝙ post secretā tria dicunt̄ ad mysterium consecratōis corporis domini perficiendum: vꝫ Preceptis salutarib⁹. ⁊ oratio dominica ⁊ hec oratio. Libera nos quesumus. ⁊ hoc ꝓpter tres dies quib⁹ domini corpus iacuit in sepulchro: siue ꝓpter triplicez legez. s. naturalē mosaycam ⁊ euāgelicam.

De resumptōe patene. Rubrica.

Quia post passionis tristiciā ad resurrectiōis gaudium ꝑuenit̄. Juxta illud. Ad vesperū demorabit̄ flet⁹ ⁊ ad matutinū letitia: ideo subdyaconus interea dū chorus rñdet: sed lib. nos a malo. accedēs ad dyaconū tradit illi patenaꝫ inuolutam. dyaconus vero illā recipiēs eā reuelat ⁊ reuelatā representat ⁊ tradit sacerdoti osculando illius manū aut humerū dextrū. Sacerdos vero cum ea signū sctē crucis sibi facit in faciē ⁊ eādē postmodū osculat̄. Hi q̄dez tā numero q̄ obseq̄o sanctas illas mulieres significāt de q̄b⁹ narrat euāgelista Matheus ꝙ vespere sabbati que lucessit in pri. sab. ve. ma. mag. ⁊ al. ma. vi. sepul. p̄sentātes patenā. i. cor patēs latitudine charitatis ī obsequiū sepulture. Juxta qđ legit̄ ꝙ mulieres emerūt aromata: vt ve. vn. ie. ⁊ valde ma. vna sab. ve. ad mo. or. iam so. ⁊ dice. ad inui. q̄s re. no. la. ab o. mo. Accessus igit̄ dyaconi q̄ marias significat ī tradēdo patenā significat illđ qđ marie venerūt videre sepulchrū: ⁊ resurrectionē xp̄i late credētes eā apl̄is nūciauerūt: qui demū dño sue fidei latitudinē obtulerūt: et ideo de manū dyaconi patenā. i. latitudine charitatꝫ accipit sacerdos. i. xp̄s acceptat. Vl̄ ꝑ subdyaconū intelligitur nichodem⁹ qui etiā late credidit ⁊ obsequium exhibuit saluatori. Qđ v̄o patena prius inuoluta dehinc reuelata, ad altare deportat̄. hic est Moyses de fiscella ad regiam ꝑductus domū. Exo. ij. Lex quidem q̄ latuit: sed cognitis mysterijs ab ecclesia exaltata ad xp̄ꝫ ascēdere de egypto docens. Qđ vero sacerdos sup patenā sibi a mīstris oblatā signū crucis facit: repñtat illđ qđ in Matheo legitur ꝙ princeps sacerdotū et pharisei signauerūt lapidem cū custodib⁹: sed nec ratio ista nec signū sctē crucis necessitatis sunt. Itez ꝙ patenā oblatā recipit significat ꝙ xp̄s oēs ad se ex charitate redeuntes cū de

siderio recipit qd etiã ex eo ptz ꝙ statim marie pseueranti ⁊ aliis ꝯparuit. de hoc etiaz dictum est sub ti. de oblatiõe sacerdotis. Post traditam dyacono patenã subdyacon⁹ manipulam que patenã tenuerat inuolutam: plicatam non sup pallaz altaris: sed alibi deponit in quo significatur illud qd legit Jo. xx. qr petrus in monumentũ intrans vidit sudariũ qd sup caput xpi fuerat nõ cuz lintheaminib⁹ positum sed sepatim in vnum locum ĩuolutum. Dyaconus aũt manũ seu humerũ dextruz sacerdotis osculatur: ad notandũ ꝙ ipe vult eẽ socius in passione vt socius sit in regno. extra de sepul. c. i. ſm ꝙ dicit apl's. Si ꝯpatimur ⁊ cõregnabim⁹. ¶ Rursus ꝙ osculetur dextrũ illius humerũ significat ꝙ deuz hic videre nõ possumus nisi per speculũ ⁊ ĩ enigmate. in futuro vero videbimus euz sicuti est: quia vero crucifixus ardenti desiderio querebat. Juxta qd angelus inquit mulieribus. Scio qr Jhz queritis crucifixũ: iccirco cum patena signat crux in facie sacerdotis ĩ qua maxĩe vires anime vigent: ⁊ vt hoc signo munitus possit dei seruitiũ sine ĩpedimẽto ꝯsumare. Statiqz sacerdos osculatur patenã: ostendẽs ꝙ christ⁹ confestim impleuit desideriũ mulierũ. Mox eñi occurrit illis dicens auete: que ꝓcidentes tenuerũt pedes eius ⁊ adorrauerũt. Nec est dubium quin pedes ei⁹ fuerint osculate. de h sub ti. de osculo pacis dicetur. Osculat etiaz patenam quasi petens a deo pacez corporis ⁊ anime. Oratur etiam pro pace tẽporali qd fit spãliter in quibusdã ecclesiis. osculũ etiam hmõi charitatẽ significat ꝓut dicetur ibidez. ¶ Rursus iõ se signat cuz patena ⁊ osculatur post illam: ad notandũ ꝙ si p passionẽ filij recõciliamur deo patri: erimus ⁊ heredes regni celestis: vel signum crucis cum osculo significat gloriationẽ xpi in cruce cũ charitate. Quidam etiaz cum patena se signant añ pectus: per qd significatur sincera affectio que p partes corporis ⁊ cordis in sacra scriptura significatur. Quidam aũt prius osculãtur patenã cum dicunt. Da propitius pacẽ. ⁊ postea cuz osculata patena in vltima clausula. s. ab oĩ pturbatõe securi se signant: qr per crucez ⁊ hoc sacrificium et odorẽ ei⁹ oĩa in celis ⁊ in terris pacificata denũciant. Quidaz quoqz ꝯsequẽter osculant summitatẽ ⁊ pedez calicis: quod osculuz ꝑtendit intimũ affectum ad monumẽtum seu sepulturam xpi: exẽplo magdalene q̃ ex affectu stabat ad monumẽtũ foris plorãs: vt dicitur in Johãne. Osculum q̃z pedis calicis significat osculuz peduz xpi: de quo iã dictuz est. Aliqui etiam cuz patena summitatẽ lat⁹ et pedẽ calicis tangunt: qd silr ex affectu intimo faciunt quasi totuz monumẽtũ amplectentes qd p calicẽ ⁊ patenã repñtatur. h eñi ꝓprium est feruẽter amantiũ qd nõ satiantur dilectum ex omni pte corporis sui tangere: et etiam res dilecti: qd maxĩe oñdit Magdalena que a monumẽto nõ recedebat. Tact⁹ q̃z cum patena in summitate ⁊ latere ⁊ pede calicis significat tres cruciatus dñi. s. in capite. in latere. ⁊ in pedibus.

¶ De fractõe hostie. Rubrica.

Finita oratiõe premissa. s. Libera nos et resumpta patena dyacon⁹ discopit calicẽ inde remouẽs corpale. ⁊ sup calicẽ sedulo intuet. Deinde sacerdos intẽdens hostiã frangere ipaz de altari leuat supponẽs illi patenã ⁊ sup ora eius collocat. inde tollens eam sup calicẽ per medium frangit dicens. Per eundẽ dñm nostrũ. Et in quibusdaz ecclesiis partẽ que post fractionem in dextra manu remansit ponit super patenã dicendo: qui viuit ⁊c. Partẽ vero que in sinistra remãsit: iterum p medium frangit: ⁊ pticulã que post subdiuisionẽ in sinistra manu remansit: ꝯiungit pti prius sup patenã posite dicendo: in vnitate. s. sp. ⁊c. Alteraz vero pticulaz in dextrã remanentẽ tenet sup os calicis cum duob⁹ digitis. s. cũ pollice et indice ⁊ erecto calice simul ⁊ ipsa pticula paꝝ cũ ambab⁹ manib⁹ eleuatis alta voce dicens. Per oĩa. s. s. quo dicto calicẽ simul cũ hostia deponit ꝓferẽs: pax dñi sit semp vobiscũ. ⁊ hoc dicendo ꝓducit ter signum crucis sup calicẽ cũ dicta hostie pticula. deinde mittit pticulã illã in calicem dicens: fiat commixtio cor. ⁊c. ⁊ postea p epm datur bñdictio solẽnis. De singul igitur est videndum. et ꝑmo quare dyaconus

discoopit calicem ⁊ in eum discooptum intuetur. ¶ Circa qđ dicendum est ꝙ os calicis in hoc loco ostium significat monumẽti: de quo dyaconus corpale remouet: ⁊ in eo sedulo intuetur: significãs ꝙ angelus dñi lapidem ab ostio monumẽti reuoluit et lintbeamen amouit: ⁊ in sepulchro diligẽter aspexit. ¶ Scdo videndus est quare sacerdos hostiã sup patenaz locat: et inde eã tollens sup calicẽ frãgat. Circa qđ dicẽdum est ꝙ p calicẽ xpi passio vł etiã eterne beatitudinis fruitio designat. vnde psal. Et calix meus inebrians ꝙ pclarus est. ⁊ iterum. Inebriabunt ab vbertate dom⁹ tue ⁊c. Per patene rotũditatẽ bonoz operũ perfectio significatur. sacerdos ergo volẽs hostiam frangere ꝓmo eã sup patenã locat: vt idẽ illã tollens sup calicem frangat: ad significãdum ꝙ nemo passionib⁹ hui⁹ mũdi meritorie valeat exponi: vel etiaz ad eterne beatitudis fruitionẽ admitti nisi ꝓius in bonoz operuz ꝑfectõe fuerit solidatus. vnde apł's ad ephẽ. vi. Accipite armaturaz dei vt possitis resistere in die mala: et i oĩbus pfecte stare. Ad hoc patena hostie supponit ⁊ sup calicem frangitur: ⁊ ad significandũ ꝙ xps ex latitudine charitatis p patene dispõez significate se suppoint passioni. Rursus sup calicez frangit ne minutie spargãtur: sed in eius cõcauitate caute recipiant. Ẽlibi tamẽ sup patenã postea frãgitur: vt ipse panis viu⁹ qui de celo descendit fractus ꝓ nobis in ara crucis rememoret. alibi quoq; hostia comedẽda de altari tollitur. nã in ve. testõ sacerdos panes ꝓpositõnis de altari sublatos comedebat: put est dictũ sub ti. de oblatiõe sacerdotis. ¶ Tertio videndũ est quare hostia frangit: et quidẽ quia in lege iubebat similago frustratiz offerri: sed ⁊ redẽptor noster bñdixit panẽ ⁊ fregit: fractũq; discipulis distribuit: ⁊ ideo sacerdos ⁊ legem ⁊ xpm sequens panem sacrosanctũ in tres ptes ptitur vt in fractõe panis dñm agnoscam⁹: sicut ⁊ illi duo discipuli dñm cognouerunt: quibus ipe resurrectõis die cuntib⁹ in emaus apparuit. Duz essi sicut ait prosper. de conse. di. ij. frangitur hostia. et sanguis in ora fidelium infunditur Immolatio corporis xpi i cruce ⁊ effusio sanguinis eius de latere designatur.

¶ Quarto quare per medium hostia frangitur. Circa qđ notandum est ꝙ in duas medietates frangitur iuxta duplicez predestinatorum statum. s. eterne glorie: et tẽporalis miserie: ideoq; vna medietas subdiuidit in duas partes: quaz vna ẽ pro destinatis qui purgãtur in purgatorio. alia pro illis qui adhuc viuunt in hoc mundo caduco: put infra dicetur. ¶ Quinto quare pars hostie post fractiõez in manu dextra remanens potius ponit sup patenã ꝙ que in manu sinistra remãsit. ⁊ quidez ps ipsa que in dextra manu remãsit designat predestinatos qui iam sunt in gloria: et iaz tenent illã altitudinẽ cui nulla irectitudo admisceri potest: ⁊ ideo merito in parte dextra tenetur. Altera vo ps designat illos ꝓdestinatos qui adhuc sunt in tẽporali miseria: vbi mlta obliqua ⁊ pauca recta inueniunt: quare merito in sinistra tenet. Illa igit que est i dextra cum diuidenda nõ sit: vt iaz dicetur: sup patenam ponit que vero est in sinistra cuz diuidẽda sit non deponitur sed diuidẽda retinetur. ¶ Sexto quare ps que in sinistra remãsit iterum subdiuiditur. Ad qđ dicenduz est ꝙ illi q sunt in glia vniformẽ statũ tenent: ⁊ vna beatitudine fruũtur: ideo ps in dextra manu retẽta ⁊ super patenaz collocata que illos vt premissum est signat non frangitur: sed illi q sunt in tempozali miseria: in statu ⁊ miseria sunt diuisi. Nam alius est status ⁊ miseria eorũ qui adhuc viuunt in corpe: ⁊ alius est eoz qui purgantur in purgatorio igneo: ideo pars que in sinistra tenet illos significãs diuidi debz. ¶ Septimo quare pticula post subdiuisionẽ remanẽs in sinistra cõiungitur parti sup patenã posite. Ad qđ dicendũ est ꝙ ẽm Augu. deus duas habz manus. s. dextrã qua miseret. ⁊ sinistrã qua punit illos qui sunt in purgatorio. inq̃tum ibi purgãtur respõdet sola punitio: ⁊ ideo pticula que in sinistra tenet illos figurat. Ili vo qui sunt adhuc in ꝑsenti vita in q̃ stat⁹ merendi ꝓsequi possunt miam: ⁊ iõ ipsa ꝓ aliaz pticulã q̃ est i dextra signãtur. Quo ergo de his qui sunt in purgatorio nullũ est dubiũ: sicut de illis qui sunt in paradiso: ꝙtum ad futuram gloriã: ideo merito pticula que erat i sinistra eos designãs ꝓiungit pti ꝓius sup pa

tenam ponit: q̄ illos q̄ sunt in paradiso designat: qñ isti illis indubitanter sint coniungendi. de hoc tñ aliter infra dicet. Sed pticula q̄ in dextra parte remansit ꝛ designat eos q̄ sūt in vita p̄senti: illi parti q̄ est sup patenā nō coiungit: sed in sanguinez nutrit: q; illi adhuc egent meritis passionis xp̄i q̄ merita ꝓcesserūt ex effusione sanguinis agni imaculati. Ex p̄missa autē dua; partiū cōiunctiōe duo resultant quasi in modū lune cornua ꝓnexionez vtriusq; testi in xp̄i passiōe factā designātia. et illa versus calicē dirigenda sunt quasi sibi incorporēt sanguinē sine quo corpus nō est. In hac etiā coniunctiōe repr̄esentat q̄ post q̄ aliq̄ tam p̄sentib⁹ q̄ futuris p̄sūris purgati fuerit ipsi deo q̄ē nostra beatitudo pfectissima vnione iungent. ¶ Octaua quare p̄misse due partes extra calicē supra patenā reseruant: supra quo aūt q̄dam q̄ tres ptes hostie tres stat⁹ beato; figurant. s. qui sunt in celo: q̄ in purgatorio: ꝛ q̄ in mūdo versant vt iam dicet. Per calicē autē ꝑ aliquē respectū ipa eterna fruitio vt p̄missum est figurat. Quia ergo taz illi q̄ versant in hoc scło q̄ illi q̄ sunt in purgatorio nōdum ad illā fruitionē admissi sunt: nō ipse due ptes extra calicē reseruāt donec ꝑ sumātur. Sed hec rō nō cōcordat p oīa cū p̄missis: ꝛ iō alia ratio inferius assignat. Pōt etiā dici q̄ due hostie partes iō sup patenā ponunt. qñ si oēs partes sup os calicis ambab⁹ manibus tenerent: multa quidē pticula ꝓtingere possent. de facili eīm posset errare ꝛ pars non mittēda in calicē mitti. vel ꝓpter manuuz tremorē oēs partes possent i calicē cadere. Sacerdos etiā taliter impedit⁹ non posset q̄ intendūt libere expedire ꝛ similia. Alīq tñ oēs partes supra os calicis tenent ne forte ꝓpter illarum deportationē seu translationē aliqua inde pticula cadat aut remaneat in patena: de quo etiā sub ti. de cōcatiōe sacerdotis dicet. ¶ Nono quare pticulā q̄ remansit in dextra: sacerdos sup os calicis tenet. Ad q̄ dicendū est q̄ particula ipsa vt p̄missum est repr̄sentat illos q̄ adhuc in corpore viuētes indigent mīa dei sine p̄dictis meritis passionis xp̄i ꝛ sanguinis ei⁹ effusionis p̄cedentib⁹. Tenet ergo ipa pticula supra os calicis respectu directo ad sanguinē vt dek intelligi intētio nec nō expectatio ꝛ cōsideratio viuentiū quo ad merita ꝛ passionē xp̄i. ꝛ tenek cū pollice p quē vigor virtutis: ꝛ cū indice p quē mentis discretio significatur: ad ostendendū q̄ cū fidei vigore ꝛ mentis discretione hec cōsideranda ꝛ expectanda sunt. Uel cū duob⁹ digitis tenek: ad designādum duplicē naturā q̄ sunt in corpore xp̄i: diuinitatem. s. ꝛ humanitatē. Et cōiungit sanguinē: ad ostendendū q̄ q̄ digne ꝛ cū fide merita et passionē xp̄i cōsiderāt ꝛ expectant ei⁹ passiōe ꝛ meritis iuuant. ¶ Decimo quare sacerdos dicturus Per oīa scła scłoz se erigit. Et ē dicendū q̄ cū ipse petere velit ꝑpetuā exīstentiaz oñi vobiscū: ꝛ offie datū optimū ꝛ oē donuz pfectuz de sursum sit. i. q. ñ. q̄ pio. merito ad deū se tunc corpore ꝛ mēte erigit sperans se acceptū ū qđ petit. ¶ Undecimo quare v̄ba ipsa ꝓferens vocē suā exaltat ꝛ parū calicem eleuat. Sup quo dicendū est q̄ sacerdos xp̄i vicari⁹ hostia vt p̄missum est fracta mortem annūciatur⁹ vocē exaltat: vt ppls pacem desideās hoc intelligēs dicat Āmē. xxxvij. di. sedulo: ꝛ calicē parū ab altari eleuādo ostēdit q̄ xp̄s q̄ ꝑ passionē q̄ ꝑ calicē designat descenderat eleuat⁹ ꝑ resurrectionez a mortuis pacē postmodū discipulis timentib⁹ nunciauit dicens eis. Pax vobis. Pōt etiaz dici q̄ q̄ quēadmodū p̄missum est: particula q̄ super os calicis renek repr̄sentat viuētes: credētes: ꝛ expectātes iuuari meritis passionis ꝛ effusionis sanguis xp̄i. Sz vt credam⁹ duo. Primū scz xp̄m verū fuisse deū ꝛ sanguinez ꝛ corp⁹ nūq̄ fuisse a diuinitate separata. Scōm xp̄m fuisse verū boiem ꝛ corp⁹ verū ꝛ sanguinē vez dicta nō ꝓsequmur. ꝓpter hoc ergo calicē ꝛ dictaz pticulā paz sīl eleuat vt ostendat q̄ firmiter credim⁹ p̄muz. ꝛ eā statim deponit: vñ oñdat q̄ etiā eodē mō credim⁹ scōz. ¶ Duodecimo ꝑre dicta eleuatio ꝛ depositō fit cū vtraq; manu ꝛ nō cū alīa tñi. Ad q̄ dicēdū q̄ b̄ fit vt p̄ b̄ dek intelligi q̄ sīc p̄missa duo credit intellectu ita amat ꝛ appetit affectu ꝛ toto conatu. Fit et b̄ mō vt securi⁹ ꝛ decēti⁹ fiat. Decimotertio q̄ re mor dic altiori voce. pax dñi ꝛc. Et q̄dē q; nō solū p signa verū etiā p v̄ba resurrectōis ē gaudiū exp̄mēdū: iō sacerdos p leticiā ō relin

rectione habitā ꝓcedens statim depositō ca-
lice altiori voce dicit. Pax dñi sit ſp vobiſcuꝫ
repſentans q̄ vna ſabbatoꝝ ieſus poſtq̄ ſur-
rexit a mortuis ſtans in medio diſcipuloꝝ: di-
xit eis. Pax vobis ⁊ iterū. Pax vobis. io. xx.
q. d. Do vobis pacē pectoris in via: ⁊ pacem
eternitatis in patria. Idē ergo inuit ſacerdos
di. Pax dñi. i. pax pectoris ſit ſemp vobiſcū. i.
in pſenti vic. ⁊ pax eternitatis in futuro. ¶Nec
quidē pax eſt illa q̄ tunc iuſtis data eſt qñ aīa
xpi in infernū deſcendens inde omēs fideles
eduxit abſtergens oēm lacrymam ab oculis
eoꝝ vt ampliꝰ nō ſit eis doloꝝ ſed pax qua cū
eo viuāt in eternū: vel illa qua data eſt corpo-
ri xpi qñ aīa eiꝰ ad corpꝰ rediit: vt ſicut nunq̄
aīa turbata eſt ꝓ corpis morte: ita nec ipſum
corpꝰ vlteriꝰ de ſua mutatiōe turbetur: ſꝫ vtra
q̄ pace fruaſ ⁊ ſemp de eterna beatitudie le-
tef. ¶ Decimaq̄rta: quare dicēdo: pax dñi ⁊c.
facit ſignū crucis ſupra ſanguinē cū dicta bo
ſtie particula. Ad hoc dicendū eſt q̄ tres cru-
ces ſignificant triduū quo xpus fuit in ſepul-
cro: vel q̄ tres mulieres q̄rebant xpm crucifi-
xum ad oſtiū monumēti. Vñ illud. Quē que-
ritis viuētem cū mortuis. ¶Decimaq̄nta: q̄-
re dicto Pax dñi ⁊c. chorus rñdet. Et cū ſpū
tuo. ⁊ quidē hoc dicēdo optat pacē ipſi ſacer
doti: ⁊ petit etiā pacē ſibi dari: ⁊ vt dignus ſit
illaꝫ recipere ꝑdicit ter Agnꝰ dei. Uerūtñ pa-
pe celebranti in eccleſia ſancte marie maioꝝ
in vrbe: ⁊ dicenti Pax dñi: nūl rñdetur: ꝓut in
ſexta pte ſub ti. de paſcha dicef. ¶ Decimaſex
ta: quare dicta boſtie pticula īmittiſ ī ſangui-
neꝫ. Nēpe fit hec cōmixtio. ꝓmo ad notandū
q̄ xpi corpꝰ nō fuit ſine ſanguine: nec ſanguis
ſine corpore. Scō ad deſignandū q̄ vnū ſa
cramentū ꝓficiſ ex ſpēbus panis ⁊ vini. Ter-
tio corpis ⁊ ſanguis poſt trinū crucis ſignuꝫ
cōmixtio eſt aīe ad corpus redditio. Omnibuſ
eſſi in celo ⁊ in terra pacificatis virtꝰ trinitatiſ
aīaꝫ crucifixi reduxit ad carnē nec derelinque
ret aīam eiꝰ in inferno nec daret carnē eiꝰ vide
re corruptionē. Iuxta qō ipſe dicit in pſal. Eꝫ
go dormiui ⁊ ſomnū cepi ⁊ exurrexi: qz dñs ſu
ſcepit me. ſignificat ergo vnitatē ⁊ aīe ⁊ car-
nis que in reſurrectione xpi denuo ſunt vnite.
Nam vt p̄miſſum eſt panis ad carnē ⁊ vinuꝫ
refertur ad ſanguinē: qz ſm philoſophū ī ſan-
guine eſt ſedes aīe. xtuſ. q. ij. moyſes. De hoc
etiā ſub titu. de oblatiōe dictū eſt. ¶ Decima
ſeptima: qñ īmiſſio ſit faciēda: ⁊ quidē alīq̄ in
fundunt pticulam ipam in calicē poſtq̄ dicūt
Pax dñi ⁊c. qñ manifeſtū eſt pacē datā eſſe
boībus bone voluntatis ꝓ reſurrectionē quaꝫ
verba ipſa ſignificāt. Alīj vero dicto pax dñi
⁊c. ⁊ dicto etiā ꝑcus agnꝰ dei ⁊c. demū īmittūt
ipſam in ſanguinē: vt eoꝝ oō efficatioꝝ ſit ꝓ
eo q̄ tenentes eā in manibꝰ dñi dicūt Agnus
dei oculo corporali ⁊ mentali reuerēter intuē
tur. Tertīj vero eā īmittūt cū dicūt Da nobis
pacē. Cum eſſi ter dicaſ Agnus dei: ⁊ in p̄-
mis duabꝰ vicibꝰ dicaſ Miſerere nobis. in p̄
mo dicif Miſerere nobis q̄tum ad aīam q̄
maxime fundaſ in ſanguine. in ſcō q̄tuꝫ ad
carnē: patet q̄ iſta duplex oratio diuſim dici
tur: ⁊ iō illa parf boſtie ꝓ quā caro ſignificaſ:
⁊ ſanguis ꝓ quā aīa intelligiſ nō debēt cōiun
gi: duꝫ illis duabꝰ vicibꝰ dicif Agnus dei: ſed
ſolum in fine tertīj agnus dei vbi petitur pax
ſm vtrūq; ſ. ſm corpꝰ ⁊ ſm aīmā. Ipſe enīꝫ
lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.
Quarti recti ⁊ vſitatiꝰ agūt qñ dicto Pax
dñi ⁊ paulſq̄ dicant Agnꝰ dei ⁊c. īmittūt. cer-
tum eſt autē q̄ agnus dei poſt ſalutationem
repſentant illud qō dñs fecit poſtq̄ diſcipu-
los viſitauit: quādo vꝫ dedit eis poteſtatē di
mittendi peccata: ⁊ ideo ſacerdos illud repre
ſentās poſt īmiſſionē pticule boſtie in ſangui
ne dicat Agnus dei qui tol. pec. mundi mi. nō.
ad deſignandum q̄ ſicut ipſe corpꝰ ſanguini
cōiungit: ita nos cōiunctos eidē ſanguini ſuo
meritis et eius effuſione ꝓcedētibus ſua pie-
tate a peccatis emundet. Et īmittendo dicit
verba illa. Fiat cōmixtio corporis ⁊c. que ver
ba referenda ſunt ad ſpecies panis ⁊ vini qui-
bus corpus chriſti ⁊ ſanguis ꝓtinetur. Dicūt
autē agnus dei calice iam cooperto ad notā-
dum q̄ xps in domo oſtijs clauſis dedit apo-
ſtolis poteſtatē dimittēdi peccata. ¶ Deci-
maoctaua: quare fiunt tres partes: ad qō di-
cendum eſt q̄ frangitur in tres partes. Pri-
mo in memoriam trinitatis. Secundo in me
moriam triplicis ſtatus chriſti. Primus fuit
in hominibus manens. Secundus fuit mo-

tuus in sepulchro iacēs. tertius est immortalis in celo existens. Tertio vero in memoriaz ⁊ signum ꝙ christꝰ passus fuit in triplici parte sui: scz in pedibus: in manibꝰ ⁊ in latere. q̄rto in signū ꝙ tres sunt partes mystici corporis. prima est in celo siue in patria. s. ecclesia triumphans. secūda est in terra. s. ecclesia militans. tertia ē in purgatorio. ⁊ hec dicit̄ purgans. quinto in typum triuz personarū euntium in emaus: scz xp̄i ⁊ cleophe: ⁊ vt q̄dam dicūt luce. ¶ Decionono quid ꝑtes ipse significant videnduz restat: ⁊ q̄dem primo ꝟm gelasium papaz ꝑs in calice posita significat corpus xp̄i quod de virgine traxit. pars sicca comesta significat omnes fideles: pars reseruata vsqz in finem misse ꝟm antiquū ecclesie romane morem ꝓ ministris vel infirmis significat oēs mortuos. Secūdo pars in calice posita significat ecclesiā militantez: pars comesta triumphantem: ꝑs reseruata eos q̄ sunt in purgatorio. Tertio sergius papa: de. cō. di. ij. triforme. ita dicit. Triforme est corpꝰ dn̄i ꝑs oblata in calice missa corpꝰ xp̄i qd̄ iā resurrexit mōstrat. ꝑs a sacerdote cōesta ābulās ad huc sup terraz. ꝑs in altari vsqz ad misse finē remanens corpꝰ xp̄i. vel scd̄z alios corpꝰ fideliū latens in sepulchro. h̄ pars remanet in altari vsqz ad finē misse: qr vsqz in finē seculi corpora scōruz in sepulchris erūt: sed ꝙ ꝑs vsqz ad finē misse reseruet̄ non est in vsu. Quarto etiā modo pōt hoc mysteriū explicari: est em̄ corpꝰ xp̄i vl̄is ecclesia. s. cuz membris: iuxta illud apl̄i. Unus panis ⁊ vnuz corpꝰ multi sumus. Et inueniunt̄ in isto corpe q̄si tres partes ex quibꝰ totuz consistit: vna pars est ip̄m caput vz xp̄s qui caput est ⁊ ꝑs corporis. altera pars sunt illi quoꝝ corpora requiescunt in tumulis: ⁊ aīe q̄ regnant cū xp̄o: ⁊ sunt quasi simul iūcte. He due ꝑtes caput. s. ⁊ h̄ corpis pars altera: sicut scriptuz est. Ubicūqz fuerit corpꝰ illic cōgregabunt̄ ⁊ aquile. Propterea in altari super patenā duas ꝑtes cōiuncte extra calicē reseruātur quasi extra passionē que ꝑ calicē designat̄. xp̄s eī resurgēs a mortuis iā nō morit̄. mors illi non dn̄abit̄: ⁊ q̄ cū ip̄o sunt scti nō esuriēt neqz sitiēt amplius: nō cadet sup illos sol: neqz vllꝰ estꝰ q̄m p̄ora trāsierūt.

Tertia pars in calice ponit̄ significans sctōs qui adhuc in mūdo viuunt passionesqz passuri sunt donec de hac vita migrātes ad caput suū trāseant: vbi nec moriant̄ amplius nec vlla tenus patiant̄: vn̄ versus. Tres partes facte de xp̄i corpore signant. Prima suā carnē sanctosqz. scd̄a sepultos. Tertia viuētes: hec est in sanguine tincta. Martyrij calicez gustant in carne fideles. Quīto mō ꝟm magr̄z Guil. antisiodoren̄. pars que in sanguine mittit̄ significat viuos. vna illarū eos qui sunt in purgatorio. alia vero illos qui sunt in paradiso. Orat em̄ ecclesia pro viuis vt in bono cōseruent̄. ꝓ eis qui sunt in purgatorio vt citius liberentur ⁊ purgent̄. ꝓ eis qui in celo sunt vt orēt pro nobis. Sexto etiaz modo ꝟz Aug. pars in calicez mittit̄ vel ponitur pro nō sanctis viuētibꝰ q̄ voluunt̄ in sanguīe ⁊ in pctis. Alie v̄o due ꝓ mortuis offerūtur vna ꝓ sanctis qui iam sunt in requie ⁊ illa est gratiaruz actio: qr nihil restat in eis purgādum. altera pro illis aīabus que licet saluande sint tn̄ adhuc sunt in penis: ⁊ ideo pars illa dr̄ oblatio. Sane particula hostie in calice dimissa statī calix cum palla corporali cooperit̄: qr xp̄i corpus de cruce depositū latuit in sepulchro syndone inuolutuz que ꝑ ipsaz pallā significat̄. ¶ Uicesimo loco videndū est quare nunc solēnis bn̄dictio dat̄. Et quidē hoc loco. s. ante pacez solēnis episcopalis bn̄dictio datur ad notandum ꝙ pacē nullatenus habere possumus nisi dn̄s noster iesus xp̄s p̄ueniat nos in bn̄dictionibus dulcedinis que sunt bn̄dictiones gratie ipsius: quia ꝟm p̄s. Dn̄i ē salus et super populum suum bn̄dictio sua. Dum aūt ep̄s se ad ppl̄m bn̄dicendum conuertit. ppl̄s reuerēter genu flectit: quasi ipso facto dicat. Benedicat nos deꝰ deus noster ⁊ metuant euz oēs fines terre. Nam ipse est dn̄s qui ad illius inuocationē benedicit. vnde p̄s. Benedixit filijs tuis in te. Et lz hic solenniter benecat̄ nihilominꝰ quidā in fine misse iterū solēniter bn̄dicūt: de q̄ bn̄dictōe ibi dicet̄: tū qr post q̄ dn̄s salutauit apl̄os iteꝝ dixit eis pax vob̄: vt iaz dictū est: ⁊ dicet̄ sub ti. de pacis osculo: tum qr sicut nō possumꝰ bene incipere vel pacē acq̄rere nisi diuine bn̄dictōis gr̄a p̄ueniat:

ita nec ī bono ꝓficere: nec ī pace finalit̄ ꝑseuerare nisi bñdictōis sue gr̄a subsequat̄. In missa vero ꝓ defūctis pontifex solēniter nō bñdicit: tuz qꝛ in ea omnes solēnitates cessant: tū quia hec solēnis benedictio fit non solū ꝓ venialium deletione: verꝫ etiaz ꝓ ppl̄i excitatōe vt in dñi adiutorio confidat ⁊ bñdictum in secula confiteat̄: at defuncti velut absentes excitari nequeūt licet possint nostris suffragijs adiuuari: tuz qꝛ gaudium nō debet luctui admisceri. Illud aūt notāduz est ꝙ per mortē ⁊ in morte dñi fidelis aīa benedictonē ꝑcepit. Unde circa mortis officium rite dyaconꝰ ad eam humiliari inuitat dicēs. Humiliate vos ad bñdictionē: ⁊ statiz pontifex bñdicit. Quidam asserunt hoc officiū nō esse de septē officijs misse: eo ꝙ has bñdictōes romana nō inuenit ecclesia: vnde vtit̄ eis: ⁊ ideo nō hic sed in fine misse bñdicit. Sz quicūqz īuenerit: recte in hoc loco ponunt̄ vbi xp̄s ad inferos descēdisse rep̄sentat̄: scz ꝓximo ante resurrectionē cū eductꝫ de carcere eternā tribuit bñdictionez. Has bñdictōes p̄figurauit Jacob qui filijs suis: ⁊ moyses q̄ filijs isrl̄. ⁊ xp̄s qui discipulis moriens benedixit.

¶ De agnus dei. Rubrica.

Quia iesus statiz vt salutauit apl̄os vt iaz premissum est: dedit eis potestatē remittēdi peccata dicēs. Quorū remiseritis peccata remittunt̄: ⁊ quoꝝ retinueritis retēta sunt: idcirco chorus clamat ad deuz ⁊ postulat. Agnꝰ dei qui tol. pec. mū. mi. no. Si q̄dez Johā. vidēs iesum ambulantē dixit. Ecce agnus dei: ecce qui tollit pctā mūdi. Quare aūt eum vocauerit agnuz determīat subdēs: q̄ tollit. i. q̄ venit vt tollat pctā mūdi: quia ꝓ pctis tollēdis pascha nr̄z īmolatꝰ est xp̄s. Nēpe in ve. te. offerebat̄ agnꝰ ꝓ pctis populi: ⁊ in nouo testa. xp̄s obtulit seipsum deo patri: vt humanum genꝰ liberaret ⁊ lauaret a peccatis in sanguīe suo. Merito ergo dū corpꝰ ⁊ sanguis dñi sumit̄. Agnꝰ dei cantat̄: vt oēs credamꝰ qꝛ ipsiꝰ agni corpꝰ ⁊ sanguis tūc sumit̄ q̄ peccata mūdi moriēdo tulit: ⁊ vitā eternā nobis resurgēdo donauit ihs xp̄s dñs noster: et vt oremꝰ ipsuz nunq̄ desistere misere nobis q̄ in passione misertus est nostri. Agnꝰ aūt grece dicitur ab agron qd̄ est pium qꝛ ipse verus agnꝰ sola pietate sua se obtulit hostiā pro nobis ⁊ nos redemit. Dicitur etiā agnus ab īnocentia: qꝛ agnꝰ nec hoībus nec bestijs nocet. In premissis ergo verbis agnus dei qui tol. pec. mun. mi. no. est quedā deprecatio: vt videlz innocētis agni misericordia peccata irruētia ⁊ subitanea auferātur. Tertio modo dicit̄ agnus ab agnoscēdo. qm̄ in magno grege solo balatu matrē agnoscit: sic ⁊ xp̄s in ara crucis donās nobis prius pacē agnouit nos cura vt iā dictuz est. Agnouit etiā patrē obediētia. Juxta illd̄ apostoli ad eph̄. ij. Factꝰ est obediēs vsqz ad mortē. Agnouit etiā matrē cura quam de ea habuit. Unde illd̄ Johā. xx. Ecce mater tua. Ob hoc ergo in altaris īmolatōe ter dicit̄ agnus dei: quasi agne qui agnouisti patrē miserere nobis. Agne qui agnouisti matrē mi. nobis. Pie qui redemisti mundū: ⁊ qui obtulisti te ꝓ nobis dona nobis pacē. Uel ideo ter dicitur vt triforme corpꝰ domini intelligatur: videlicet ābulans in terra: quiesces ī sepulchro: et residēs in celo. Pōt etiā dici ꝙ xp̄s ad tria venit: prīo vt nos liberaret a miseria culpe. secūdo vt nos redimeret a malo pene. tertio vt nobis daret de plenitudīe gratie sue: quantū ad prima duo bis dicit̄ miserere nobis. Quātum ad tertiū dicitur dona nobis pacem: q̄ petitio pacis sequitur statim postq̄ agnꝰ dei dictum est ter. ad notandū ꝙ ex beniuolētia trinitatis agnꝰ missus est. vñ Isa. Emitte agnū dñe ⁊c. Naz sicut in apoc. legit̄. Christꝰ ē agnus qui occisus est ab origine mūdi. Et attēde qꝛ quidā sacerdotes dicūt. Agnꝰ dei manibus super altare depositis: ostendētes in hoc ꝙ ad ea que ꝓferunt tota mente intendūt. Intentio em̄ ꝓprie per linguā exp̄mitur non per manꝰ: ideoqz loquēte lingua manꝰ quiescunt: ꝙqz ipsam mīam ⁊ pacem celestē ꝓ populo petunt: nō autē terrenā: qd̄ in manuū dispōne significatur. Alij vero stant manibus iunctis paꝝ sup altare inclinati: ostēdentes in inclinatōe humilitatē q̄ ī orōne necessaria est: ⁊ ī manuū ꝯiūctōe vnicā ⁊ nō variā ītētōez. ¶ Por

rofm antiquā cōsuetudinem scole cantoꝝ in ecclesia romana quā adhuc ipa scola obsuat: nullaten⁹ variaꝯ: sed tribus vicib⁹ vnifozmiter dicit xpe mi. no. ꝓpter tria genera pctoꝝ que petim⁹ remitti: cogitatiōis in coꝛde: locutiōis in oꝛe: ꝛ actionis in ope. Vel in bonoꝛē trinitatis: vel ꝓpter tres ordines fidelīū in ecclesia: q̄ sunt Noe Dauid ꝛ Job: quos ezechiel vidit in visione saluādos. Postmodū autē multis ac varijs ecclesie aduersitatib⁹ ingruētib⁹ cepit ad dīm de tribulatiōe clamare: dona nobis pacē. ꝛ vt clamoꝛ ei⁹ faciliꝰ audiaꝯ: ideo in ipsa īmolationis hoꝛa clamat. ꝛ hec varietas non discrepat a ꝯsuetudine veteris testa. vbi cū secūdo repetatur. Parce dñe parce populo tuo. tertio variaꝯ ꝛ ne des hereditatem in opꝓbriū. Dicamus ergo miserere nobis q̄tum ad aīam. Item miserere q̄tum ad carnem: ꝛ dona nobis pacē q̄tum ad vtrūq; vt habeam⁹ pacē pectoꝛis spūalem: ꝛ pacē coꝛporis tēporalē. Est em̄ par peccatoꝝ: par iustoꝝ: par tēporis: ꝛ par eternitatis. Vñ et teꝛaꝯ in missa ꝑ pace: de quo dictū ē sub quarta particula canonis: sup verbo. Diesq; nr̄os. et q; deus nō dat pacē nisi illis quoꝝ miseꝛeꝯ: ideo vltimo dicit: dona nobis pacē. Ecclesia etiā lateranē. nūq̄ dicit: dona nobis pacē: sicut nec scola cantoꝝ: sequens vt premissum ē morem antiquū. Unde nec valet nec vera est ratio dicentiuꝫ q̄ in ecclesia lateranē. iō nō dicit: dona nobis pacē quia oēs alie ecclesie ab illa que ꝓmo fuisse dr cōsecrata: sumere debēt pacē: nō ipa ab illis. In feria q̄nta cene domini: agnus dei: ter dicit cuꝫ miserere nobis: vt ibi dicek. ¶ Rursum in missa ꝑ defunctis dr bis Agnus dei cū Dona nobis requiē. tertio additur Sempiternā. nec dicit. dona nobis pacem: q; tūc imitamur exequias saluatoꝝ. Ultimo ergo agn⁹ dei tm̄ adiungit Sempiternam. sup quo notandū est q̄ ꝑ fidelib⁹ defunctis triplex reqes dz optari. Primo vt auferatur ab eis pena i qua est eis laboꝛ nō reqes. Secō vt eis gl̄ia aīe cōferaꝯ: q; tunc veraciter reqescent in bono desiderato. s. in ipso deo Tertio vt doteꝯ gl̄ia coꝛporis: ne illud vlterius miseꝛijs exponaꝯ. Prima nō est requies sempiterna: q; pena sublata adhuc desideraꝯ gl̄am. Secda etiā nō est totaliter requies sempiterna: q; ꝑm augustinū ante resurrectionem coꝛpoꝛ semp ineꝛt aīab⁹ quidā naturalis appetitus resumēdi coꝛpa quo aliqualit coꝛpa retardātur ne totaliter ferātur in deū. Tz tertia requies cū ꝑmissis est vere reqes sempiternа: q; aīe q̄ deū ꝑfectialiter vidēt resumptis coꝛpoꝛib⁹ in ipa vlteri⁹ ꝛ eternaliter ꝛ ꝑfectissime requiescēt: ideoq; solū in tertia vice ꝛ nō i duabus ꝑcedētib⁹ ꝯgruit dicere reqem sempiternam. Sergi⁹ papa prim⁹ ꝓstituit Agn⁹ dei inter cōiones ter a clero ꝛ ppl̄o decantari.

¶ De pacis osculo. Rubrica.




Equitur tertia dominica in qua simil'r agit̄ de secundo aduētu. Unde ī nocturnis primū respōsoriuz ē. Ecce apparebit dn̄s sup nubem cādidam per gloriā īmortalitatis: vt mali timeant in scd̄o aduentu. Nam in p̄mo aduētu apparuit domin⁹ super nubem leuē. i. īmunem a peccato. ⁊ sumitur hoc responsoriū de apocalipsi vbi dicit̄. Vidi ⁊ ecce nubes cādida. Versus est de vtroqz aduentu. In laudibus p̄ma antiphona est de scd̄o aduētu. Veniet dominus et nō tardabit ⁊ illuminabit abscōdita tenebrarum. scd̄a que. p̄ma. multi. Oīa eñ manifesta erunt: quia libri ꝯscientiaꝝ aperti erūt coraz eo. ¶ In missa v̄o introitus est de scd̄o

aduentu. Gaudete in domino semper: & iterum dico gaudete. ad philippen. iiij. ca. Apostolus essi nō loquitur de primo aduentu cum dicit. Dominꝰ prope est: sed de secūdo aduentu. vnde inuitat ad gaudiuꝫ spūale: per quod firmiter expectamꝰ gaudia secūdi aduentus. Unde dicit. Gaudete in dño semper. s. expectando scōm aduentum: & repetitur gaudete: quia gaudium spūale facit nos dulciter sustinere oīa aspera mundi: vt nihil euellat nos a spe eternoꝝ: & ideo quia ita necessarium est gaudiuꝫ spirituale ista repetit: vel ꝓpter gaudium de vtroqꝫ aduentu quod habent sancti. Huius gaudij custos est modestia: & ideo sequitur. Modestia vestra &c. Hoc gaudiū qđ est par oīb⁹ sanctis optat ecclesia filijs suis in versu cū dicat. Et pax dei que exuperat omnez sensuz. s. homis: quia nullus homo habet totū vsum pacis huius. Collecta. s. Aurē tuā quesumus dñe: est de aduētu in mentē. Audita essi collatione de aduentu dñi sacerdos orat vt tenebras quas patimur in eo ꝙ falso iudicamur sua visitatione illustret. Epla. Sic nos etistimet homo &c. q̄ est ꝑme ad corīthe. iij. ca. est de secūdo. alie ecclesie dicūt eplam. Gaudete in dño semper. que est ad philippē. iij. ca. responso ꝑmo. Qui sedes sup cherubin manifestare coram effraim. i. fructificantez in bonis operibus beniamin. i. filiū dextre & manasse q̄ oblitus est terrenoꝝ. hoc fiet i iudicio. Uersus etiā. Qui regis israel. est de ꝑmo qui dicit ad scōm. Alleluia. Exita dñe. etiā est de ꝑmo. Euangelium. Cum audisset iobāes &c. qđ est matbei. xi. ca. similiter est de ꝑmo. Quidam essi de discipulis Jobānis non credebāt xp̄m esse messiam, pmissum in lege: vnde misit eos ad xp̄m vt interrogarēt eum. Tu es q̄ vēturus es: an aliuz expectam⁹: vt per visa mirabilia xp̄m iam venisse cognoscerent quasi diceret. Ipse multo melius scire deberet quā ego: & dixit eis iesus. Ceci vident &c. quasi diceret: vos estis magistri: non ergo scitis hoc qđ dicitur in Jsa. xxv. Tunc saliet sicut ceruꝰ claudus: & aperientur lingue mutoꝝ. & loquit de tēpore messie: quasi dicat facta probant. Offertorium etiam est de primo aduentu. Post cōmunio de scōo. Dicite pusillanimes ꝓfortamini. Opz enim' ꝙ pusillanimes cōfortentur ad hoc vt sustineāt tribulatōes: & sic expectāt cū fiducia scōm aduentū.

De quarta feria & ieiunijs quatuor temporum. Rubrica.

IN hac septimana fiunt ieiunia quatuor tēporum. Unde hic ꝑmo de illis. Secūdo de alijs ieiunijs. Tertio de hui⁹ diei officio ꝓsequamur. In ꝑmitiua quidē ecclesia statutū fuit ꝙ ieiunia quattuoꝝ tēporum fierēt ter in anno. Sz calixtus papa. lxvi. di. ieiuniū. constituit quater in anno fieri. nā & iudei quater in anno ieiunabant. s. ante paschā: ante pentbecosten: ātē cenopbegiam in septēbri: & ante encenia: de q̄bus dicet i ꝓbemio septīe partis. Si essi tīs ter in anno in tres ꝑtes diuiso ieiunaret: forte aliqui remanēt dies: de q̄bus ꝑmittas nō redderemus. In istis essi ieiunij ꝑmutas tēporis evoluim⁹: vt iaz dicet. De q̄bus zacharias ait Jeiuniuz quarti: q̄nti: sexti: & decimi domui iuda. & bierusalem dies festos vertet in gaudiū. Quater ergo ieiunam⁹ in anno. Primo vt q̄t tuoꝝ elementa in nobis viciata. i. coꝛpꝰ nostrū et eis cōstans in quattuoꝝ annī tēporib⁹ castigetur. Homo essi cōstat ex quattuoꝝ elemētis q̄tum ad coꝛpus: & ex tribus potentijs q̄tuz ad aīam. s. rōnali: cōcupiscibili: & irascibili. vt ergo illa moderenḳ in nobis: quater ieiunam⁹ in anno p tres dies: vt quaternarius numerus ad coꝛpus & ternarius ad aīam referatur. Si quidem annꝰ diuidit in quattuoꝝ tēpora: que sunt: ver: estas: autūnus: & byems: que ꝓpter sua delectamēta a dei amoꝛe nos auertere solent. Ver calidū est & humidū: tunc ergo ieiunamus vt elementum amoꝛis castigetur i nobis ne cōsentiat false pulcritudinis veris. Jeiunamus itaqꝫ contra luxuriam ex humoꝛe et caloꝛe nascentē. Estas calida est & sicca. tunc ergo ieiunam⁹ vt elemētū caloꝛis in nobis castigetur ne ꝓsentiat incendio carnali. vel tunc ieiunamus cōtra supbiam: qz tunc fructꝰ terrarum q̄ florent & maturant: supbiendi materiā ꝑstant. Autūnus est frigidus & siccus: tunc ergo ieiunamus ne aliquo languoꝛe animi aret

scamus ⁊ desuamus: ⁊ sine pinguedine olei i tabernaculo eterno inueniamur: vt tūc ieiuna mus ꝓtra auariciā: q⁹ tunc messes colligim⁹ ⁊ babem⁹. Hyems frigida ⁊ humida est. vnde tunc ieiunam⁹ ne mēbra nostra fluxu atq; luxu soluantur in cōmessationib⁹ ⁊ potationib⁹: ac ꝑ hoc amor dei negligatur: vel tunc ieiuna mus contra pigritiā: q⁹ torpem⁹ frigore. Ieiu namus ergo in dictis quattuor tēporib⁹ ānī: vt ꝑ ieiunia ꝑseruemur a vitijs: ⁊ q̄ deliquim⁹ i illis purgentur. Rursus qm̄ quodlibet tēpus tres habet mēses: ideo quater ieiunam⁹ in an no tres dies: vnū diē ieiunātes ꝑ mense: vt sic satisfaciamus in die qō deliquimus in mense. Scōoletiā iō ieiunam⁹. nā ꝓmus ieiuniū fit in martio. s. in ꝓma septimana quadragesime vt in nobis virtutū germina' oriantur: ⁊ in nobis marcescant vitia q̄ nequeūt oio extīgui. Se cūdus fit in estate in septimana pentbecostes q⁹ tunc venit spūs sanctus: ⁊ nos debem⁹ esse feruentes in spū sctō. Tertiū fit in septēbr̄ an te festum Michaelis qm̄ fruct⁹ colliguntur: et nos debem⁹ deo reddere fructū bonor operꝫ. Quartū fit in decēbr̄ q̄ ñ berbe morīūtur: q⁹ ⁊ nos mundo mortificare debem⁹. Tertio ideo q⁹ ver refert ad pueritiā. Estas ad adolescen tiaz. Autūnus ad maturitatē sine virilitatez. Hyems ad senectutē. Ieiunamus ergo in ve re: vt sum⁹ pueri ꝑ innocentiā. In estate vt ef ficiamur iuuenes ꝑ ꝓstantiam. In autūno vt maturo ꝑ modestiā. In byeme vt senes ꝑ pru dentiam ⁊ honestā vitam. Quarto ideo in q̄t tuor anni tēporib⁹ ieiunam⁹ vt de⁹ nobis ꝓser uet omīa q̄ ad humanū vsum in illis tempori bus de terra nascunt. Quīto ad significandū quattuor q̄ fuerūt in illis quattuor tēporib⁹. s. cōceptio dñi in vere. natiuitas in byeme. cōce ptio iobānis baptiste in autūno: ⁊ eius natiui tas in estate. Sexto ꝑm hieron. ob diuersas plagas q̄ in illis tēporibus acciderūt. In qui bus autē diebus ⁊ quare hec ieiunia fiant i o ctaua ꝑte sub ti. de anno solari dicēt. Hec ergo ieiunia vocant quattuor tēpor: q⁹ in ꝓmis sis quattuor tēporib⁹ fiunt. Vocant etiā ieiu nia triplicia: ꝑ eo quia fiūt trib⁹ diēb⁹ q̄b⁹ bo mines ieiunant in septimana. Antiqui essi ie iunabant eisdē ferijs: ⁊ postea supaddita sunt ieiunia ista. Vocant' etiaz ieiunia' ꝓmitia ꝓ: q⁹ cū in lege ꝓceptum sit vt ꝓmicie ⁊ decime deo dentur placuit sanctis' patribus: vt dicit aug. in libro de doctrina xp̄iana: soluere decimas ⁊ ꝓmicias tpis. vnde ꝑ ꝓmicijs instituerūt ieiu nia quattuor tēporum: ⁊ inde dicta sunt ieiu nia ꝓmicia. ꝑ decimis vero instituerūt ieiuniū quadragesime. ¶ Sciendum autē est q̄ ieiu nia vernalia ꝓmo instituta fuerūt i ꝓma septi mana' martij. Estiualia in secūda iunij. Autū nalia in tertia septēbr̄is. Hyemalia in quarta decembr̄is. sed ꝑpter multa q̄ inde surgebāt incomoda statuit leo papa. lxxvi. disti. bui⁹. vt byemale fiat in tertia septimana aduēt⁹. Ver nale i ꝓma septimana quadragesime. Estiua le in ꝓma septiana post pent be. Autūnale ve ro fiat ꝑm veterē institutionē. Quare ieiuna instituta sunt in dictis mensibus ⁊ quare i eis fiunt ordinationes: vide in septima parte sub sabbato post dñicam. xvij. ⁊ in ꝑbemio secun de partis. Caue tñ in ꝓputatione septimana rum mēsis septēbr̄is: quia si ipse mensis ince perit in prima vel in secūda vel in tertia vel in quarta feria: illi dies cōputantur ꝑ prima se ptimana illius mēsis ⁊ in tertia' ab illa ieiuniū fiet. Si vero mensis ipse inceperit in ḡnta vel in sexta vel in septima feria. tūc in sequēti dñica incipies cōputare ꝓmam septimā. ⁊ in ter tia post illaz ieiuniū fiet: ⁊ sic dies ꝑcedentes nihil operantur q̄tum ad cōputationē septia narum. Verūtamen ꝑm ꝓmariā ecclesie insti tutionem ieiunia veris dicunt ꝓma: q⁹ fiebāt in ꝓmo mēse. s. in ianuario q̄ apud romanos ꝓ mus mensis fuit. Ieiunia estatis dr̄ quarta: q⁹ fiebāt in quarto mēse. s. in iunio. Ieiunia au tūni septima: q⁹ fiūt i mēse septimo. s. in septē br̄. Ieiunia byemis decima: q⁹ fiunt in decio mense. s. in decēbr̄. Unde zacharie. viij. ca. Je iuniuz ꝓmi ⁊ ieiuniū quarti ⁊ ieiuniū septimi ⁊ decimi. s. mēsis erit domū iude i gaudiū. lxxvi. di. ieiuniū quarti. Sed cū hec ieiunia recolant quattuor ānī tpa: vt dictū est quare agunt i ꝓ mo mēse ⁊ in q̄rto ⁊ in septio ⁊ in decimo: cuz ꝓncipia tēpor nō sint in his mensib⁹. Respon deo. hoc ieiuniū tractū est de veteri lege. vnde agitur in illis mensibus vestris ꝑm numeruz mēsiū illi⁹ tpis. Iudei essi ꝑm lunatōes ieiuna

bāt.s.in p̄ma in quarta in septīa ꝛ in decīa: ꝛ h̄ est qd̄ legitur ieiuniū primi: ieiuniuz quarti: ieiuniū septimi: ꝛ ieiuniū decimi: quia sicut in p̄ma lunatōe est principiū anni illoꝝ. sic ꝛ martius est principiū anni nostri. Qd̄ autē ieiunia nostra ortū habuerunt a veteri lege apparet ex h̄ q̄ a ieiunio verꝫ vsqꝫ ad estiuale sunt. xiiij. hebdomade: quia tot generatōes fuerunt ab Abrahā vsqꝫ ad dauid. Item ab estiuali vsqꝫ ad autūnale sunt silr. xiiij. septimane: quia tot generatōnes fuerunt a Dauid vsqꝫ ad Jeconiam. Itez ab autūnali vsqꝫ ad hyemale alie xiiij. quia tot reges fuerunt a Jeconia vsqꝫ ad xp̄z: ꝯputatis regibus illis quos Matheus in suo euāgelio p̄termisit.

¶ De alijs ieiunijs. Rubrica.

Quia de ieiunijs quattuor tēpoꝝ mētio facta ē. Cōsequens est vt de alijs ieiunijs hic aliqua p̄stringam⁹. Est autem ieiuniū cōis oīm membrorū satisfactio vt.s.membra satisfaciāt s̄m peccatū qd̄ ꝯmiserunt vel gesserūt: vt si gula peccauit ieiunet ꝛ sufficit: quia eñ sola fuit in culpa: sola sit in pena: silr si ocul⁹. vñ Jera. Oculus meus depredatus est aīam meam: et p̄ fenestras oculoꝝ meoꝝ mors intrauit in aīam. Et Aug. Oculo nihil est nequi⁹: ꝛ sic de alijs membris. Vel ieiuniū est parsimonia vict⁹ et abstinētia ciboꝝ. Aug. dicit. Maximū ꝛ perfectum ieiuniū est abstinere ab iniquitatib⁹ et a carnis voluptatib⁹: ꝛ delectatōibus hui⁹ seculi. vnde Pi⁹ papa. de ꝯse. di. v. nihil. ait. Nihil p̄dest orare et ieiunare nisi mens ab iniquitate: et ab obtractōib⁹ lingua cohibeat: ꝛ dicitur ieiuniū a ieiunio qd̄ est quoddā intestinuz in hoīe qd̄ semp̄ est vacuuz ꝛ subtile. sic ꝛ nos ieiunātes debemus esse vacui a superfluis et a vitijs tā in corpore q̄ in mente. ¶ Auctoritas ieiunij est ex tribus ex p̄sona: ꝛ ex loco: ꝛ ex tempore. Ex p̄sona quia precepit deus Ade ꝛ Eue: vt abstinerēt a fructu ligni scie boni et mali. Ex loco quia in paradiso institutū fuit ꝛ initium habuit. xxxvi. di. vi. Ex tempore qꝛ ab antiquo preceptum est celebrari. creato nāqꝫ homīe in p̄mo mundi exordio dictum fuit ei. De ligno scientie boni ꝛ mali ne comedas. et quia fuit celebratū ante legē a Moyse: ꝛ sub lege ab helia: ꝛ in tēpore gratie a xp̄o. Moyses eñ non comedit neqꝫ bibit. quadraginta diebus. Helias q̄ꝫ ambulauit. xl. diebus ꝛ. xl. noctib⁹ in fortitudīe subcinericij pauis. ꝛ xp̄s q̄dra. dieb⁹ ꝛ quadra. noctib⁹ ieiunauit. Fuit etiā celebratū in sex etatib⁹. Nā in ea etate q̄ fuit ab Adā vsqꝫ ad Noe fuit abstinentia carnium ꝛ vini. xxx. di. ab exordio. a Noe vero in posterum fuit ꝯcessuz vinuz ꝛ carnes. ꝛ sic de ceteris etatibus. Commēdatur autē ieiuniū ex exemplis. quoniā Eua quādiu ieiunauit et abstinuit: in paradiso: et v̄go p̄mansit. Adaz quia ieiuniū violauit a delitijs paradisi ī summā miseriā corruit. Helias qꝛ ieiunauit in celum curro igneo raptus est. Moyses post ieiunium cum deo locutus est. Hierusalem p̄ ieiuniū liberatur a Senacherib tempore regis Ezechie ꝛ Jsaie. Jona quoqꝫ predicante prestat̄ venia niniuitis: in sacco ꝛ cinere ꝛ ieiunio pn̄iaz agētib⁹. Jeiunam⁹ etiā exēplo apostorum vt dicet̄ sub quarta feria penthe. ¶ Porro ieiuniū aliud corporis est ꝛ carnis: aliō mētis: aliud auaritie: aliud fastidiētis: aliō dispēsatōis: aliud deuotōnis: aliud votiue: aliud p̄missionis: aliud suppletionis: aliud cōpassionis: aliud inspirationis: aliud circūspectōnis: aliud rationabile: aliud irrationabile: aliud q̄litatis: aliud quantitatis: aliud numeri: aliud summe exactionis: aliud alternitatis: aliud zerophagie: aliud meroris: aliud exultationis: aliud vanitatis siue hypocrisis: aliud virtutis siue charitatis: aliud indictionis: aliud necessitatis: aliud institutiōis: aliud volūtatis: aliud prauitatis. Sane ieiunium corporis ꝛ carnis est quando quis abstinet a cibis ne nimis pinguescat: vel vt ab infirmitate liberetur: vel qꝛ comedere non potest: et hoc nullius est meriti. Jeiuniuz mentis est quando quis abstinet a vicijs vel etiam a cibis ne caro pīguescat lasciuijs. Jeiunium auaritie: vt burce parcatur. Jeiuniuz fastidientis est quod fit vt appetat. Jeiuniuz dispensatōis est quod celebratur in vigilijs solēniū dierū ꝛ magnarū festiuitatuz: vt natalis dñi. q̄ iō dicuntur vigilie quoniā an

tiquitus ī p̄cipuis festiuitatib⁹ duo nocturnalia agebantur officia: et pp̄ls q̄ ad festa venerat tota nocte in dei laudib⁹ in ecclesia vigilabat quod adhuc rome et in plerisq̄ locis in magnis festiuitatib⁹ p̄sertiz sanctoz patronorū ecclesiaz obseruatur. Sed q̄z lusores ⁊ cātores ꝓueniebāt ⁊ turpibus cātilenis ⁊ saltationibus ⁊ ꝓmensatōibus potatōib⁹ et fornicatōibus intēdere ceperūt: ꝓpter hec et multa alia īconueniētia q̄ fiebāt: hmōi vigilie sunt interdicte: ⁊ īstitutū, vt loco earū fiant ieiunia: que ieiunia adhuc retinēt nomē officij. nā cōiter vigilie et non ieiunia nuncupātur. Si q̄s tamē ieiunaret ⁊ honeste in ecclesia vigilaret: vtiq̄ bene faceret: put fit in natiuitate Johānis baptiste ꝓpter eius reuerentiā. Hec igit̄ institutio ꝺ dispēsatio: q̄z ieiuniuz ponit̄ loco vigiliarum. de hoc dictū est in quinta pte sub ti. de nocturnis. Jeiunīū denotōnis est ad q̄ quis necessario non tenetur quod inferius voluntarium appellatur. Jeiunīū votiue ꝓmissionis est: vt si quis vouet ꝙ certa die ieunabit vel a carnibus abstinebit. Et nota ꝙ vota ex discretionis ꝺsensu comite rōne emissa deo reddenda sunt. iuxta illud. Vouete et reddite deo vota vestra. Votoz aūt aliud est necessitatis, aliud spōtanee voluntatis. Necessitatiz est quod est fidei annexū: vt quod fit in baptismo: puta fidei catholice ꝓfessio ⁊ satbane abrenūciatio ⁊ votum obseruatōis decē p̄ceptorum legis: et ꝺtinētie quā q̄s in susceptōne sacri ordinis vouet: et talia vota q̄sq̄ inuiolabil̄r obseruare tenet. Spōtaneoz ꝙ votoz aliꝺ est indiscretū. Indiscreta sunt vota puerozū ⁊ puellaz dum sunt in parentuz potestate. Vñ illis volētibus irritari p̄nt. Si igit̄ puella infra nubiles annos vouerit castitatē ꝓpetuaz: licite nubere poterit: parētibus vl̄ curatoꝛb⁹ illam ad hoc cogētib⁹. Indiscretū est etiā votuz mulieris in ptāte viri existētis. vñ si illo inscio vouerit pegrinari vir totuz hmōi poterit reuocare: q̄z ipsa non ꝺz potestatē sui corpis sed vir. Indiscretio etiā attenditur q̄sq̄ circa ꝓiectos ⁊ liberos vt si forte quis vouerit ad quod pficiendū sufficere nequit: vel in quo natura ita debilitaretur ꝙ posset fieri suīpsi⁹ homicida: vel q̄ sine licētia alteri⁹ cōplere neq̄t: vl̄ q̄ nō est deliberatōe ꝺsil̄ racūdie calore emittitur. ⁊ talia potius sunt spernēda ꝙ executione digna. Jeiunīū suppletōis est vt si quis vltra penitentiā sibi a sacerdote iiunctam aliq̄d suppleat de suo. Jeiunīū passionis est: vt si sacerdos alicui dicat: ꝓ hoc peccato fac cātare duas missas ⁊ ieiuna et ego pro te cantabo ⁊ tres dies ieiunabo. ꝓpter hoc tamē nō ꝺz aliquid recipe: q̄z sacerdos ꝺz ꝺpati ꝓtimo suo et orare pro eo. etiā ieiunare pōt dici ꝺpassio: vt si q̄s petit a sacerdote penitentiā patri suo iniūctā vt ꝓ patre pagat partem illi⁹. Quattuor essi modis fit hmōi ꝺpassio: quandoq̄ p sacrificia: quādoq̄ p ieiunia: quādoq̄ p ꝺones: quādoq̄ per elemosinaz elargitiōez. Jeiunīū īspiratōis est: vt in btō Nicolao qui adhuc infans: ⁊ manēs in cunabulis trib⁹ dieb⁹ in bebdomada a mamillis matris sue abstinebat: vel' vt alij dicūt: quarta feria ⁊ sexta: semel tñi suggebat mamillas. Jeiunīū circūspectionis est qñ ꝓ aliqua īminēte tēpestate ꝓ periculo bostiū: vel' ꝓ casu cuuslibz angustie ieiunamus. Jeiunīū rōnabile est quādo cibū ⁊ potuz moderate sumun⁹ nec naturā debilitam⁹, vñ apl's. Rōnabile sit obsequiū vestrū: nō in cōmessationib⁹ ⁊ ebrietatib⁹. Jrrationabile est: si quis velit ieiunare per duos vel per tres dies vel' per totam bebdomadā: quod non approbat deus: vult essi boiem sic ieiunare: vt cogatur vicijs mori nō vt cogatur natura dissolui. vnde ꝓhibetur ieiunīū quod quidam facūt a cena dñi vsq̄ ad pascha. Jeiunīū qualitatis ē si q̄s voueat se vlterius non comesturz carnes Jeiunīū q̄titatis est si quis comedat ad pondus: vel ad mensuram: non plus vna die ꝙ altera: vel si quis voueat se nō comesturū nisi tā ti ponderis panem. Jeiunīū numeri est quando q̄s vouet ꝙ de cetero nō comedet nisi vna vice in die: cogitās q̄ comedere pluries i die beluaz est: et comedere bis boīm: semel angeloz. Jeiunīū summe exactōis est in bis qui nō comedunt nisi olera: radices: ⁊ herbas: vt Johānes bap. in deserto ⁊ Maria egyptiaca in heremo: que cuz duobus panibus tantuz iordanez transiens: austeram vitam in heremo. xl. annis egit. Jeiunīū alternitatis est vt cū q̄s vno die comedit ⁊ alio die ieiunat. Jeiunium

xerophagie est sicca comestio a xeros qđ est siccum ⁊ phagin quod est comedere. vñ Prisscianus in xerophago bisantij. Sicca vo comestio est: vt in fructibus: pomis: piris: castaneis: et ꝯsimilib⁹. Quidam tamē siccaz comestionez appellant legumia siue cruda: siue cocta: etiā si lirata comedātur cum cocleari. Jeiunium merotis cosistit in vno. s. in abstinētia ciboꝝ: et fit ꝓpter duo. s. ꝓpter corporalē abstinentiā ⁊ spiritualem spōsi. hoc repzesentat ecclesia i tribus quattuoz temporib⁹. Jeiunū exultatōis consistit in duobus scz in abstinentia ciboꝝ ⁊ mundanaꝝ rerum: et fit ꝓpt vnuz scz propter interne dulcedinis p̄gustationez. Jutta illud. Gustate et videte. hoc repsentat ecclesia in vigilia ⁊ bebdomada post pentbe. vtrūqz vero repsentat in tempoze aduētus ꝓ ut ibi dictuz est. Est ergo dupler ieiunū. s. tribulatōis ⁊ gaudij siue merotis ⁊ exultatiōis: sicut babetur in glosa super illo loco. Matb. ix. c. Nūquid possunt filij sponsi lugere q̄diu fuerit spōsus cum eis. Jeiunū vanitatis siue simulatōis vel fictōis est in bypocritis. Jeiunium virtutis siue charitatis est in sanctis ⁊ pfectis. Jeiunium indictōnis est vt in die beati Marci. Jeiunū necessitatis est imperfectis. Jeiuniuz institutōis ē ieiunū quadrag. ⁊ alia a sanctis patribus instituta: que quare instituta fuerint tam dictū est. ⁊ dicetur sub ti. de capite iuuniox. Et nota q̄ ieiunū indictōis necessitatis ⁊ institutōis ad idez referūtur. Jeiunia necessaria. s. per ecclesiam instituta ⁊ indicta: sunt ieiunia quattuoz temporꝝ ⁊ vigiliarū apostoloꝝ: natiuitatis do. beati Jo. baptiste: oīz sanctoꝝ: assumptionis beate marie: beati laurentij: quadragesime ⁊ sexte ferie: preter illas que sunt inter pascha ⁊ pen. et ꝓterq̄ si natiuitatem dñi in ea venire cōtingat nisi tūc aliqui voto vel religiom sint astricti. Dicunt tamen quidam q̄ ieiunium sexte ferie non est necessitatis: nisi quo ad carnes. alioquī non liceret cisterciēsibus illud mutare. Sed scōm Leonem papam lz non sit neeessitatis sabbato a carnibus abstinere: rationabilis tamen cōsuetudo ⁊ canon Jnno. aliter interpretatur eo q̄ illo triduo post passionem domini tota fides in sola beata virgine Maria remansit. Generalia quoq; et spālia ieiunia per episcopos in synodo ⁊ conciliis instituta solui non debent. Siquidē ad necessaria ieiunia tenētur dolica paces: cum ⁊ ipsi delinquere possint. dispensari tamē pōt circa hoc cum ipuberibus ⁊ etiaz cū ꝯstitutis in maiori etate. ⁊ cum senib⁹ ⁊ infirmis ac debilib⁹. Mulieres vero lz ꝓpt viroꝝ ꝓbibitionem ieiunia votiua volūtaria dimittere debeāt. put supza dictum est: indicta tamē per ecclesiam nō lz: et si in illis sacerdos forte ꝓpter scandalū cum eis valeat dispēsare. Aliter essi idicta ieiunia redimi pecunia: vl alio mō nequeūt nisi casualis necessitas subsit tunc essi bene possunt redimi vel cōmutari: sicut ⁊ ieiunū festi quod est de lune fit in sabbato. Unde ⁊ in quibusdaz locis in quibus sunt ecclesie sancti Quintini nō ieiunatur i vigilia oīm sanctoꝝ: sed die tertia p̄cedenti. De ꝫ dictū est in ꝓbemio secunde partis. Posset etiam statui vt q̄daz dicūt vt i dictis ieiunijs bis paz tamē comederet: sicut faciunt castersieñ. operantes qui ad tollendū scandalū ⁊ charitatez seruandā aliquid p̄gustant nec ꝓpter boc ieiunū per ecclesiam indictū soluere dicūtur. Voluntaria vero. s. ad que aliqui voto vel ꝓposito se astringunt: vel etiaz que sacerdotes preter indicta ꝓpter peccata imponunt lz cōmutare et redimere. etiaz si nulla causa subsit dūmodo vtilioz sit compēsatio. Cetez comedere ante bozam comedēdi: et ante missam in ieiunijs statutis et necessarijs mortale peccatum esse sacri canones affirmāt. in volūtarijs vero veniale. Circa vigilias apostoloꝝ notādum est q̄ ieiunū paritatis: quando vz paria sunt sanctoꝝ merita pariter ieiunamus: sicut patz in vigilijs beatoꝝ Jacobi ⁊ Bartholomei ⁊ alioꝝ apostoloꝝ: qui nō babent ieiunia institutōis. in quibus ieiunamus pro eo q̄ fuerūt apostoli. qñ alij apli vigilias babēt. Cū essi sint meritis pares: decet vt omēs babeāt ieiunia. vnde conci. bracarbeñ. dicit q̄ omniū apostoloꝝ vigilie sunt ieiunande preter vigilias apostoloꝝ Philippi ⁊ Jacobi et Johannis euangeliste. Ecclesia tamen gallicana nō tenet nisi de ser apostolis: et de quattuoz eoꝝ ieiunijs. Petrus ⁊ paulus babent parē vnā: quia eadem die passi sunt. Symon et Judas

habent aliud. Matheus habet tertium. Andreas quartum. In vigilia istoruz ieiunandū est: vt sicut illi passi sunt ꝓ christi nomine: sic ⁊ nos cuz eis compatiamur: si cum eis regnare velimus. De alijs vero apl'is institutū non est propter aliqua impedimēta. Ecce eñ festuz Philippi ⁊ Jacobi est inter pascha ⁊ penthecosten qđ tempus gaudij est et leticie: ideoqz tūc non est ieiuniū. Si opponitur de ieiunijs letaniarum. Respōdetur ꝙ necessitas interuenit: prout ibi dicetur: vel id non est ieiuniuz necessitatis sed voluntatis. et de eo ꝙ quidā ꝓpter expectatōem spūs sancti ieiunāt ab ascēsione vsqz ad penthecostē pro eo ꝙ apostoli dicūtur hoc tempore ieiunasse. Respondet ꝙ nulla scriptura autētica dicit apostolos tunc ieiunasse. Unde tūc ieiunandum non est: quia tempus illud est de tempore paschali. In vigilia tamē penthecostē bene ieiunandū est: vt per ieiunium mundati ⁊ purificati spm̄ sanctū digne suscipere mereamur. Item Jacob⁹ zebedei frater Johānis euangeliste occisus est ab herode ī diebus azimoꝝ quare ieiuniū nō habet: nec etiam tunc de illo festum celebrat: prout in septima parte sub ipsius festo dicet. De beato Bartholomeo cuius festū celebratur nono Kalendas septēbris: dicit ꝙ fuit excoriat⁹. ⁊ sequenti die obijt: et sic si haberet vigiliaz oporteret ꝙ esset tertia die ante. quod esset contra normā alioꝝ festiuorū ieiuniorū. Quidam autē celebrant festum excoriatōis. alij obitus. ⁊ melius. Sed sicut in cōcilio bracareñ. cauetur: ī hoc ꝯsuetudo cuiuslibz ecclesie est obseruāda. Barnabas autē nō bz ieiunium: quia nō est de numero. xij. apl'oꝝ nec dicitur apl's nisi qꝛ cum esset socius Pauli: missus etiā fuit ad p̄dicandū vnde segregate mihi Barnabam ⁊ Paulum. De beato quoqz Thoma non est ieiuniuz statutum: quia ei⁹ festum est in aduentu dñi vbi ꝯtinuū est ieiuniū. Mathias etiā ieiuniū institutōis nō habz: qꝛ frequēter festum illius solet contingere ī quadragesima: ⁊ semper est septuagesima. et tūc est tempus ieiunij: vel quia non fuit in primitiuis apostolis: sed post passionez dñi sorte est electus ⁊ per electionem aliorū loco Jude cōstitutus. vnde ꝓpheta. Et episcopatum eius accipiet alter. Decretal' tamen dicit ꝙ hic habet vigiliam ⁊ ieiunium: nec est vis siue istud festuz fiat in prima die bisextili siue in secūda ꝓut. in. viij. parte sub anno solari dicetur. Johānes euangelista festū habet tertia die post natale domini: ⁊ tūc nō est ieiuniū tum ꝓpter festa tūc occurrentia: tum quia ipse die illa nō obijt: īmo in die festi beati Johānis baptiste. Si tamē fieri posset bonum esset in oīb⁹ apostolorum vigilijs ieiunare. Beatus Laurentius solus inter martyres: et sol⁹ beat⁹ Martinus inter cōfessores ieiuniū habent. Porro dicunt quidam ꝙ non soluit ieiunium: lz peccet qui in ieiunijs īdictis preterq̄ in qudragesima comedit caseū et oua. Alij contradicūt. Ex causa tamen in aliquibus locis hoc possz ꝯcedi. iiij. di. deinde. De ieiunio itaqz quadragesime Gre. ita dicit. Par autē est: vt qui his diebus a carne animaliū abstinem⁹: ab omnibus quoqz que sementinam trahunt originē carnis ieiunem⁹ a lacte: vz caseo ⁊ ouis. Quidā autē heretici dicunt ꝙ xp̄iani nunq̄ deberent carnes caseum ⁊ oua comedere: qꝛ vt dicunt hoc non legitur ī nouo testamento: īmo apostoli iudicauerūt abstinere ab īmolatis simulachroꝝ ⁊ sanguine ⁊ suffocato. Et apl's. Si esca scādalizauerit. f. m. non. m. c. in eter. Et alibi. Bonum est manducare carnem neqz bibere vinū ⁊c. Non legitur etiam vt dicūt ꝙ xp̄s ex aliqua natura eoꝝ que mouentur discipulis ad manducandū daret nec etiaz ante se manducare sineret preter pisces: nec ex fructu alicui⁹ creature q̄ moneat se: excepto fructu apuz. Electuarijs vero non aliter vti licz: nisi sicut alio cibo dedicato: secus est medicīa curatiua: p̄seruatiuā tamē vbi nullū est signū instantis īfirmitatis recipere nō licet. Quidā tamen dicunt ꝙ ꝓ nulla medicina: nec etiā ꝓ electuarijs ieiuniū soluitur: nec etiam ꝓ potu ante cibum vel post. Sic eñ videt inductuz ex ꝯsuetudine ecclesie ieiunantis ⁊ hoc tollerantis. Senescalchi autē vel quilibet alij seruitores: vel portātes encenia nō soluunt ieiuniū si pregustant cibos ante dños forte de toxico dubitantes. Quibus etiam casibus monachi abbatib⁹ seruiētes: ⁊ alij seruitores p̄nt carnes p̄gustare. Idēqz etiam de medicis p̄-

gustantib⁹ medicinas. Tēpore ieiuniorꝝ p̄cio se vestes deponūtur ⁊ humiles assumūtur: et carnes tam solide q̄ liquide dimittūtur. Sz cū pisces sint caro quare hoc tēpore comedūtur. Respōsio. Deus non maledixit aq̄s: qm̄ p aquā baptismi futura erat remissio peccatorꝝ. Hoc em̄ elementū dignissimuz est qđ sordes abluit ⁊ sup qđ spūs dn̄i ante mūdi cōstitutionem ferebat̄. Terre vero maledixit in operib⁹ hoīs. inde est q̄ omne gen⁹ carnis qđ in terra versatur tam quadrupedia q̄ aues in ieiunijs nō lz comedere. Et lz quedam aues circa mare versentur: ⁊ in aquis: quedam in eis vel ex eisdem nascant̄: magis tn̄ ad naturā terre a q̄ nutrimentū p̄cipiūt quo ad hoc ptinere dicūtur. Abuc cū quidam pisces sint bn̄tes ex vna parte formā quadrupedis anīalis: ⁊ ex altera piscis vt biuer⁹: in ieiunijs possunt comedi ex parte q̄ piscis videt̄: ex alia v̄o mīme. Adhuc pisciū vsus s̄m grego. ita xp̄iano relinquitur: vt hoc ei infirmitatis solatiū nō luxurie pariat incendiuz. Deniq̄z q̄ a carne abstinet nequaq̄ sumptuosiora marinarꝝ beluarꝝ ꝯuiuia prepa ret. Vinuz quoq̄z in ieiunio sic bibere p̄mittit̄ vt ebrietatē oīno fugiamus. Unde in penitentiali romano statutuz est vt penitens paruis pisciculis ⁊ mediocri ceruisia temperate vtat̄. extra de homici. c. ij. Postremo notanduz est q̄ sicut ait Grego. in homelia illi⁹ euangelij. Homo q̄dā diues fecit cenā magnā: refectio corporis in diebus ieiuniorꝝ postq̄ nulla alia paratur: nō prandiū sed cena vocat̄.

¶ De officio quarte ferie. Rubrica.



Nunc ad huius diei officiū redeam⁹. Siquidez in hac quarta feria examinantur ordinandi: an sint idonei ad suscipiendos ordines vel nō: qm̄ in quarta etate leuite a dauid ⁊ a salomōe ad tēpli mīsteria distributi sunt. ⁊ inde est q̄ due lectiones legunt̄ ad missaz: quarū p̄ma q̄ legitur sub tono nocturnali. s. declināte: signif cat vet⁹ testm̄. ⁊ scđa q̄ legitur sub cōi tono. s. ascēdente: significat nouū testa. ad significādum ordinandos in vtroq̄z testamēto debere esse īstructos. Monendi em̄ sunt qui ad ordinem sacrum cōscendunt: vt habeant noticiā legis ⁊ p̄phetarum quib⁹ possint alios erudire. Prima lectio est. Erit nouissimis. Isa. ij. c. Scđa est. Locutus est domin⁹. Isa. vij. c. Sed ⁊ lex ⁊ p̄phete in quarta mūdi etate viguerūt. Doctrinā ieiuniorꝝ habemus a veteri testa. vt premissum est. Semel genua flectūtur: quia taz in lege q̄ in p̄phetis deus vnus coli p̄cipitur. Quotiens aūt in quarta feria due lectiōes leguntur: totiēs in anno in p̄timo sabbato possunt generaliter ordīes celebrari: qđ sexies cōtingit: vz ter in quadragesima: ⁊ ter extra quadragesimā. de quo dictū est in p̄hemio secunde partis. In sextis vero ferijs ieiuniorꝝ quattuor temporꝝ: vna dūtaxat lectio ad missaz legitur: quia lex ⁊ p̄phete que fuerūt in quarta etate in vno euangelio in sexta etate recapitulantur. Sane huius quarte ferie euangeliuz. est. Missus est ⁊c. quod est Luce. i. ca. in quo paranimphi recitatur annunciatio. virginis cōsensus: ⁊ domini incarnatio: que p̄pheticis tubis fuerat ante declarata. Unde p̄cinit pro pheta introitū. Rorate celi desup̄ ⁊ nubes pluant iustū. Isa. xlv. ca. Rorate celi dicit ⁊ pluere: quia descendit verbum in aulam credule virginis sicut pluuia in vellus. Celos dixit ⁊ nubes angelos ⁊ p̄phetas qui enarrant gloriā dei. In p̄phetica lectione. Erit in nouissimis diebus: quod est Isaie secundo capitulo: agitur de monte domini: qui de paruo lapide creuit in montem qui regnabit in domo iacob in eternuz. vnde recte subditur in graduali. Tollite portas p̄ncipes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glorie. Et quis ascendit in montem domini aut quis stabit in loco sancto eius. In epistolari lectione. Locut⁹ est dominus ad achas ⁊c. que est Isa. vij. ca. manifeste agitur de beata virgine maria cui rite succinitur graduale. Prope est dominus ⁊ ne qua surrepat dubitatio. subdit̄ in offertorio. Confortamini. Alie tamē ecclesie dicunt Aue maria gratia plena: dominus tecum: benedicta tu ī mulieribus ⁊ benedictus fructus ventris tui. quod sumitur ex dicto euangelio. Communio est. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊ vocabitur nomē eius emmanuel. Isa. septimo ca. In matutinali vero officio ī

quibusdã ecclesijs:psalmodia finita:dyacon⁹ t subdyacon⁹ t accoliti in albis cũ cãdelabris t turibulo ꝓcessionaliter iussu ꝑlati ad pulpitum ꝓgunt:vbi dyaconus ꝓnunciat euãgelũ Missus est angelus gabriel a deo. t eius bonelias. deinde incensat altare: t postea ipse t subdyaconus sedent donec vnus accolit⁹ incẽsauerit cbor:qõ quidẽ fit ob reuerentiã dñice annũciationis q̃ in ipso euangelio cõtinetur. Nempe ꝑlatus illos mittit:ad notandum ꝙ deus pater ꝓphetas ꝑmisit ad prenunciandum dñi incarnationez futurã. t gabrielẽ angelum misit ad annũciandũ eã virgini marie. Dyaconus euangelium ꝓnuncians est angelus annũciẽs virgini ꝙ cõciperet. Altaris thurificatio est spũs sancti ipsi virgini obũbratio. Ministror⁹ quies siue sessio est ipsius virginis timor t cogitatio qualis essz ãgeli salutatio. Ebor vero thurificatio est patruz illius temporis de filij dei incarnatione diu desiderata exultantium grãz actio t ỹgratulatio.

¶ De sexta feria. Rubrica.

IN sexta feria vna tantũ lectio ad missaz legitur: quia actor noui t veteris test. de quibus ꝑmissum est: vn⁹ solus deus est: t quia et vtroqz testamẽto vnũ euangelium factuz est. Et est epistolaris lectio. Egredietꝫ virga de radice iesse: que est isaie. xi. ca. t manifeste de aduẽtu t de beata virgine Maria intelligitur: q̃ cuz esset imaculata virgo: ꝓpe fuit. Ideoqz in introitu ecclesia precunt. Prope esto mihi domine. t iversu. Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Et ad idem ptinet euãgelium. Exurgens Maria. qõ est Luc. i. ca. Graduale. Ostende nobis domine misericordiam tuam. t offerenda. Deus tu. vel fm alios. Audi israel. Primũ respiciunt aduentum quem quia celi enarrauerunt. i. apostoli prædicauerunt in secundo aduentu cum domino iudicaturi: iccirco est hodierna statio ad sãctos apostolos. de quibus habetꝫ in cãtico virginis. de quo fit mentio in premissa euãgelio vbi dicitur Deposuit potentes de sede et exaltauit humiles: id est superbos scribas t phariseos: t exaltauit humiles. id est apostolos. et in cõmunione. Ecce dñs veniet zacharie vlt. capi.

¶ De sabbato. Rubrica.

IN die sabbati dicũtur quattuor lectiones de veteri testamento ante lectionez illaz. Angelus domini. que sumuntur de lege t ꝓphetis: et in quibusdã ecclesijs. prima est. Clamabunt. que est isaie. xix. ca. secũda est. Letabitur. q̃ est eiusdem. xxxv. ca. tertia est. Sup montẽ. q̃ est eiusdẽ. xl. c. quarta est. Ebristo meo. q̃ est eiusdem. xlv. c. Ideo aũt sunt quattuor: qz quattuor sunt ordines benedicentium deum: videlz prelati: clerici: religiosi: t laici: siue ꝑsone quos psalmista enumerat dicẽs. Dom⁹ israel benedicite dñm. per hoc populus. Dom⁹ aaron benedicite dñm. ꝙ hoc ꝑlati. Dom⁹ leui benedicite dñm. per hoc ministri. Qui timetis dñz benedicite dñm. per hoc religiosi intelliguntur. Prima ergo lectio ptinet ad populũ. secũda ad ꝑlatos. tertia ad ministros. quarta ad oẽs religiosos. In his essi lectionib⁹ informant ordinãdi vt ad exẽpla sctor patrũ dictor quattuor ordinũ cum eis benedicant dominuz: siue vt benedictio illorũ veniat super eos. Vel ideo quattuor leguntur: quia ieunans debet habere quattuor cardinales virtutes: scilicet temperantiam: quia ipsum ieiuniuz temperãtia est. prudentiam. Unde apostolus. Rationabile sit obsequium vestrum. fortitudinem. Unde ꝓuerbiorum vltimo. De muliere forti id est de ecclesia. Accinxit fortitudie lumbos suos: quia oportet nos multum laborare ad hoc vt caro nostra munda sit quod cũ magna fit pugna: quia valde corrupta est: t spinas et tribulos germinat: t ideo cuz magna attritione venit ad candorem: sicut t byssus. t iustitiam. Unde Isaias. Et erit iusticia cingulum lumborum eius t fides cinctoriuz renũ eius. De christo loquitur in membris: quando emz fit iusticia in terra recedunt latrones: similiter quando iusticia fit in nobis recedũt prauitates t nõ superant: licet in nobis habitent. Si vero non fiat iusticia nõ recedunt. Unde Isa. Quia non facimus iusticiam nõ recesserũt ba

bitatores terre. vbi est iusticia ibi pax. Fides autē est cinctoriū renū eius: quia vt dicit Grego. Despectus terrenorū restringit fructꝰ carnalium voluptatū. vnde si ieiunas a cibis corporis opꝫ vt ieiunes a cibis demonis ⁊ comedas cibos mētis: qui autē sic ieiunāt nō nocebit eis ignis tribulatōis nec ignis mūdanus. sicut nec tribus pueris nocuit ignis fornacis babylonis: et ideo sequit lectio Daniel. iiij. c. Angelus dñi. Precedit autē ipsa lectio ordinationem clericoꝝ. ad notanduꝫ ꝙ nemo rite pōt ad ꝯsecrationē accedere nisi prius transeat per fornacem atqꝫ in fornace deuꝫ benedicat. Iuxta illud sapie. Vasa figuli probat fornax ⁊ homies iustos tētatio tribulatōis: quia qui ad sacrum accedunt ministerium ꝓbandi sunt in camīo multarū tribulationū ⁊ tentationum. iuxta illud apostoli. Et hi ꝓbentur primo: ⁊ sic ministrēt. Propter ordinādos enim legitur ad significandū ꝙ sic viuere debēt: vt non noceat eis aliquis ignis regis babylonis id ē diaboli: sicut ignis trib⁹ pueris nō nocuit. Et sequūtur bñdictōes. s. hymn⁹. Bñdict⁹ es dñe ⁊c. qꝛ post ꝓbationē coronantur: ⁊ a dño bñdicent: ⁊ in fine subijcit ꝟsus. Gloria pri ⁊ filio ⁊c. in laudē ⁊ in honorez trinitatis. quod noo fit post psal. Bñdicite: tuꝫ qꝛ ibi in vltio versu fit mētio de patre ⁊ filio ⁊ spū sancto: tū quia ibi in facto triū pueroꝝ tota trinitas fuit dehonestata. hi ꝟo ꝟsus p̄cedentes ad solius patris pertinēt laudē. ⁊ in ordinādis trinitas honoratur. Choro aūt lꝫ sedere dū lectio ipa dꝛ sed nō in cantu. Aliud eñ significat ipsa lectio in legendo. aliud ī cantādo. vnde nūc stare dꝫ eps ⁊ clerus: qñ nō debem⁹ quiescere: q̄ scimus pueros illos ꝓ deo laborasse. Dicunt autē in sabbatis ieiunioꝝ. vij. lectōes euangelio ꝯnumerato: eo ꝙ septē sunt ordines: ⁊ quidā dicunt. xij. ꝓ eo ꝙ antiquit⁹ rome: ⁊ adhuc in ꝯstātinopoli fieri dꝛ: legebat grece et latīe. ⁊ legebātur. xij. lectōes ꝑ. xij. lectores quoruꝫ sex erāt greci ⁊ sex latini. Erant tñ solūmō sex ī sentētijs: qñ ille sex sine euāgelio q̄ legebāt latīe legebāt ⁊ grece: sicut si dixerim⁹ Amē. ⁊ postea dixerim⁹ ꝟe: nō iō due res erūt. Iō aūt legebant dupl'r: qꝛ Rome erāt greci q̄b⁹ latīa lingua icognita erat. Erāt etiā latini ꝑmixti q̄bus greca icognita erat: vel h̄ fiebāt ad notādum vtriusqꝫ populi vnionez. Ceterū ad orationē que dꝛ post lectōez. Angel⁹ dñi. s. de⁹ q̄bus pueris ⁊c. nō flectit eccl'ia genua: lꝫ ī oronibus aliarū lectionū añ flecteret p̄terq̄ in octauis pēthēcostes ad oñdendū ꝙ ecclesia cōformis ē trib⁹ pueris. Fecit eñ nabuchodonosor statuā: ⁊ cogebat oēs adorare eam: sed tres pueri cū Daniele noluerūt genua flectere ante statuā. tales debent esse ordinādi q̄ ante statuā. i. ante mūdi gloriā genua nō flectāt Quare clerici ordinētur: et quare in sabbato dictū est in ꝓhemio scde ptis. Quidā cōferūt sacros ordines inter lectōez Angel⁹ ⁊ epistolam Pauli: vt post ordinatōez ꝓponat ordinatis epistolā ⁊ euāgelium ad instar boni pastoris: qui mittēs filiū mouet eū quid ⁊ qual'r actur⁹ sit. Ordinati eñ per capellas mittēdi per epl'aꝫ monētur: vt alios corripiētes benedictionē quā acceperūt custodiāt. per euāgelium vero dꝛ eis. Euntes docete oēs gentes. Nōnulli etiā subdyaconatu añ epl'am rōne p̄missa p̄stito ꝯtinue post eā dyaconatū ⁊ sacerdotium p̄bent: quib⁹ p̄stitis in vocē letabūdaꝫ erūpunt dicentes. Bñdict⁹ es dñe eo ꝙ hi p̄sertim ordines īuitātur ad laudes: ⁊ p̄stantur citra euangeliū: qꝛ Moyses ⁊ Aaron leuitas in tabernaculi misteriū ordīauert. ⁊ xp̄s. lxxij. ordīatos ad p̄dicandū misit. Dꝫ aūt legi epistola. s. Rogam⁹ ⁊c. que est. ij. ad Tssessal. ij. c. ab aliquo de ordīatis die ipsa: qꝛ eps dꝫ p̄us ordinatos āmonere ⁊ postea ad maiorē āmonitionē epl'am illis tradere. Preterea ordinatus doctrinā sibi in ordinatōe traditā per hoc se reducere in opus ostēdit. ꝓpter eandē etiā rationē vni⁹ de nouiter ordīatis legit tūc euāgeliū. Anno. xv. qd est Luc. iij. c. Post epl'am etiā cātatur tractus: qui significat grauitatē: quā sacratus seu ordinat⁹ seruare dꝫ ne in sup biam elat⁹ in laqueos incidat diaboli. Cōmunio est. Exulta satis: que est zacharie. ix. capi.

¶ De dominica quarta aduētus dñi. Rubrica.



In quarta dominica aduēt⁹ p̄mū rñsoriū ī nocturnis ē. Canite tuba: qd sumptū

est de Jobele. Antiquit⁹ enim iudei canebant tubis ad inuitandū, homines ad nuptias & ad solēnitates et ad mouēduz castra. Ūñ nunc p̄cipit dñs p̄latis vt cantēt tubis iuitātes gentes ad nuptias noui regis quaz dies ist̄at scz dies natalis dñi in qua x̄ps despōsauit sibi humanā naturā: fm qō ōz in psalmo. Et ipse tanq̄ sponsus p̄cedens de thalamo suo. Canite igit̄: q2 ppe sunt nuptie: & ppter p̄missaz cām cantoꝛes hac septimana alti⁹ solito vocē suaz et altāt in rñsoꝛijs & ī introitib⁹ vt p2⁹ sopoꝛe negligētie oppꝛessi lectiōib⁹ excitari nolum⁹: saltem vociferatōib⁹ & tumultu cantuū excitemur. Siquidē in septē ānis ante annū iubileū p̄cepit dñs canere tubis p ipsi⁹ āni instātis letícia. In hac aūt hist̄oꝛia bui⁹ dñice ptiz ex p̄phetis ptiz et euāgelio p̄hilata cōia vtriusq̄ decātātur aduētus: et p̄sertiz vocatio gentiū declarat̄ p x̄pi aduentū vbi in psona apl̄oꝛ vl̄ doctoꝛ ōz. Canite tuba & vocate gētes. Sane gentilitas videns calciatā foꝛe diuinitatez in vtero v̄ginali: clamat ad eā ī introitu: dicēs fm quasdā ecclesias. ℣. Demēto nostri dñe m bñplacito. p. t. bocē in filio in q̄ bñ cōplacuisti et milib⁹ populi: qui fuit tu⁹ ab initio mūdi. Et iō ꝯgratulatur alteri in epl̄a dicēs: fm q̄sdaz ecclias. Gaudete: que c̄ ad Philip. iij. Sed iuxta p̄sideratiōnē vteri v̄ginalis cātat ī gra graduali dñm ppe esse: et celerē ei⁹ aduentū. Jn alla vero. Veni dñe. in offerēda. Cōfortamini. & ī cōione. Ecce v̄go desiderat. & p̄solatur. & cāz ꝯcludit p̄solatōis. ¶ Porro ad oñendū desiderū antiquoꝛ patrū in fine aduētus cātant̄ septē antiphone: vnaquaq̄ fm oꝛdinem suū sua die vsq̄ ad natale q̄ incipiūt ab o. Prima est. O sapiētia &c. Sūt aut̄ septē: q2 dirigunt̄ ad x̄pz in quo requieuit spūs sapientie et itellect⁹: spirit⁹ ꝯsilij et foꝛtitudis &c. p̄que septē dona sue ī carnatōis nobis gratiā ministrauit: put in ipsis septē antiphonis apparet. Sunt etiā septē: q̄ cantātur in designatōe antiquoꝛ patrū: q̄ septenario seruiētes aduentum dñi expectabāt. Ūñ in oīb⁹ ōz. Veni. vel septē sunt p̄pter septē dona spūs sc̄ti: que x̄ps veniēs largit⁹ est mūdo: er p̄que expectātes illuminati sunt: & sunt oēs sc̄ōi toni. Pro ꝛo q2 q̄libz loq̄tur de vtroq̄ aduētu. Tc̄ō quia signāt nobis geminā dilectōem. s. dei et p2oxi mi. Tertio p̄pter geminā x̄pi ad quē dirigun tur naturā. vñ Bernie gygas subst̄atie. Quarto q2 ipse antiphone notāt desiderium tā antiquoꝛ patrum expectantiū primum saluatoꝛis aduentū q̄ modernoꝛ expectātium scōz: Oēs ergo sunt secundi toni in signuz q̄ scōz expectamus aduentū. Et aduerte q2 ille que habent in principio verba ptinētia ad diuinitatem: ptinēt ad eos q̄ spectant primum: vt o sapia et o adonay. Adonay, autē interp̄tatur dñs: q2 dñatur cuncte creature: vel q2 oīs creatura dñationi eius seruit. Ille vero que habēt verba ptinētia ad humilitatē ptinēt ad expectātes scōm: vt o radix iesse: et o clauis dauid. Sūt etiā quedā q̄ vtriq̄ ꝯueniūt: vt o rex gētium. Illa dei fili⁹ dicit rex fm diuinitatē. Juxta illud. Deus iudiciuz tuuz regi da &c. et etiā fm humanitatē. Juxta illō. Dñe in v̄tute tua letabit rex &c. Sepi⁹ tamē fm humanitatem rex dicit: q2 fm eam est vnct⁹ oleo leticie p̄ p̄ticipib⁹ suis. ¶ Rursus eccl̄ia in his septē antiphōis ost̄ēdit multiplicitatē moꝛbi sui et ad quālibet petit remediū sui moꝛbi. Vaz añ dei filij aduentū in carne eramus ignoꝛātes sine cec. penis eternis addicti. seruit̄ iaboli. mala peccati p̄suetudine vincti. tenebꝛis obuoluti. exules a patria & expulsi. Jdeoq̄ ī digebam⁹ doctoꝛe: redēptoꝛe: liberatoꝛe: eductoꝛe: illuminatoꝛe: saluatoꝛe: q2 igitur ignoꝛātes eram⁹ ideo ab ipso doceri indigebam⁹. Unde ī p̄ma antiphona clamam⁹. O sapīa que exoꝛe &c. Eccl̄. xxiiij. & Sapie. viij. & Jsa. xl. c. Q2 vero pax p̄ desserti doceremur & nō redimeremur: ideo in scōa ab ipo redim postulam⁹. O adonay &c. Exo. vi. & xiij. & iij. & xx. & xx. c. Sz q2 nil p̄ desset si essem⁹ docti & redempti: & adhuc post redemptōem teneneremur captiui: ideo in tertia petim⁹ liberari. O radix iesse &c. Jsa. xl. & lij. & lx. c. Sed quid p̄ desset captiuis si essent redempti et liberati: si tamē nondū essent ab oī viculo absoluti: vt. s. sub peccato essent: & vincti libere quo vellēt ire non possent: et ipō in quarta ab omnib⁹ peccati viculis educi petimus. O clauis dauid &c. Apocal. iij. & Jsa. xlij. & Lu. i. c. Preterea q2 bi q̄ diu fuerūt ī carcere oculos habent obtenebꝛantes nec clare

videre possunt: ideo post absolutionem a carcere restat nos illuminari vt videamus quo ire debeamus: ⁊ ideo ī quinta hoc petimus. O oriens ⁊c. zach. vi. Sapi. vij ⁊ malach. vlt. ⁊ Luce. i. c. Sed si essemus docti ⁊ ab inimicis penitus liberati ⁊ illumīati: quid valeret nisi deberemus ad regnū ꝑduci ⁊ ibidē saluari: ⁊ iō in duabus sequentibus petimus saluari. O rex gentiū ⁊c. ⁊ Aggei. ij. ⁊. i. petri. ij. ⁊ Ephe. ij. ⁊ Geñ. ij. ca. In qua petimus salutē gentiū. Et o emanuel ⁊c. Isa. vij. Math. i. ⁊ isa. xxxiij. ⁊ gene. penul. ca. In qua petimus salutē iudeorū. In quibusdam vero ecclesijs addunt alie due Prima in honorē beate virginis marie q̄ cōcepit. secūda ꝓ angelo: qui ad virginē introiuit. vel in honorē sancti thome cuius festū tūc accidit. Due quidem addūtur vt ꝑficiatur nouenarius numerus ad designandū: qꝛ ꝑ septē dona spiritus sancti ꝑueniemus ad nouez ordines angeloꝝ: quoꝝ quilibet desiderabat christi natiuitatez: vt impleret numerus ipsoꝝ q̄ de celo ceciderūt. Quedam etiā ecclesie cantant duodecim q̄ exprimūt duodecim ꝓphetas q̄ xp̄i aduentum p̄dixerunt: que etiā duodeciz apostoloꝝ testionia roborauerūt. ex quo duodecim tribus: ⁊ duodecim milia signati saluātur: sed nō sunt nisi septē habētes veniā. Oēs autem incipiunt per o qđ potius admiratiue ponitur q̄ vocatiue. Cantant in vesperis: q̄a dñs venit in vespera mūdi. Hic est helias q̄ sero carne ⁊ in mane pane vescit. dñs. s. noster q̄ in vltima etate mundi carnem assumpsit ⁊ diluculo resurgens in panē angelorū transiuit.

¶ Et nota q̄ hec hebdomada ꝓxima natiuitati p̄paratio merito nuncupat. ⁊ ea hystoria Clama in fortitudine: cantat: que nō vt q̄daz simplices autumant ad quattuor tēpora: sed ad dñi ꝑtinet ꝓximam natiuitatem. Unde cū sex matutinalibus laudibus decantatur: qm̄ q̄libet illius feria ꝓprias habet ad laudes antiphonas: qꝛ ꝑ sex etates antiqui se ante aduētum p̄parauerūt: ⁊ nos ꝑ sex opa mīe ad scđm etiaz p̄paramur. Uerūtamē feriales antiphonas q̄ in illa feria in qua occurrit festuz sancti Thome scripte sunt: octaua die antea quidaz canere cōsueuerunt. Decet em̄ ante natiuitatem dñi cantus oēs antiphonas ⁊ fere oīa responsoria renouari: qꝛ sicut ꝑ plures ⁊ frequētiores nūcios magis ac magis mouet animus subditi ad sollicitudinē honorifice suscipiendi p̄latum: sic ⁊ renouatione cātus magis ⁊ magis mouemur ad curam nostre p̄parationis ī susceptione dñi ⁊ vt per quotidianaz renouationem cantus excitemur frequentius ad turpes ⁊ terrenas cogitationes purgandas: vt sit dignuz habitaculū ⁊ ornatū venturo regi regū pijs cogitationibus p̄paremus. Pōt tamen ⁊ totus aduentus p̄paratio nūcupari. Unde in p̄ncipio legit. Abijciamus opera tenebraruz: ⁊ induamur arma lucis ⁊c. q̄ omīa sunt p̄paratōnis insignia. Intitulatur aūt in antiq̄s libris dñica ista. Dñica vacat. Primo qꝛ ostēdit q̄ omīs sanctus vacat: ex quo Jo. quo inter natos mulierū non surrexit maior nō est dignus soluere corrigiā calciamenti: sicut dicit in euangelio huius dñice. i. incarnationis mysteria denudare: ⁊ ꝓpter hoc dñs papa nō facit stationem apud aliquē sanctū. Secūdo dicit vacans: qꝛ nō habet ꝓprium officiū sed mutuat alienuz. s. Rorate celi ⁊c. ⁊ hoc ꝓpter ordines p̄cedentis diei in quibus fuit apostolicus occupatus. Sepe em̄ in decembri cōsueuerunt ordines ab apostolicis celebrari. Tertio quia numerus dierū aduentus excedit. s. xxi. quare inter dñicas aduentus nō debuit cōputari: sz vacans potius appellari. Quarto: qꝛ apostolicus olim hac die dñica elemosynis vacabat: ⁊ tam ipse q̄ sui circa hoc intenti nullā stationem faciebant: ꝓpter qđ dicta est vacans. s. a statione ⁊ indulgentia. Quedā ecclesie dicūt in hac dominica euangeliuz. Miserūt iudei: quod est Johan. i. ca. ⁊ epistolam Gaudete: que est ad philippen. iij. cap. Alie vero dicunt epl̄az. Sic nos existimet. q̄ ē ad corinth. iiij. c.

¶ De vigilia natiuitatis dñi. Rubrica.



In vigilia natiuitatis dñi est inuitatoriū. Hodie scietis qꝛ. v. d. ⁊. m. v. g. e. qđ. ē trāssumptuz de exo. xvi. c. Ex eo q̄ ibi dr̄. vespe scietis. qꝛ eduxit vos dñs de t̄ra egypti ⁊ mane. v. g. e. ⁊ pōt dici q̄ hec breuis clausula ex vna parte ad natiuitatem: ex alia pertinet ad resurrectionem.

sic hodie.s.in vita p̄senti sciatis q; veniet dñs: id est panis viu⁹ q̄ de celo descendit.⁊ ma.vi. gl'am ei⁹.i.resurrectionis gl'am nō solū humanam:sed etiā gl'am diuinitatis eius. Sane in hac vigilia ecclesia monet ⁊ iuitat filios suos vt parati sint ad suscipiendū dñm. Unde i nocturnali officio p̄mū respons oriū est. Sanctificamini.s.filij israel.i.viri spūales qui videtis deum p fidē:⁊ parati estote vt īterfitis ad nuptias:quia nō erit i cena q̄ ejcietur a nuptijs. Moraliter nō obseruabit cōsilia q̄ p̄cepta remit adimplere. Sequitur in versu. Et mane vi.glo.ei⁹.i.aduētū gloie ei⁹.vel mane ad litteram. Et hec vltima pars de exodi sumpta est:sed p̄ma nō est sumpta de aliquo libro. Dicitur etiā cap'm Gaudete in dño. Philippē. iij.c. ¶ Diurni vero officij intentio est ostēdere q̄ xp̄us natus sit:⁊ hoc dicit in ep'la. Paulus seruus xp̄i⁊c.que est ad Romanos p̄mo cap. ⁊ in euangelio. Cum esset desponsata:q̄ est Matthei.i.ca. Hac etiā die despōsatio legit Marie:vt sciatur q̄ alij fuit desponsata.s.Ioseph:⁊ ab alio fuit fecūdata:scz a spū sancto. Quedam tñ ecclesie ad hoc vt incredulis maior certitudo fit:p̄mittūt ppheciaz. Propter syon ⁊c.que est Ysaie.xlij.ca.in qua ostenditur ip̄m fore nasciturū. Natus aūt est vt pplz saluum faceret.⁊ terre iniq̄tatem deleret. hodie in spe p̄ sacramenta gratie:mane in re p̄ reuelationem glorie.hec patēt in introitu graduali. Hodie scietis. Exo.xvi.ca.⁊ in alleluia crastina. Quidam tñ dicūt alleluia Aue maria:⁊ hoc q̄ñ vigilia est in dñica. Tunc eñ dicit alleluia ppter resurrectionem dñi. Idem etiā p̄z in postcōione. Reuelabitur:que est Ysa.xl.ca. Sed quia in eius incarnatione erat futura iudeoꝝ dispersio:ideo in' graduali subditur versus. Qui regis.in quo p̄ eis oraī. Quant⁹ sit ostendit p̄s.qui ad introitus cantaī.s.Dñi est terra ⁊ plenitudo eius.de quo etiā dicit offerenda. Tollite portas p̄ncipes vestras ⁊c. ¶ In vesperis aūt vigilie natalis dñi dicūt q̄dam psalmos. Laudate pueri dñm. Laudate omēs gētes. Lauda aīa mea dñm. Laudabo dñm deū. Laudate dñm q̄ñ bon⁹ est psalm⁹. ⁊ Lauda hierl'm dñm. lauda deū tuus syon.in quib⁹ inuitamur ad laudes. Alij vero dicunt Laudate pueri dñm laudate nomē dñi. Qui confidunt. In cōuertendo dñs captiuitatem syon. Deinēto dñe.⁊ Benedict⁹.do. deus. Et merito quia p̄mus deuotos iuitat ad laudandum iugiter ⁊ p̄dicandū. Secūd⁹ monet in deo cōfidere. In trib⁹ sequentib⁹ reddit causa quare laudibus sit instandū:⁊ in dño confidendum:scz quia nostrā captiuitatē cōuertit; ⁊ multum magnificauit:quia p̄missa compleuit:dum fructū ventris dauid sup sedem eius instituit:quia inclinauit celos ⁊ descendit:qui demū de alto manū suam emittet: vt nos eripiat ab aquis multis ⁊ a filijs alienis. Uespere aūt iste p̄uilegiate sunt:q; cū cetera officia vespertina ppter supueniens festū mutētur: iste nō mutantur. In vigilijs eteñi alioꝝ festorum cap'm:hymn⁹:antipbona:⁊ collecta. In aliquibus eteñi ecclesijs totis vespis diei offi cijs expletis solūmodo antipbona ⁊ collecta de sequēti festo dicūtur:eo q̄ domin⁹ in vespe ris.i.in vltima etate mundi venit ad saluandū saltē reliquias generis humani.

¶ De officio natalis dñi. Rubrica.

Quecūq; in officio natalis dñi dicūtur: de exultatione natiuitatis sunt:q; sicut cantatur in respōsorio. Descēdit de celis xp̄us:id est de sinu patris vt appareret visibilis. Unde egressus eius a patre.i.ab occulto:⁊ itimo patris. Sequitur introuit.s.p aurem virginis.i.per fidē que est auditu sicut legitur in epistola ad romanos. Unde cū dixit ei angelus. Spiritus sanctus supueniet in te:⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi:spū sancto acquieuit. Iuxta illud in canticis. Pessulus ostij mei aperui dilecto meo.ostium desiderium' est.pessulum discretio:quasi per discretionē aperui desiderū meum dilecto meo:⁊ hoc audito dixi. Ecce ancilla dñi.fiat mihi s̄m verbū tuū. Non sicut eua q̄ fregit pessulum quādo voluit esse sicut de⁹. Introuit dico inuterū virgis quo accepit carnem nostrā:⁊ exiuit p portā clausam in regionem nostram. De hac porta dixit Ezechiel. Porta hec clausa erit in eternum.⁊ exiuit de mundo per portam auream.i.charitatē: quia

per crucem. Maiorē esse charitatē nemo habet q̄ vt a.su.po.q.p.o.suis. ¶ Et est aduertendum q̄ dns in fine anni nasci voluit: vt ostenderet se in vltima mundi etate venire. in sexta feria cōceptus: in dnica nat⁹: in sexta feria crucifixus fuit: & in dnica resurrexit vt qui hoiem in sexta feria plasmatū pdiderat: in sexta feria liberaret: & qui dixerat in dnica Fiat lux: i dnica veniens oriens ex alto nos illuminaret. de hoc dicē sub ti. de parasceue. & in nocte nat⁹ est: vt se sub carne latentē venire signaret: vel vt se ad illuminandū noctē nostrā venire mōstraret: qsi habitantib⁹ in regione vmbre mortis lux orta est eis. Vnde ab eius natali dies plongātur: quia credētes in eū ad eternitatis lucem vocant. Rationabiliter itaq; nocturna officia celebrant. Cuz autē cetera festa saluatoris: scz passio: resurrectio: ascensio: pēthecostes: & alia sint variabilia: quia nō celebrantur semp in eisdē kalendis siue in eadē die mēsis: quare hoc festum est inuariabile cū semp est i eisdem kalendis: siue eadē die mensis. Respōdeo sm augustinū. Hoc festū ptinet ad mēoriam tantuz. vnde sufficit per illud memorari quota die mensis xp̄us natus fuit: & ideo semper eadē die mensis celebrat: Iz ipsa feria varietur ꝓpter mutationē littere dnicalis. alia vero festa ptinent & ad mēoriaz & ad sacramētum. verbi gr̄a. xp̄us passus est sexta feria: vt hoiem qui in sexta feria ceciderat redimeret: & sic de alijs. & ideo opz q̄ sub diuersis kalēdis fiant: in eadē tñ feria. s. in dnica. Preterea sp pascha nostrū accipit dnica p̄ma post pascha hebreoz: qō est semper. xiij. luna. qz ergo lūa xiij. nō semper est eodem tempore vel eadem die mensis: imo variat sm annos solares: iō & pascha nostrū nō semp est eodē tēpore nec in eodē die mēsis: licet semp sub eadem feria: scz in dnica celebret. ¶ Rursus ideo pascha: pentbecosten: & alia festa variabilia sunt nec certe diei mensis sunt annotata: ne videamur imitari iudeos: qui semp illa celebrant in certis kalendis. Alcuinus vero dixit q̄ ideo hoc festum p singulos dies variatur: quia nat⁹ est nobis qui per singulos mūdi dies lauat illos qui per peccatuz ade sunt maculati. ¶ Circa officium nocturnale sciendum est q̄ inuitatorium. s. Christus natus est nobis &c. in persona angelorum cantatur a quibus pastores vt potius omnis populus ad adorandum natū dnm inuitatur. Nouē vero psalmi distinguntur per tria nocturna: vt notet q̄ omnes sancti patres qui fuerunt in tribus temporibus: scz ante legem: sub lege: & tēpore gratie i nouo testamento sociati sunt per aduentum xp̄i nouē ordinibus angelorum: vt sicut angeli sancte trinitati congaudent: sic & illi cōgaudeant. In p̄mo psalmo igitur de eterna christi genitura & ineffabili. In secūdo de eius incarnatiōe. In tertio de laudibus sponsi & sponse: eiqz in tribus p̄mis lectionibus per Isa. Oracula testificamur: qui nō tam ꝓphetice q̄ euangelice i carnationē christi descripsit. Prima est. Primo tempore. Isa. ix. ca. Secunda est. Consolamini cōsolamini popule me⁹ dicit de⁹ vester. Isa. xl. ca. Tertia est. Consurge cōsurge. Isa. xlij. ca. In ipsis etiam fit p̄missio: in alijs ostenditur p̄missōis impletio. Primus nocturn⁹ recolit tempus ante legem seu eos qui fuerūt ante legem: vt Abrahaz Isaac & Jacob. Secundus nocturnus recolit tempus legis: seu eos qui sub lege fuerūt: vt Dauid & ꝓphetas & alios plures: & ideo in antiphonis q̄ cantantur in illis duobus nocturnis: quia ad vet⁹ testamentuz ptinent: nō dicit alleluia: qsi pfes illoz tempoz differebant ab eterno gaudio: scz a patria. In qua iuxta Apocalipsim cantatur alleluia. Tert⁹ vero recolit nouū testamētum: quod habuit initium a baptismo: qō tertio tēpore. s. gratie nobis collatum est: seu eos qui fuerūt in nouo testamento: vt sunt apostoli: martyres confessores & alij sancti. Ideoq; in illis antiphonis que eos recolunt & q̄ ex nouo testamento sumūtur cantur alleluia: quoniam istos plus honorauit suus aduentus q̄ p̄cedentes patres: ita vt si digni de hoc mundo migrant: illico in celum transferant & societati sanctoz iungant qō antiqui patres lōgo tēpore expectauerūt murmurātes infra claustra inferni. Ante nocturnos solent in quibusdam locis sup altare tres panni poni ad designationem p̄missorum triū temporum: & in singulis nocturnis singuli amoueri. Primus niger ꝓ tēpore ante legem. Secūdus albus ꝓ

tempore reuelationis. Tertius rubeus ꝑ tẽpore gratie ꝓpter dilectionẽ sponse candide ⁊ rubicũde. In quibusdam quoq; ecclesijs suspendunt boni pãni: in q̃busdã viles: ⁊ in quibusdam nulli: put in ꝓma parte dictũ est sub ti. de picturis. Sane ad ꝓmũ respõsoriuz ꝓmi nocturni dñi in quibusdã ecclesijs tres versus ꝓpter causam reddita sub: ꝓma dñica aduentus: ⁊ post quodlibet triũ respõsoriorũ porum dicit. Gloria patri ⁊ filio. hoc ideo q̃ in in trib⁹ rñsorijs tria significant. s. restauratio angelorũ: reparatio boium: ⁊ modus quo ista facta sunt. Restauratio angelorũ notat in primo vbi dicit. Gaudet exercitus angelorũ. Reparatio boim in secundo vbi dicit. Pax vera descendit. Modus vero quo hec facta sunt: ⁊ potius quo descẽdit ille qui fecit mirabilia in tertio quod est in quibusdam locis. Descendit de celis. In quo ostendit vt ꝓmissum est deuz descendisse a patre in virginẽ: ⁊ ita ⁊ nos. vel ꝑ hoc quod in ipso respõsorio tangit q̃ intrauit in regionez nostrã recolitur liberatio babi tantiuz in regione vmbre mortis. Quia ergo hec facta sunt ꝑ trinitatẽ: iccirco post quodlibet illorũ triũ respõsoriorũ Gloria pri canta tur: q̃ ad laudẽ ꝑtinet trinitatis. ¶ Rursus sicut mãna habebat saporẽ simulẽ cũ melle: ita ⁊ xp̃us duo habuit in se: vz humanitatẽ ⁊ deitatem. Humanitas ꝑ similem. Deitas ꝑ mel intelligitur. Unde etiam in hoc secũdo respõsorio dicit. Hodie ꝑ totũ mundũ melliflua facti sunt celi: quasi diceret: totus mũdus mellificatus ⁊ dulcoratus est. In tertio vero respõsorio fit triplex iubil⁹. s. in fabrice: in tanq̃. i gloria patri. In quo quidẽ in tribus saluatorem ꝓmendamus: ostendens q̃ q̃ effabiliter fabricam mundi creauit ⁊ ineffabiliter de virginis thalamo ꝓcessit: ⁊ ineffabiliter equalis patri ⁊ spiritui sancto ꝓmansit: sicut fuit ab eterno: sic nunc est: ⁊ erit ī eternũ. ⁊ hec tria triplici iubilo significamus: ꝓmũ ꝓmo. scõm scõo: ⁊ tertium tertio: ⁊ vt expressius tertiũ significetur: in quibusdam ecclesijs cantat Gloria pri. ⁊c. ⁊ Sicut erat in principio ⁊c. vsq; ad Amen. ¶ Et nota q̃ fit iubilus sup a ⁊ sup o. Sup a in fabrice. ⁊ in tanq̃. Sup o fit in glia pri: ad notandũ q̃ cum fit est alpha ⁊ o. i. pncipiuz ⁊ finis. Iubilus aũt q̃q; notat expectationẽ nostram: vt dicat sub ti. de septẽ diebus post pascha. quãdoq; nostrã infirmitatẽ: vt in versu: Tanq̃ sponsus. q̃q; rei de qua agit magnitudinem vt ibi. Fabrice mũdi. q̃q; gaudij ī mensitatez: vt in fine rñsorij. Uerbuz caro. ibi essi signat immẽsitatem gaudij: q̃ viri sci habent de eo: q̃ verbũ caro factũ: plenũ gra ⁊ veritate. De iubilo dictũ est in ꝓbemio q̃nte partis. ¶ Restat adhuc de sex respõsorijs dicere. Et quidẽ in ꝓmis duob⁹ secũdi nocturni agimus de partu: in tertio de parturiẽte. In duobus vero ꝓmis tertij nocturni agimus de parturiente: ⁊ in tertio de partu in quo cõsuetudinem mulierũ imitamur. Consueuerũt essi mulieres visitare parturiẽtes ⁊ partũ: ⁊ eis munuscula sua dare: ⁊ nos parturientẽ ⁊ partum quodãmodo visitamus cũ ꝑ modulo nostro eos magnificam⁹. Ipse vero laudes sunt munuscula que offerim⁹. Dicit etiã ad hebreos capituluz. Paulus seruus. Ro. i. et illud. Multipharie. hebreor. i. ca. ⁊ illud Apparuit gra. ad titũ. ij. ⁊ illud. Apparuit benignitas. ibidẽ iij. ca. In nocturnali vero officio tria legũtur euangelia: vt bẽat ecclesia q̃ intẽdit. Uult ei ostendere vtrãq; ꝑ naturã esse in xp̃o vt sic plures sint testes natiuitatis xp̃i. ⁊ ꝓpter hoc etiam legũtur lectiones in q̃bus augustin⁹ ⁊ alij sancti inducunt ad hoc auctoritates infinitas. s. ab eis qui fuerũt ante legẽ: sub lege: ⁊ post legem: q̃ si integrũ est iudiciũ quod plurimorũz sententijs cõfirmatur. extra. de officio delegati. prudentiaz. Legit ⁊ quartũ euãgelium Matthei. s. Liber generationis post nomiã versum in quo exprimitur ei⁹ generatio: vt ostendat eum fuisse de genere patrũ eoz quibus est facta ꝓmissio. s. dauid ⁊ abrahaz. Dauid in ps. de fructu ventris ⁊c. ⁊ ꝓmo paralypomenon. Cum dormieris cũ patrib⁹ tuis: suscitabo semẽ tuũ post te. Abrahe vero. geñ. xvi. dictũ est. In semine tuo bñdicent omes gẽtes: ⁊ ideo dicit ī ꝓncipio. filij dauid: filij abrahã: quia illis specialiter facta est ꝓmissio. ⁊ sic ostendit q̃ ipse erat messias qui ꝓmissus est in lege ⁊ ꝓphetis. ¶ Et nota q̃ matheꝰ describit hic genealogiam descendendo vsq; ad ioseph. Lucas vero ascendendo ꝓput sub epiphania dicetur.

¶ Sed quare potius Joseph q̄ Marie generatio computatur cum etiaz xp̄s non fuerit filius Joseph. Respondeo quia ambo de eadem tribu fuerunt. Et tribus .i. genealogia p mares non per feminas distingui solet ⁊ ꝯputari in veteri testamēto. Numerando ergo vsq̄ ad soseph: perinde est ac si vsq̄ ad beatam virginem ꝓcessissent. ¶ Preterea christꝰ maluit filius fabri vocari: q̄ matrem ꝓpter suspitionem adulterij lapidari. Et reuera filius est illius fabri qui fabricatus est aurorā ⁊ solem. Et scias q̄ natiuitas beate marie ex tribu iuda: et regia stirpe Dauid originem duxit: ꝓut scriptura sepe testatur dicens. Christuz de semine dauid descendisse: qui de ip̄a sola natus est. Siquidē dauid inter ceteros duos: filios habuit. s. Nathan ⁊ Salomonē. Ex cathena siue generatōe Nathan descendit v̄go Maria. Quoniā ex cathena ipsius Nathan Leui genuit Melchi ⁊ Pantherā. Panthera vero genuit Barpātheram. Barpāthera Joachim. Joachim virginē Mariam: vt dicet in septima parte sub festo Philippi et Jacobi apostoloꝝ. Ex cathena vero salomonis descendit Joseph vir ipsius Marie: quoniaz ex cathena ipsiꝰ Salomonis Mathan ex vxore sua genuit Jacob. Defuncto aūt Mathā Melchi ex tribu Nathe filius Leui et frater Pātheris nupsit vxori ipsius Nathan. s. matri Jacob: ex qua genuit Hely: ⁊ sic facti sunt fratres vterini Jacob ⁊ Hely. Mortuus est autez Hely et tribu Nathan sine liberis cuiꝰ vxorē accepit Jacob frater eius ex tribu Salomonis: ⁊ suscitauit semen fratri eiꝰ ⁊ genuit Joseph. Joseph igitur natura est filiꝰ Jacob ex descēsione Salomonis: scd̄m legem vero Hely qui ex Nathan. Naz qui nascebat scd̄z naturam quidem filiꝰ erat generantis: sed secundū legē defuncti. ¶ Deinde cantatur. Te deum laudamꝰ. te dominū confitemur. in omnium antecedentiū actiones gratiarum: ⁊ ad designandum exultare nos cum angelis ⁊ cōgratulari de dragma perdita inuenta. In quibusdam tamen ecclesijs finita prima missa cātatur dictum euangeliuz Mathei. Liber generatōis. ⁊ hoc ideo: quia duo testes ad minꝰ nobis necessarij erāt. primus testis erat Luc. qui in euangelio misse. Exijt edictū a cesa. au. ⁊c. narrauit iuxta verbum euangelij: deum natum in ciuitate dauid. Adducitur ergo aliꝰ testis dicens eum natum de dauid. Ac si dicat non tantū est natus de ciuitate dauid: sed etiam de dauid. vnde Matheus prius nomīat dauid q̄ abrahā dicens: filij dauid filij Abrahā. q̄uis ⁊ alia possit esse causa quare priꝰ dauid noīatur. s. quia dauid fuit prior Abrahaz dignitate. naz ille patriarcha. iste patriarcha et rex. Audito igitur in euāgelio misse vno teste ab ecclesia: quia vix ē q̄ vni testi soli credatur: ideo adiecto alio. s. Matheo qui etiā generationem dominicā describit: tunc plene cōfidens ecclesia exultans clamat. Te deuz laudamus: vt in ore duoꝝ trium vel plurium stet omne verbum. extra de testi. in oī. ij. q. iiij. §. i. Adhuc quia vix est q̄ vni testi credatur: hinc ē q̄ vnus termīat missam dicens in quibusdaz eccclesijs: benedicamus dn̄o. Et ecclesia quasi voce demissa respōdet. Deo gratias. ¶ Rursus finita missa dicitur euangeliū. Liber generationis. ⁊ postea Te deum laudamus: qꝛ generatio diuinitatis p̄cessit generationem hūanitatis. Et qꝛ illarū noticia fuit nobis laudis materia: ideo laudes sequuntur. Missa ergo laudes precedit: quia prius fuit eterna genitura: de qua missa illa loquitur: q̄ aliqua creatura fuerit que deū laudare potuerit. In laudibus matutinis quasi choreā ducimꝰ. vnde ī prima antiphona dicimꝰ. Quē vidistis pastores ⁊c. ⁊ ipsi respōderunt natū vidimꝰ. ¶ Circa misse vero officiū notandū q̄ Thelesphorꝰ papa statuit in die ista debere cātari tres missas ad ostēdendū q̄ xp̄i natiuitas saluauit patres triū temporꝝ. s. patres ante legē sub lege ⁊ post legem. pria canitur de media nocte ad ostendendū q̄ illi qui fuerunt ante legez non fuerunt illuminati aliqua lege. et per illaz etiam ostenditur q̄ panis qui quotidie sacrificatur et manducatur in altari videlicet christus natus est in bethleem in media nocte: et ī hac sic dicit Luc. vnde Sapientie. xviij. Dum medium silentium tenerent omnia: et nox. s. c. m. iter. ha. ⁊c. quod ad litteram exponit de natiuitate dn̄i. hoc etiam insinuat euangelium huius misse et collecta illa. Deꝰ qui hāc sacratis-

simā carnem tuā ꝛc. et ꝓphetia illa. Popul⁹ gentiū ambulabat in tenebris ꝛc. et epl'a et fere oīa que in illa missa dicūtur. Idē etiā Thelesphor⁹ papa. de ꝯse. di. i. nocte. statuit ī hac missa hymnū angelicum. s. Gloria in excelsis solēniter decātari: ad recolendū ꝙ angeli nocte ista illū decātauerūt: in qua ab angelis pastoribus est nūciatus. Unde in euāgelio legitur. Et subito facta est cum āgelo multitudo militie celestis laudantiū et dicentium. Gl'ia ī excelsis deo: et in terra pax hoībus bone volūtatis ꝛc. ¶ Notādū est aūt ꝙ hec missa ꝛ laudes matutine terminātur ī plerisq; locis vna oratōe ad oñdendum ꝙ totum illud officiuz idez indicat. s. natiuitatē eternā ꝛ temporalē. vnde ipsa missa incipit. Dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te: qđ tñi de gñatiōe eterna: seu de gñatōe xp̄i intelligit̄. quod vero sequit̄ ego hodie genui te: de vtraq; est: et exponit̄ hodie id ē eternaliter. Naz ſm Augustinū hodie p̄sentiaz significat et qđ eternū est semp̄ p̄sens ē. Versus de tēporali. s. Quare fremuerunt gentes. ꝛ populi meditati sunt inania. quasi diceret ꝓ nihilo cū xp̄s de⁹ et homo sit. Rñsoriuz de eterna in quo dicit. Deus pater ego pater sum. Tecum p̄ncipium. Unde et ibidē sequitur. In die virtutis tue. s. ī die resurrectōis. In splendorib⁹ sanctoꝝ. i. in luce oīm sanctoꝝ: ꝛ dicit. in splendoribus sanctoꝝ pluraliter ꝓpter diuersos effectus. ex vtero. i. ex intima bonitate mea. Ante luciferuz genui te. i. ante oēm creaturaz: quasi diceret ab eterno. Epistola vero Paulus seru⁹. quā quidaz in vigilia dicunt. ꝛ euangelium de temporali. Unde in epistola dicit̄. Ex semine Dauid ſm carnem. In euāgelio dicitur. Exijt edictum a cesare augusto: qđ est Luce. ij. ca. In alijs v̄o ecclesijs đr epl'a. Apparuit gratia dei que est ad Titū. ij. ca. Ante epl'az legitur īmediate ꝓphetia. Primo vt basis sit sub colūna innitēte basi. Nō eñi que dicūtur in euāgelio crederentur impleta nisi forent in veteri testamēto p̄dicta. Scđo ideo in vigilia. ꝛ hac missa due lectōnes sine interuallo dicuntur: vna de prophetia: alia de apostolo: quia xp̄s pro duob⁹ populus in pariete ꝯiungēdis nascitur. Tertio quia super basim ꝓphetarum fundata est colūna apostoloꝝ. Quarto qꝛ actiui ꝛ cōtemplatiui per hanc natiuitatē in vna fide saluantur. Quinto qꝛ per vtrūq; testamentū xp̄i natiuitas cōcorditer p̄dicatur. hi sunt duo cherubin qui ꝓpiciatoriū tegunt seseq; in ꝓpiciatorium versis vultib⁹ respiciunt: vt dictum est in ꝓhemio quarte partis. Quidā tamē nullam dicunt ꝓphetiā significātes ꝙ vetera transierunt: et noua facta sunt oīa: quasi dicat de ipso facto cesset figura: qꝛ veritas venit. Scđa missa cantatur in diliculo in exordio diei. quādo christ⁹ in cunabulis adoratus est a pastoribus. et hoc p̄mo ad ostēdendum ꝙ sancti patres ꝛ ꝓphete qui fuerunt sub lege scripta aliquantulā cognitionē dei habuerūt: sed nō tātam quantā nūc habemus. ꝛ ideo incipit a ꝓmissione que facta est antiquis in veteri lege. Lux fulgebit hodie in domo dñi ꝛc. Secūdo ideo: quia sicut dñs a gabriele fuit nunciatus prius q̄ nasceretur: sic āte initiū diei sue natiuitatis missa canitur. Tertio ꝓpter ortuz noue lucis: quia ille qui natus est in ortu suo taz in vtero q̄ ex vtero fuit lux vera. Dicit̄ ergo ī ortu hui⁹ tēporalis lucis: quasi ipso facto dicatur. Orta est lux. Huic consonat introitus scz Lux fulgebit. ꝛ graduale ī quo dicit̄. De⁹ dñs ꝛ illuxit nobis. ꝛ qđ sequitur ī introitu. et vocabitur āmirabilis. sumitur Isaie. ix. ca. A quibusdaz tñ dicit̄ de nocte eo ꝙ pastores in nocte illa visitauerūt p̄sepe dñi: qđ notat euāgelium eiusdem misse. Pastores ꝛc. Luc. ij. c. Predicitur etiā tunc in quibusdā ecclesijs ꝓphetia. Spirit⁹ domini super me: que ē Isaie xli. ca. Deinde đr epl'a. Apparuit benignitas: que est ad Titum. iij. c. Cōmunio est. Exulta filia Zacharie. ix. c. Tertia vero missa que die clara hora tertia quādo illuxit nobis dies redemptōnis nostre festiui⁹ celebratur: ad tēp⁹ refertur gratie in quo descēdit lux magna de celo que illuminat oēm hominē venientem in hunc mundum. Uelum eñi templi scissum est in duas ꝑtes. Unde Sapi. Aperta sunt prata: ꝛ apparuerunt herbe virentes. Epistola. Multiplicarie: que est ad Heb. i. ca. ꝛ euāgelium leguntur de eterna gubernatōe. Uñ dicitur in epistola. Filius meus es tu. Ego hodie genui te. et de temporalibus habetur ibi

Multipharie multisq; modis. In euangelio vero de eterna. vnde incipit. In p̄ncipio. q. d. In p̄ncipio creaturarum erat verbum. qd̄ est Jo. i. ca. Dicitur etiam tunc in quibusdam ecclesijs ꝓphetia. Propter hec sciet. que ē Isa. lij. ca. Cōmunio est. Uiderūt. Isa. lij. c. ⁊ psal. Prima ergo missa ē de eterna genitura. Secunda est de ꝓmissione antiquis facta. vnde cantatur. Lux fulgebit in domo domini. non dicitur fulsit vel fulget. Tertia est de veritate nobis exhibita. vnde cantat̄. Puer natus est nobis: ⁊ filius datus est nobis. Isa. ix. cap. ibi vtitur futuro ad notanduz ꝓmissionis impletionem. Et q2 eterna generatio est nobis occulta. Juxta illud Isa. Generationez ei⁹ quis enarrabit: ideo missa de eterna gēitura nocte ꝓfunda cantatur. Quia vero antiqui patres quibus facta est ꝓmissio certi erant de incarnatione dñi: sed nō tm̄ q̄tuz patres noui testamenti quibus exhibita est veritas: ideo missa de ꝓmissione antiq̄s facta cantatur illucescēte aurora in qua est modicum lucis: sed ſm ipsuz introitū videtur ꝙ deberet esse lux fulgēs sed nō est ita: quia lux ī aurora rubet: in tertia fulget: in sexta feruet: in vespera tepet: q2 v̄o temporibus no. testa. manifesta est veritas: īde est ꝙ missa q̄ est de exhibitiōe veritatis clara luce cātatur. Prima ergo missa ꝑtinet ad generationem eternaz. s. de patre sine matre. secūda ad tēporalez. s. de matre sine patre. tertia cōpacta est quia de vtraq; agit: ⁊ ideo ꝑtinet ad eternā simul ⁊ tēporalem. Notandum tm̄ est ꝙ in missa q̄ est de eterna genitura legitur euangeliuz de humanitate. s. Exijt edictū a cesare augusto. In alia vero que est de veritate nobis exhibita: legit̄ euangelium de diuinitate. s. In p̄ncipio erat verbum: ad notandū ꝙ ex quo humanitas diuinitati fuit vnita: nec humanitas sine deitate: nec deitas sine humanitate fuit: nec erit. Hanc rationez asserit magister in psalterio. Aiunt quidaz ꝙ cum in collectis: in lectionibus: in euangelio: ⁊ in offertorio prime misse euidenter natiuitas de virgīe memoretur: intentio totius officij ad temporalem pōt natiuitatem referri: ⁊ exponūt in introitu. hodie. i. hac die ante luciferum stellaz: vz matutinaz genui te. i. generationē tuā sum operatus: ⁊ quod in euangelio dicit̄ Maria peperit filium suū p̄mogenitū exponitur p̄mogenitum. i. ante quē null⁹. extra de verbo. sig. nam ⁊ ego. Officiū vero secūde misse aiūt cōcordare dictis pastorū dicentiū: vt legit̄ ī euāgelio. Transeamus vsq; ad bethleē. ⁊. vi. q. v. hoc factū est. Qui gratulātes dicunt ī introitu. Lux fulgebit. Orta enim erat stella ex Jacob. Uel dicitur. Lux fulgebit in ꝑsona legis que temporalem natiuitatem antiquis patribus repromisit. Et subditur. Domin⁹ regnauit decorem indutus est. illuz. s. decorem quo coronauit euz mater sua: hoc est humanitas. Et addunt in graduali. Benedictus qui venit in noīe dñi: ⁊ in alleluia. Dominus regnauit. Et quis ⁊ quātus sit in offerenda supponunt dicentes. Dñs em̄ firmauit orbez terre. Et quia p̄mus paries est ex hebreis: ideo primitie. s. pastores in cōione loquuntur ad eos. Exulta filia syon. i. ecclesia. Officiū tertie misse ꝑsonat mirabilia verbi dei quod erat in p̄ncipio: ⁊ incipit esse caro: sicut legitur in euāgelio. Hoc verbum est puer q̄ ſm ꝓphetam natus est nobis: vt canimus in introitu: ⁊ hoc est canticum nouū: de quo ꝓpheta in versu. Cantate dño canticū nouū. Hoc quoq; verbū est illud salutare de quo ꝓtinus canit̄ in graduali. Uiderūt omēs. hec est lux magna q̄ descendit in virginis vterū: q̄ illuminat omnē hoīem venientē in hunc mundū. de qua dicit̄ in euangelio. In p̄ncipio erat verbum ⁊c. Hic demū est ille diues rex ⁊ potens cui dicitur in offerēda. Tui sunt celi: ⁊ tua est terra. In fine p̄me ⁊ secūde misse. dicūt quidaz Benedicam⁹ dño: ꝓut dictum est sub ti. de aduentu. Ab hac aūt die vsq; ad octauā epiphanie respōsoria ⁊ eorum versus dicunt̄ cū alleluia ad representandum summā leticiā q̄ aduenit tpe gr̄e.

¶ De dominica infra octauam natalis domini. Rubrica.



In dominica que intercedit infra octauā natalis dñi cantat̄ de natiuitate dñi. Uñ introitus misse est. Dū mediuz silētiū tenerēt oīa ⁊c. Sapien. xvi. ca. Est em̄ triplex silentiū. s. ignoran-

tie despationis ⁊ gle. Silentiū ignorātie fuit ante legē: qz ignorabāt pctā sua: ⁊ ideo nō clamabāt ad dñm. ad Ro. v. Regnauit ab adam vsqz ad moysen. Postqz aūt lex data ē ad cognitionē pctī multo tpe seruauerūt legē Ad vltimū vero desperauerūt qñ. s. omēs declinauerunt simul inutiles facti sunt. tunc fuit silentiū desperationis. Postqz aūt venit xps ruptuz est silentiū. Unde clamāt oēs laudes dei. Silentiū gle veniet qñ impletuz erit totum defideriū nostrū. In silentio desperatōis venet dñs vt ei attribuat salus humani generis: q̄ est verus medic⁹. Et hoc ē qđ dicit. Duz mediū silentiū. Seqtur ⁊ nox. i. diabol⁹ in suo cursu mediū. i. cōe iter haberet. Omēs essi cōiter ad inferos descendebant. Omnipotēs sermo tuus. i. filius tuus dñe pater: qui dicat sermo patris: qz per eū natus est. a regalib⁹ sedibus venit querere ⁊ facere regē. Vel ad lram. Duz oīa tenerēt mediū. i. cōe silētiū de nocte: scz quādo oīa silēt: ⁊ nox in suo cursu medium iter perageret. Ad litterā. Omps fmo tuus a regalibus sedibus ve. quia media nocte natus est dñs. ⁊ ꝺcorꝺat epla: q̄ est ad Gal. iiij. ca. vbi dicitur. At vbi vēit plenitudo tēporis ⁊c. responsoriū est. Speciosus forma ⁊c. quia immunis ab oī peccato ⁊ oībus virtutib⁹ plen⁹: sicut essi habeat ad Col. ij. In ipso hītat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. i. ad modū trine dimensionis. i. cōi modo sicut in oībus est. s. essētialiter: psitialiter: ⁊ potētialiter. Itē fm gratiā est in sanctis: ⁊ fm vnionē ē in xpo. ⁊ ideo Diffusa est gratia in labijs tuis. Bña qz nunqz sic locutus est homo. Diffusa est mqz quia in ore ei⁹ fuit lex clementie: vt cum dixit. Nuliter nemo te ꝺdēnauit: nec ego te condēno. vade ⁊ amplius noli peccare. Et cū dixit. Diligite inimicos ⁊c. Euāgeliū. Erat ioseph. Luc. ij. ca. similiter ad natiuitatē ptinet q̄tuz ad p̄ncipiū: licet ⁊ ad aliud ptineat. Erant pater eius. s. putatiuus: ⁊ mater mirantes super bis q̄ dicebant de eo. s. a pastoribus. Sequitur in euāgelio ꝓphetia symeonis. Ecce positus est hic ī ruinā. s. infideliū: ⁊ in resurrectionez multoz. s. fideliū: ⁊ in signū. i. in signatōez cui cōtradicet. q. d. si in viridi hoc faciunt: ī arido quid fiet? vel in signū. i. in ostensionez: qz per humilitatem ⁊ pauptatem itur in paradisum. vel in signum. i. in signaculuz. Unde Jo. i. quem signauit pater ⁊ misit in mundū vt eo signaremur. Et agge⁹. Ecce posui te ī signaculuz: quia elegi te. Et in canticis. Pone me vt signaculū sup' cor tuū ⁊c. Positus est ergo xpus in' signū tripliciter: scz in significationez: in ostensionem: ⁊ in signaculum. ¶ Rursus ꝺ officiuz. Dum medium ⁊c. vor est p̄mitiue ecclesie in qua recolit dñi natiuitatē: cui⁹ fructū p̄dicat in epistola: quia de seruitute trāsiuim⁹ ad filioz adoptionē p ipsum cōmendat fm sapientiam in euangelio vbi dicit. Puer crescebat ⁊ cōfortabatur plenus sapientia fm potētiam. in alleluia. Dominus regnauit. Et in offerenda. Domin⁹ essi firmauit. fm pulcritudinem: in graduali. Speciosus forma. In post cōmunione vero. Tollite puerū. Matthei. ij. ca. xpus fuge vocat: quo descēdit dñs in egyptū ⁊ mystice respicit ad gentilitatis adoptionem: qz dñs de iudea transiuit ad gentes vt eas adoptaret heredes.

¶ De festo circūcisionis. Rubrica.

Hic de festo circumcisionis dicendum est. Sciendum aūt q̄ circūcisio p̄mo inuenta est abrahe ⁊ semini ei⁹: id est hebreis ex eo nasciturus: vt sic p̄baret an obediret vel nō: sicut ⁊ adam ad p̄bationem obedientie mandatū accepit: ne de ligno vetito māducaret. Fuit aūt p̄cepta circūcisio p̄pter q̄ntz causas. Primo vt p obedientiaz mādati abrahām placeret deo cui p p̄uaricationem adam displicuerat. Secundo data fuit in signū magne fidei abrahe. Credidit essi se habituz filiū in quo bñdicētur omēs gentes p fidē. i. p quā spūalis circumcisio impleret: vt sic iustificaret ⁊ ipse. Tertio vt in hoc signo discerneret ab oī natione populus ille. Quarto vt circūcisio facta in virili membro p quod generat creatura mortalis: ⁊ in quo libido solet dñari: castitatez corporis ⁊ mentis seruandā ⁊ impudicitiā resecandā indicaret. Quinto: qz nō posset meli⁹ significari per xpm tolli originale peccatum, cum p̄cepu

tio quippe omis homo nascitur quẽadmodũ ⁊ cum originali peccato. In carne ꝓputij nõ est iussa fieri: quia in remediũ instituta est id ẽ ꝓtra originale peccatum: qđ a parẽtib⁹ ꝓtrahimus corrupti ꝓcupiscẽtia que in pte illa magis dominat: et quia in mẽbro illo culpã inobedientie homo prius cognouit decuit ꝙ in illo signuz obediẽtie acciperet. Fiebat circũcisio die octauo ex legis ꝑcepto. Leui. xij. ca. et fiebat cum lapideo cultello ad significanduz ꝙ post septenariũ: bui⁹ vite in octaua die. i. etate que erit resurgentiũ ois ab electis ꝑ petraz id est xp̃m abscindet corruptio carnis et spũs quãdo liberabimur a seruitute corruptõis qñ circũcidetur a peccatis anima cuiuscz credentis in eum. Due itacz res sunt illi⁹ sacramenti scz circũcisio a peccatis in presenti: et circũcisio ab omni corruptõe in futuro. Christ⁹ autẽ nõ indigebat circuncidi: vt iã dicet. Conferebat circũcisio suo tẽpore remissionẽ peccatoz sicut ⁊ nunc baptismus. Unde Greg. de ꝑse. di. iij. qđ apud. extra de baptis. maiores. Qđ apud nos valet aqua baptismi: hoc egit apud veteres vel ꝑ parulis sola fides: vel pro maioribus virtus sacrificij: vel pro bis qui de Abrahe stirpe prodierũt mysterium circuncisionis. ¶ Sed quare xp̃s qui fuit agnus imaculatus nõ habens maculã neqz rugaz: q̃ peccatuz nõ fecit nec inuentus est dolus in ore ei⁹ voluit circuncidi? Rñdeo. sicut voluit in tẽplo ꝑsentari sicut ⁊ baptizari sicut et de agno paschali cum discipulis epulari: sic voluit in corpore circuncidi ꝑ nos. Scõo ne iudei dicerent eum nõ esse messiam in lege ꝓmissum: qnon esse circuncisus: nec viueret xp̃m legez q̃ de seipso dixit. Non veni soluere legez sed adimplere. Tertio rõne nostri. s. ꝓpter figuraz. Etesi circuncisio illa carnalis figurat presentem spũalez: que est gra. ⁊ futura q̃ erit i⁹ gl̃ia: nec dedit exemplũ carnaliter circuncidẽdi: sed spũaliter ꝑ vite nouatõez. Mã scz Ber. dupliciter debem⁹ circũcidi. s. exteri⁹ in carne: ⁊ interius i mente. Quarto rõne fuit: vt. s. se verã carnem assumpsisse oñderet. Quito ne demões circũcisionis mysteriuz agnoscerẽt cũ essi illa ꝓtra originale peccatũ fieret: credidit diabolus ⁊ hũc q̃ circũcidebat filiũ peccatoz ẽ esse: ꝓpter quã etiã cãz voluit vt mater ei⁹ ẋgo ꝑpetua despõsaret. Sexto ꝓpter pfectam humilitatez tanq̃ esset peccator voluit hoc fieri iz non indigeret: sicut et ex humilitate voluit baptizari subdẽdo se minori. Ubi sit caro prepotij xp̃i dictum est in quarta pte sub septima pticula canonis super verbo Nom et eterni. Fuit autẽ mutata circũcisio in baptismuz q̃t tuor de causis. Primo qz sacrm baptismatis est pfectus. Scõo qz magis cõmune. Mulieres essi circũcidi nõ poterant. Tertio quia magis gratia plenum. Per circũcisionem nã qz tm̃ peccatum remittebat: sed gratia ad bñ operanduz ꝑ eam non pstabatur: nec ẋtutes dabãtur vel augebãtur. In baptismo nõ solũ peccatum remittitur sed gratia coopandi cõfertur: et virtutes augẽtur: ideoqz recte ait apostolus ꝙ Abrahã cepit circuncisionẽ tm̃ in signum. Quarto ꝓpter honestatẽ. Honesti⁹ essi est aqua lauari q̃ corpe mutilari. ¶ Sed videt ꝙ de circũcisione non debeat fieri festũ cum dicit apls. Circuncisio nihil ꝓdest. extra de baptis. maiores. Et iterum si circuncidimini: xp̃s nihil vobis ꝓderit. Preterea cũ ecclesia non faciat festum de passione dñi videt ꝙ in circuncisione in qua incipit passio dñi quando primuz sanguinẽ suum fudit non sit faciẽdum festum: sed potius lamentum: sicut et in passione. Ad hoc dicitur ꝙ festum non fit de circuncisione sed de octaua natalis dñi. Sed ne aliquid impedit nos dicere ꝙ fiat festũ de circuncisione: quia significat circunsionez q̃ fit et in octaua resurrectõis a culpa et a pena: ⁊ ẽ causa meritoria illius: et propter illud gaudium ecclesia solẽnizat. Ad hoc vero qđ obijcit de passione: respõdetur ꝙ alia de causa ecclesia dimittit facere festum in die qua dominus passus est ꝙ propter passionem: scilicet quia tunc dominus posuit peccata nostra in statera. Unde Job. Utinam appenderentur peccata mea quibus irã meruit: et calamitas per quã patiamur in statera. Oportuit essi filiuz dei pati pro peccatis nostris: vt nos redimeret ab oi peccato: ⁊ ideo luget ecclia magnitudinẽ pctoz suoz: ꝓsiderãs ꝙ sol erubescẽs ꝓpter pcã hominiz obtenebratus est: de quo dicetur sub parascene. ¶ Celebratur ideo bo

die octaua natiuitatis: que est octaua supple-
tionis: prout dicetur in ꝓhemio septime par-
tis. est etiã hec octaua alterius negotij signi-
ficatiua. Duplex est eñ negotiũ quod in ea fi-
guratur: vnum circũcisio domini qđ in euãge-
lio exp̃mitur. alterum aduẽtus hom̃is ad de-
um. Est eñ duplex aduentus. s. christi ad ho-
mines: de quo in natiuitate actum est. ⁊ hoĩm
ad xp̃z: de quo in hac octaua agitur: quod no-
tant antiphone lauduz: vt illa O admirabile
cõmertium. Nam ꝯmertium est vbi aliq̃d ac-
cipitur ⁊ aliquid datur. Domin⁹ namq̃z acce-
pit nostrã hũanitatẽ vt nobis daret suã diuini
tatem: quod notatur in verbis ibi sequẽtib⁹. s.
animatũ corpus sumẽs de virgine. per h̃ eniz
notatur quod domin⁹ accepit: per hoc eniz ꝙ
dicit: largit⁹ ẽ nobis suã deitatez: notat̃ qđ de
derit. Scđa v̄o ⁊ quarta antiphone terminã
tur. Te deum laudamus deus noster. q. d. ad
te venimus laudãdo te. Tertia termĩat̃. Dei
genitrix ĩtercede ꝓ nobis. q. d. intercede vt fi-
lius tuus suscipiat nos. In quinta dicit̃ illud
quod dixit baptista. Ecce agn⁹ dei. q. d. ad eũ
venire debemus. Unde andreas ⁊ alius disci
pulus Johãnis: hoc audito secuti sunt domi-
nuz. In antiphona vero que est supra Bene-
dictus. dicitur. Innouãtur nature. nostra eñ
natura recedendo a deo est inueterata: ⁊ rede
undo est innouata. ¶ Notandũ quoq̃z est ꝙ
quinq̃z sunt que hanc diem reddunt solennẽ.
Primũ est quia hac die duo festa cõcurrũt. s.
pariẽtis ⁊ partus. Unde et due misse celebrã
tur. Prima de pariente. s. de beata virgine in
qua dicitur introit⁹. Uultum tuũ. ⁊ cõmunio.
Simile est regnum celoꝝ homini negocia-
tori. Math. xiij. c. Scđa de partu. s. de filio ĩ
qua dicitur introitus. Puer natus est nobis:
vel in alijs ecclesijs. Dum medium silentium.
Unde ⁊ in quibusdam gradualibus officium
vtrũq̃z intitulatum inuenitur. Et ideo qꝛ hoc
festum est de beata virgine fit hodie statio a-
pud ecclesiam sancte marie trans tyberim: q̃
uis quidã scripserũt ꝙ fit apud sancta sancto
rum ad lateranum: pro eo ꝙ caro circũcisiõis
domini ibi dicitur cõseruari: ꝓut dictuz est in
quarta parte sub septima particula canonis.
Epistola est. Apparuit benignitas: que ẽ ad
Titum. iij. Euangelium est. Postq̃ cõsuma
ti sunt. Lu. ij. Alleluia. Multipharie. Hebre
orũ. i. Scđm qđ facit hanc diem solennẽ ẽ oc
taua de qua dictum est. Tertiũ impositio no-
ui ⁊ salutiferi noĩs. de qua dicetur sub titu. de
sabbato sancto vbi agitur de baptismo: qđ no
men triplex est. s. filius dei xp̃s ⁊ Jh̃s sicut ex
euangelio colligitur. de hoc dictum est in pro
hemio scđe partis. Quartũ est effusio sangui
nis iesu xp̃i. hodie eñ primo sanguinẽ suũ pro
nobis fundere cepit. qui eum postmodum se-
pe fundere voluit. Quintũ est signaculũ circũ
cisionis quod xp̃s hodie pro nobis dignatus
est suscipere propter causas premissas. In q̃-
busdaz ecclesijs subdyaconi fortes ⁊ iuuenes
faciunt hodie festum ad significandũ ꝙ in oc
taua resurgentiũ que significatur per octauã
diez qua circũcisio fiebat: nulla erit debilis e-
tas: non senectus non seniũ non impotẽs pu
eritia: sed oẽs ꝯcurrem⁹ in virũ perfectũ: cum
hoc mortale induet ĩmortalitatẽ ⁊ hoc corru-
ptibile incorruptionẽ: vt p̃missum est. de hoc
dicetur in septima parte sub festis sanctorum
Stephani ⁊ Johãnis. ¶ Postremo notan-
duz est ꝙ olim pagani ⁊ gẽtiles in his Kalẽ-
dis multas sup̃stitiones obseruabant: quarũ
aliquas Aug. in quodaz ꝯmemorat sermone
xxvi. q. vlti. nõ obseruet. Credẽtes eñ inquit
Janũ quendã deum esse: eum tunc venerabã-
tur: ei duas facies figurantes. vnam añ aliaz
post: eo ꝙ est principium anni sequẽtis ⁊ finis
p̃cedentis. Assumebãt eñ formas monstruo
sas alij ex pellib⁹ pecudum. alij ex capitib⁹ be
stiaꝝ. alij vestiẽtes tunicas muliebres. Alij au
guria obseruabãt dãtes vel recipiẽtes diabo
licas strenas. alij mensas laute p̃paratas to-
ta nocte manere sinebant putãtes totuz anni
spaciũ ꝯuiuia in tali cibi abundantia ꝑdurare
que v̄itas ꝓhibet xp̃ianos facere.

¶ De festo epiphanie. Rubrica.



Sequitur festũ epi-
phanie qđ est vocabulũ grecũ:
sonat latine manifestatio siue
apparitio ⁊ est idẽ cũ festo na-
tiuitatis. nihil eñ nasci ꝓfuit
nisi apparuisset. Ueꝝ ꝓ triplici apparitõe ho

die solēnizat eccl'ia. vñ et in codicib⁹ antiquis hec dies epiphania⁹ pluraliter ītitulat. ⁊ iō tripliciter noīatur. s. epiphania theophania ⁊ bethphania. Epiphania ꝺr ꝙ tuz ad illā apparitionē dñi que facta est magis p stellā. Magi autē ipsi fuer̄t Gaspar Melchior ⁊ Balthasar. et fuerunt reges iuxta illud psalmiste. Tibi offerent reges munera. et iterū. Reges Thar. ⁊ insu. mu. of. reg. ara. ⁊ saba. do. addu cent: quor corpa de Mediolano in Coloniam trāslati fuerūt. Et dicūtur magi a magnitudine scie. Per astronomiā eīi cognouerūt q; stella illa non erat ex cōstitutis a principio: sed illa de qua Balaam magister suus ppbetauerat. Nu. xxiiij. Orietur stella ex Jacob et ꝛeōsurget virga de israel. ⁊ de Jacob erit qui dñetur: ⁊ iō moti sunt vt ductu illi⁹ stelle venirent in Bethleē vt regē natū quē eis ppbetauerat Balaam adorarēt. ⁊ ꝺr epiphania ab epi qō est supra ⁊ phanos qō est apparitio: q; de sursum illa fuit apparitio. s. de celo: vel ab epi qō est sup: q; scriptū ē. Usq; dū veniēs staret supra vbi erat puer. Erat quidez primor terre ꝙ alie stelle. ⁊ bec facta sūt tredecīa die a natiuitate dñi quia die stella magos ad p̄sepium duxit. Et dicunt quidā ꝙ stella illa fuit spūs sctūs qui postea descēdit sup dñz baptizatū in spē colūbe: ⁊ ipsis magis in spē stelle. Alij ꝙ fuit Angel⁹ q̄ apparuerat pastoribus iudeis. s. illis tanꝙ rōne vtētib⁹ i forma rōnabili. Istis vero gētib⁹ tanꝙ irratōabilib⁹ i specie irratōabili. Alij ⁊ veri⁹ ꝙ fuit de nouo creata: que pacto officio suo redijt in p̄mordialez materiā. Alij dicūt ꝙ cecidit in puteū: vbi adhuc dicit apparere solis tri ỽginib⁹. ¶ Solet autē queri quō tā cito vz infra. xiij. dies de tāz remotissimis regionib⁹ bierosolymā venerunt: que ꝺr esse in medio mūdo. iuxta illō ps. Rex noster opat⁹ est salutē in medio terre. Dicit Jsidor⁹ ꝙ āte natiuitatē stella illa illis apparuit vt possent ibi esse in tpe oportuo. Hieronymus dicit ꝙ i die natalis dñi p̄mo ab eis visa est. Sed venerūt in ꝺromedarijs. Juxta illud ppbeticū. Inundatio camelor⁹ opiet te ꝺromedarij madian et effa: q̄ velocissime currūt. vñ ꝺicūtur a ꝺromos qō ē cursus: ⁊ aros qō est ỽtus: ⁊ sunt maiores camelis: ſz velociꝰ currūt ꝙ illi. s. tres in vno die quantū equ⁹ i tribus. ¶ Querit etiā quare magi venientes munera obtulerūt. Rūdeo ꝙ sm Bedā antiq⁹ nullus ad regem vel dñm vacuꝰ introibat qō Perse ⁊ chaldei obseruāt. Scōo sm Bedā obtulerunt aurū beate ỽgini ꝓpter inopie subleuationē. Tb⁹ ꝓtra stabuli fetorē. Myrrbā ꝓpter mēbror pueri ꝓsolidatiōez ⁊ verminū expulsionē. Tertio qr aurū ad tributū: tb⁹ ad sacrificiū: myrrba vero ad sepulturam ptinet. Per bec ergo tria insinuātur in xp̄o regia potestas: diuina maiestas: ⁊ humana mortalitas. Quarto qr aurū significat dilectōem: tb⁹ oratiōnē: myrrba carnis mortificationē: que tria offerre deo debem⁹. Scōa apparitio fuit eadem die in baptismo. multis tri annis reuolutis. s. xxx. die tricesimi vel tricesimi p̄mi āni. vñ Lucas. Et ipse Jbs erat incipiēs quasi annoruz. xxx. Et ideo bec appitio ꝺr theophania a theos qō est de⁹ ⁊ phanos: qō est appitio: qr ibi trinitas apparuit: pater in voce: ⁊ filius in carne: ⁊ spūs in colūba. Quidā aūt beretici dixerunt soluz in die epiphanie baptizari debere: p eo ꝙ xp̄s tunc fuit baptizat⁹ nec dari spiritū sanctū baptizato in alia die: et greci eadē die baptizant. ob quā beresim extirpandā sci patres decreuerūt neminē nisi in articulo necessitatis: eadez die baptizari debere. Tertia apparitio fuit postea similiter eodē die anno reuoluto cū esset. xxx. annoꝝ ⁊. xxx. dierū. s. qñ manifestauit se esse deum p mutationē aque i vinū: qō fuit p̄mū miraculū aptuz qō dñs fecit in cbana galilee: vel simpl'r p̄mū qō fecit. Et bec apparitio dicit bethphania a bet qō ē domus: ⁊ phanos qō est apparitio: qr ista apparitio facta fuit in domo in nuptijs. De bis tribus apparitionib⁹ fit solēnitas in bac die. Sed quia eccl'ia nō pōt pfecte de oībus vnaz ⁊ eādē die solēnizare: ideo de stella plene exequitur. ⁊ de alijs aliq̄d admiscet: vt notet ꝙ tres fuerūt i illa die apparitōes que legūtur i euāgelio tanꝙ sub die eadē facte. De p̄mo vero miraculo bodie totū cātat officiū: qr in ea specialiter natiuitas dñi gētib⁹ ē notificata. De scōo duo rīsoria cantātur. s. p̄mum. Hodie in iordane ⁊ in colūbe spē qō a plurib⁹ eccles̄ijs ponit nonū. ⁊ iō p̄mū ⁊ nonū: qr baptisma ē

primū sacramentū nostre redēptōnis ꝑ qđ re-
formamur: ⁊ similes angelis efficimur: quorū
sunt nouē ordīes. Bruno aūt signeñ. eps cor
rector officij antiphonarij dixit ꝙ in responso
rio. In colūbe spē: et in antiphona. Uox de ce
lo. que dicitur in octaua ad laudes: nō dz esse
verbū istud ipsum. Audite: qz in baptismo nō
fuit hoc dictū a patre: sed in trāsfiguratiōe. et
qui agunt festum trāsfiguratōis cantāt rñso-
rium in quo illud continetur. q. d. Ego sum te
stis ꝙ hic est ille qui ꝓmissus est in lege. Deu-
tero. xviij. vbi dixit moyses. Prophetā de gē-
te tua et de fratribus tuis suscitabit tibi deꝰ:
ipsum audietis ⁊c. Qui aūt verba eius que lo
quetur in noīe meo audire noluerit ego vltor
existam. De tertio vero miraculo cū alijs can
tat̄ vna antiphōa. s. Tribꝰ miraculis. ¶ Be-
da etiaz dicit in cōmento sup Lucā. Quartaz
apparitionē factā fuisse eadem die anno reuo
luto cum esset. xxxi. annoꝝ. s. in fractōe quinqz
panū: et saturatione quīqz milium hoīm: ⁊ il-
la dicitur phagiphania a phagin qđ ē bucca
siue comedere. Sed de hac hodie nil agitur.
Preterea dubitatur vtrū hoc contigerit ista
die. tuz quia in originali Bede nō sic legit̄: tū
quia Job. vi. vbi de hoc miraculo agitur dici
tur. Erat autē ꝓximum pascha ⁊c. Ideo aūt
institutū fuit hac die festum de tribus miracu
lis. quia hec dies fuit antiquitus celebris ī ho
nore Augusti cesaris ꝓpter triplicem eiꝰ triū
phuz quo suo tempore romano imperio tres
regiones subiugauit. s. Parthiam. Egyptuz
⁊ Mediā. Illam ergo celebritatem ecclesia
in melius ꝯmutauit: vz ad celebrandū christo
pro eius triplici miraculo. In quibusdā eccle-
sijs non dicitur hac die ad nocturnos. Dñe la
bia mea aperi. nec Deꝰ in adiutoriū: nec Glo
ria patri: nec hymnꝰ: ad notandū ꝓmptitudi-
nem gentiū que statim stella apparente vene-
runt. Ex arrupto ergo ad nocturnos venitur
quasi ipso facto dicat ecclesia: quibꝰ non ē nar
ratum de eo veniebant: ⁊ qui non audierūt cō
templati sunt. Isa. liij. c. Uel potest dici ꝙ in
hoc festo fit p̄cipue mentio de gentiliū cōuer-
sione: quos illi tres magi initialiter p̄cesserūt.
Quia ergo ꝯuersio ipsoꝝ gētiliū adhuc erat
imperfecta: quia ī paucissimis. s. in ipsis tribꝰ
magis: iccirco signum huius eccl̄ia omitti cā
tica que iā ꝯuersoꝝ seu ꝑfectoꝝ esse videtur: si
cut Gloria patri. hymnū ⁊ hmōi. Hac etiā de
causa nō p̄mittitur. Dñe labia mea aperi. nec
Deus in adiutorium. qz s̄m apl̄m. Corde cre
ditur ad iustitiā. s. prius: ore aūt ꝯfessio fit ad
salutē. s. postea. Inuitatoriū etiā non dicit̄ ꝓ-
pter quattuor rōnes. Primo ad ostendendū
ꝙ ecclesia in p̄mitijs suis venit de gētibus ad
dñz non īuitata vel vocata per p̄conē aliquē:
sed sola stella duce. iuxta illud. Nemo nos cō
duxit: vt sic incutiatur erubescētia eis qui tar-
de credunt cum multos habeant p̄dicatores.
Magi eñ nō vocati venerunt adorare xp̄m.
Scđo vt nos qui quotidie īuitamur: ⁊ excita
mur ad adorandū ⁊ deprecandum deū: videa
mur detestari inuitationē fraudulentaz hero
dis dicentis magis. Ite ⁊ interrogate diligē
ter de puero ⁊c. Tertia ē causa qz ipsa res nos
inuitat. s. stella ꝑ quaz significat̄ fides que du
cit nos ad deum ⁊ illumīat nos in noctu huiꝰ
seculi. Quarta qz p̄s. Uenite. qui dicit: dicit̄ ī
nocturnis: ⁊ sic idez repeti videret̄. Licz ergo
hac die nō dicatur īuitatoriū: tñ p̄s īuitatoriꝰ
scz Uenite exultemꝰ. in tertio nocturno ad se-
ptimā antiphonā đr ad ostendenduz ꝙ in ter
tio tp̄e. s. gr̄e sufficiēter īuitata est eccl̄ia de gē
tibus ⁊ nullꝰ se excusare pōt: qz in oēm terraz
exiuit sonꝰ eorū. xix. di. ita. et quia tertio tp̄e. s.
gratie data est vniformis gr̄a in plenitudine:
Dicitur quoqz ad septimā antiphonaz ad no-
tandū ꝙ ꝑ baptismū datur sp̄us septiformis.
Per hebdomadā dicit̄ inuitatoriū ī persona
magoruz alijs que viderāt nunciantiū. Legū
tur autē tres lectōnes de Isa. qui exp̄ssus loq̄
tur de xp̄i natiuitate: de qua siue đ nati appa-
ritōe hoc festum est. ¶ Sed queritur quare ī
quibusdam ecclesijs in principio tertij noctur
ni huiꝰ festi canitur psal. Deus noster refugiū
cum antiphona Fluminis ⁊c. cum ipse prece
dat in ordine psalterij vltimuz psalmū prime
nocturne ⁊ oēs scđe. Respōdeo. tertiū noctur
num recolit nouū testa. quod est tp̄s gr̄e: qua-
propter hoc tertiū nocturnuz habet in capite
antiphonā. Fluminis. que cum dicto psal. no
uum tangit testamētū: ⁊ ideo dictꝰ psal. tūc ⁊
nō prius đr. Preterea antiphona ip̄a bz all̄a

quod nō ponit in antiphonis p̄me vel secūde nocturne: vt dictū est sub natali. ¶ Rursus iō ponitur in septimo loco: qr ptinet ad septiformem gratie spm̄ p vim baptismi collatū. Sequentes etiā antiphone cū suis psalmis nouū indicant testm̄: ⁊ hi tres psalmi mōstrant commotionez gentiū ꝯtra p̄dicationē apl'oꝝ: subuersionem idoloꝝ: ⁊ ꝯuersionem fideliuz. Romana tñ ecclesia dictā antiphonā. Fluminis. cum suo psal. ponit in primo nocturno: ⁊ psal. Venite. in tertio ſm rectū ordinatū ⁊ naturalem ordinē psalmoꝝ: ⁊ ꝯgrue qr gentes tēpore gr̄e venerūt ad fidem. ¶ Et attēde ꝙ antiphone in p̄ma parrochia siue nocturna continent sacerdotes: ⁊ in secūda reges: in tertia vsqz ad angelos ꝑuenitur. Post tertiū nocturnum statim cantatur euangeliū Luce. Factū est autē in quo de baptismo saluatoris plene agitur: ⁊ eius genealogiā describit: qr vt p̄missum est hoc festū de natiuitate est. ¶ Notandum autē ē ꝙ mathe⁹ in euangelio. Liber generationis. enumerat generationē illā incipiens ab abraham descendendo vsqz ad ioseph virū marie de qua nat⁹ est iesus ⁊c. oñdens ꝑ hoc ꝙ a summo celo fuit egressio eius: ⁊ qualiter dñs ad nos descendit. Similiter Isa. xi. ca. Dona spūs sancti enumerās vltimo ponēs timorē dicit. ⁊ repleuit eū spūs timoris domini. Sed lucas in hoc euangelio. Cū factū esset. illam enumerat ascendēdo: qr post baptismuz eam enumerat nec sistit eam in abrahā: sed in eadē vsqz ad deum ꝓcedit ꝑ grad⁹ sic: q̄ fuit hely. ostendens ꝑ hoc ꝙ a baptismo iter est ad deum: sed hoc quasi ꝑ quosdam gradus virtutū q̄ significant ꝑ patres gradatim ordinatos: ⁊ tangit filios ſm legē nō ſm naturaz sic: q̄ fuit Nathan: qui fuit Dauid. supple fili⁹ scz adoptiuus. Una ergo generatio describitur descendēdo altera ascendēdo qm̄ vna carnalis: altera spūalis. In vna ponit. genuit. vbi carnalis gñalis ⁊ tēporalis successio exp̄mit. In altera ponit. q̄ fuit: vt notet spūalis generationis adoptatio. ⁊ describit ascēdendo: vt notet spūalis ascensus. Prima terminata est in virginis ꝑtu. Scda nobis inchoata est ꝑ baptismū. Tria ergo sunt euāgelia hui⁹ solennitatis. vnū est de baptismo. s. Factū est. scdz de magis. s. Cuz natus esset iesus. qd dicit in missa. ⁊ ibi dicit. Sic enī scriptū est ꝑ ꝓphaz scz Micheā ca. v. Tertiū est de nuptijs quod dicit in dñica seq̄nti post festū hilarij. ¶ Sane p̄missa duo euāgelia de generatiōe christi de nocte dñr. vnū in natiuitate. alterum in epiphania: qr vtraqz xp̄i generatio fuit in nocte: i. obscura ⁊ p̄oꝝ sensibus nō. itellecta. De hoc enī sub natali dictū est. Post euangeliū ecclesia exultando dicit. Te deū laudam⁹. Paruz ergo agit de baptismo dñi in nocturnali officio: sed supplet i octaua: in qua agit de apparitione facta in baptismo: p̄sertim in antiphonis laudum: q̄ ostendūt effectū baptismi i nobis. s. vt baptizemur: vt a peccatis ꝑ nostrū lauacrum abluamur. Oēs enī vni⁹ ⁊ septimi toni sunt. vnius ad notandū ecclesie vnitatez: in qua soluz baptisma ꝓdesse pōt. Septimi ad notandū ꝙ in baptismo dat septiformis gr̄a spūs sācti. Vel qr ꝑ baptismū ꝑuenit ad septimam etatē quiescentiū. Si enī aliq̄s statiz p⁹ baptismū digne acceptū decedat: mox recipit p̄maz stolam q̄ dat in septima etate. i. in scda vespa. Antiphona vero ad Magnificat est octaui toni. qr in vespa mūdi nobis dabit stola scda. i. gl'ia corporis. quā in octaua etate nos recepturos speramus. Duplex est enī mūdi vespera. Prima est sexta etas ſm ꝙ dñs dicit i vespe mūdi nat⁹. Iuxta illud. Vergente mundi vespe. Scda est finis mūdi in qua vel post quā dabitur nobis gratia carnis: de qua dicitur. Ad vesperam demorabitur fletus. Nā vsqz tunc erit fletus miserie nostre: sed tunc erit finis. Dicitur etiā ad horas capl'z illud. Surge illuminare. ⁊ illud. Sup te aūt. ⁊ illud. In undatio. q̄ sunt Isa. lx. ca. Missa siue diurnū officiū similiter ꝑtinet ad p̄muz principale et p̄cipuū miraculum. s. ad p̄mitias gentium: et ad munera magoꝝ: ⁊ ad xp̄i natiuitatez. Unde introitus qui sumitur de Isa. lz nō sit ibi cōtinue est. Ecce aduenit ⁊ cetera. Ecclesia eniz de gentibus electa pro suo vocationis initio gaudens gratiosuz laudis preconium offert. deo pro sua salute dicens. Ecce ⁊ce. quasi dicat. Ecce in propatulo est ꝙ dominus natura: dominator effectu aduenit. i. ad nos venit ⁊ carnem assumpsit: vel vt alludam⁹ p̄ñti diei

ad nos venit.i.qui in carne latebat per multa signa deꝰ esse apparuit: vt ꝑ stellaꝫ: ꝑ magoꝝ munera: per vocem paternā. ⁊ per spiritū sanctum in columba. ⁊ ꝓpter hoc vtiť aduerbio demonstrandi Ecce: ostendens apparitionē filij dei quasi ad oculuꝫ ꝑ premissa. Epistola. Surge ⁊ illuminare. ⁊ graduale. Omnes de saba ⁊c. sunt de eodē ⁊ sumūtur de Isa. lx. ca. ⁊ euangeliū de eodē. s. Cuꝫ natas esset ⁊c. qđ est mathei. ij. c. Ex quo sumūt alleluia ⁊ communioneꝫ. Sicut aūt in matutino officio fit suppletio in octaua: vt iam tactuꝫ est: ita ⁊ de misse officio simpliciter fit suppletio. Nam in troitus misse hodierne notat gaudiū gentiuꝫ de aduentu saluatoris exultantium: ⁊ in collecta hortatur gentes ad cōtemplanduꝫ eiꝰ speciem quam ꝑ fidem cognouerūt. Reliquū totum est de miraculo huiꝰ diei. s. de gentibꝰ per stellam ductis. ¶ Non est etiam ꝑtermittendum ꝙ in italia in missa huius diei futurū pascha populis annūciatur. Sacerdos nāqꝫ vl' alius post offertoriū dicit alta voce. Annūcio charitati vestre gaudiū magnū quod erit omni populo: qꝛ septuagesima erit tali die ⁊ pascha tali. In cōcilio vero Bracharen̄. de ꝯse. distin. iij. placuit ꝑmo. ita legitur. Placuit vt postq̄ omnia in cōcilio sacerdotuꝫ fuerint ordinata super venturū ipsius anni pascha quo kalendarum die. i. quo die ante vel post kalēdas: vel quota luna debeat suscipi a metropolitano episcopo intimetur: quod ceteri episcopi vel reliquus clerus breuiculo subnotantes vnusquisqꝫ in sua ecclesia aduenientе natalis domini die post euangelicam lectionē populo annuncient: hoc tamē non vbiqꝫ seruatur. ¶ Rursus i cōcilio carthagineñ. e. di. placuit. i. Statutū est vt dies pasche formataꝝ. s. lr̄aruꝫ subscriptiōe oībus intimeť. Dies vero cōcilij. xi. kalendas nouēbris serueť. Quidaꝫ tñ vltramontani ep̄i in synodo quā celebrāt die mercurij ꝓximiori festo beati luce ꝑmissa annunciant. Quidā asserunt in vigilia epiphāie ieiunandū fore: eo ꝙ sibi ꝓprium officiū appropriatur: ⁊ alleluia in officio nisi in dñica interueniat subticeť. ⁊ dicitur euangeliū. Defuncto herode. quod est mathei. ij. ca.

¶ De octaua epiphanie. Rubrica



stola ꝙ.s.orauit Esdras ꝛc.sumit de Esdra ix.ca.in qua est oratio Esdre ꝛ confessio qui ora uit sicut etiã Daniel orauit. Peccauim⁹ ꝛ iniu ste egim⁹ ꝛc.ꝛ per istam confessionẽ meruerunt remissionẽ peccatoꝝ.et ita ostenditur effectus confessionis. In alijs ecclesijs legitur epla. Factus est sermo dñi. Ezechiel.xviij.ca.que etiã loquit de effectu confessionis. Euange. Egressus iesus ꝛc. Math.xv.c.est de muliere cana nea:que per confessionẽ fidei cuz dixit. Dñe adiuua me. ꝛ p confessionẽ būilitatẽ cũ dixit. Mã ꝛ catelli ꝛc.meruit filie sue sanitatẽ ꝛ dictuz est ei. Mulier magna est fides tua. Quidã aũt legunt euangeliũ in quo iudei gloriãtes q̃ essent filij abrahe: cõuincũtur nõ esse filij abrahe quia nõ faciunt opa eius: sed esse ex patre dia bolo eius opera faciẽdo: vel vt quibusdã mo ris est legit euangeliũ: qõ alij legunt feria q̃n ta sequẽtis hebdomade de diuite qui apõ in feros cruciat: patrẽq; vocãs ꝛ depcans abra bam non vt filius exaudit. Mis cõsonat illõ p pheticuz quod in epla pmittitur q̃ si vir iust⁹ genuerit filiũ sanguinẽ effundentẽ ꝛ vniuersa detestãda facientẽ: ipse quidẽ in iusticia sua vi uet. filius aũt ei⁹ q̃ opatus est iniquitatẽ mor te moriatur. Cetera que sunt in itroitu: gradu ali ꝛ offerẽda: sunt laudes ꝛ orationes iusti. Cõ munio. Panis quem ego dedero. Joh.vi.ca. declarat vnde iustus viuat.s.de carne cristi.

¶ Et attende q̃ q̃nte ferie ꝑpria olim nõ ha bebant officia: sed a dñicis estiualibus officia bantur: ꝛ ea⁹ euangelia nõ sunt de ieiunijs in stituta: sed de diuite ꝛ Lazaro ꝛ vidue filio su scitato. Olim etesĩ nõ ieiunabãt: sed vt in dñi cis solẽnizabãt: sed postmodũ a Gregorio iu nore quadragesime fuerũt adiuncte ieiunio: ꝑut dictũ est sub septuagesima ꝛ i officiosita ee. Et inde est q̃ varietas epla⁹ ꝛ euangelio rum in quintis ferijs reperitur. de hoc dicet sub quinta feria sequentis hebdomade.

¶ De sexta feria. Rubrica.



In sexta feria que ẽ nona dies ieiunij qui nũer⁹ est angelicus petit ecclesia liberari ab oĩbus tribulatoĩbus. Et est introitus. De necessitatib⁹ ꝛc.fit hoc per angelos: et maxime per angelũ magni cõsilij.ꝛ ideo legit euangeliũ Joh.v.c. Erat dies festus ꝛc. In quo dr q̃ angel⁹ dñi descendit in piscinã ꝛ mouebat aquam: et sana batur vnus: ideo vn⁹ qz tñ vnitas ecclesie sa natur. Sed ne in ꝓtradictõe peccem⁹ sicut iu dei qui dicebant istud ꝙuerbiũ ironice. Pfes nostri manducauerũt vnam acerbã in deserto ꝛ dẽtes filioꝝ obstupescũt. i. nos punimur ꝓ pter hoc: quod nõ est iustũ: ideo legitur epistola de Ezechiele.xviij.ca. Anima q̃ peccauerit ipsa morietur. Filius nõ portabit iniquitatez patris: nisi imitetur patrẽ in malitia. Vindicat essi dñs iniquitatẽ patrũ in filios in bis q̃ ode runt eos. extra de reg.iu. nisi. i.q.iij. ꝓtotum.

¶ De sabbato. Rubrica.



Hostea vero non re stat nisi sabbatisin⁹. Et est epi stola de sabbato mentis. Fra tres boꝛtamur vos. Per sab batuz vero mentis ventur ad sabbatum eternitatis: ꝛ ideo dicit euangeliũ de trãsfiguratõne dñi in qua apparuerũt tan tũ moyses ꝛ helias quoꝝ exẽplo aiã ecclesia ad ieiuniũ. ¶ In missa bui⁹ diei lectio ꝑma ẽ. Orauit Moyses. Deutero.xxv.c. Scõa est. Dixit Moyses filijs israel. ibidẽ essi.xi.c. Ter tia est. Orationẽ faciebãt. ij. Da.i.c. Quar ta. Misere nostri. Ecclesiastici.xxxvi.ca. Quin ta est. Angel⁹ domini de qua dictũ est sub q̃r ta feria tertie dñice de aduẽtu. Quia ergo ꝑ ordinãdis orat ecclia cantat introitũ. Intret in cõspectu ꝛc.ꝛ graduale. ꝑpiti⁹ ẽ ꝛc.ꝛ Pro tector noster aspice ꝛc.ꝛ Cõuertere dñe ꝛc.ꝛ Dirigat dñe oratio mea ꝛc.ꝛ Ad dñz cuz tri bularer clamaui ꝛ exaudiut me ꝛc. Ad q̃nq; lectões flectit genua: vt q̃nq; sensus ordinan doꝝ a dño dirigãtur. Quia vero dyaconi ꝛ sa cerdotes tanq̃ pfectiores eternis intẽdere te nẽtur: inde est q̃ ante sertã lectionẽ siue ante epl̃am nõ dr flectam⁹ genua: sicut nec aũ euã geliũ. Hoc etiã fit ꝓpter reuerentiã aplice lec tõis ꝛ ꝓpter eandẽ etiã cãm ad orationẽ sup ppl̃m genua nõ flectim⁹: sed solũ caput iclina mus. Rursus qz multũ valet deprecatio eccle sie assidua: quis essi est qui nõ audiatur i tribu

lationibus iccirco quinto loco legit̃ lectio de tribus pueris de camino ignis liberatis: ⁊ sequũtur gr̃arum actiones in cantico. Benedictus es dñe ⁊c. Quia vero officiũ p̃dicatiõis etiam ad subdyaconũ pertinet: iccirco sequit̃ epistola pauli.i.ad thessal.vlti.ca. Rogamus vos corripite inquietos: cõsolamini pusillanimes ⁊c. Officiũ eñ p̃dicatoris est alios corripere: ⁊ reliqua facere que in epl̃a ipsa docent̃. ⁊ ita epistola ipsa ꝑtinet ad ordinatos saltez in sacris. Deinde sequitur tract⁹. Laudate dominuz omẽs gentes: laudate eũ oñs ppl̃i. in quo omẽs inuitamur ad dei laudem: qui ministros suos sua misericordia cõfirmat. Tract⁹ ergo ⁊ canticũ. Benedictus es. sunt ordinatorum. Et qꝛ sacerdotes in viruz ꝑfectum cõmutari debent: quoꝝ ministerio panis ⁊ vinũ transsubstantiant̃ in corpus ⁊ sanguinem domini. inde est ꝙ legitur euangeliũ de trãsfiguratione. Assumpsit Jesus petrũ ⁊c. Mathei xvij.ca. Debent eñ transfigurari ita ꝙ in eis nõ appareat nisi resurrectio dei. Sed qꝛ in p̃senti vita sine tribulatione aut vix aut nũq̃ esse possumus: ⁊ ꝓpterea semper ad dominuz clamandum est: inde est ꝙ sequitur offertoriũ Dñe deus salutis mee ⁊c. ⁊ postcõio. Domie deus i te speraui ⁊c. Priuilegiatũ est hoc sabbatum: qꝛ in eo ordines celebrant̃.

¶ De scd̃a dñica q̃dragesime. Rubrica

Hec secunda dominica intitulat̃ dñica vacat: ꝓ eo ꝙ ꝓprio caret officio: ideo autẽ caret ꝓprio: quia cũ in p̃cedenti hebdomada occurrãt quattuor tempora: in quoꝝ fine ordines celebrantur: habebat antiqua ecclesie istitutio vt post finem diei sabbati inciperet officiũ ordinum: ⁊ in die dñica terminaret̃: ⁊ ita officium quod in fine diei sabbati incipiebat̃ vsqꝫ i diẽ dñicam ꝓtendebatur: ⁊ sic tunc ipsa dñica ꝓprio carebat officio. lxxv. dist. qd̃ a patrib⁹. extra de tempo. ordi. litteras. Verũ quia difficile erat a sexta feria vsqꝫ in diem dominicã nil comedere: factuz est vt in sabbato ordines celebrẽtur: ⁊ in die dominica que vacat officio: officium quarte ferie precedentis repetatur. Potest etiam dici ꝙ ecclesia suspendit organa sua in hac dñica que est quinta a septuagesima ad similitudinẽ populi qui existens in captiuitate: nec altare nec templuz habuit: imo organa sua suspendit: quare ꝓprium nõ habz officiũ. Sicut aũt dñica ista vacat ab officio ꝓprio: ita ⁊ omẽs quinte ferie quadragesime quondam ꝓprio carebant officio: ꝓut sub q̃nta feria dicetur. Et attẽde ꝙ hec dñica vacat solũ cantu diurno: nec vacat oĩno officio: nec euangelio: ⁊ ideo solũ in graduali dz intitulari dñica vacat: ⁊ nõ in antiphonario nec i euãgeliario. ⁊ i quibusdã ecclesijs dicit̃ euãgeliũ. Egressus. qd̃ dictũ est in ꝓrima quita feria. i alijs. Assumpsit iesus petrũ. Verũ in p̃cedenti dñica dictuz est ꝙ in ipsa dñica armauit dominus militem suũ quattuor cardinalib⁹ virtutibus: ⁊ gladio verbi dei. Sed quia vt p̃missum est in secũda feria pugna nõ libenter suscipitur nisi premiuz ostendatur: ideo agit̃ i hac secũda dñica de benedictiõe q̃ est quintuplex: scz benedictio liberationis: gr̃e: augmẽti gr̃e: cõtemplatõis ⁊ glorie. Quia vero benedictio illa impetratur ꝑ orationẽ: ideo dñica ista cõsistit in or̃one. Unde dicit in introitu. Reminiscere miserationũ tuaꝝ dñe ⁊c. petẽs cantu lugubri liberationẽ a vitijs ⁊ peccatis ⁊ spiritibus imundis. Hec est p̃ma oratio ⁊ p̃ma dei benedictio. s. liberationis. In epl̃a vero que ẽ. Rogamus vos ⁊c. i. ad Thessal. iiij. c. petit sibi dari secũdaz benedictionẽ. s. gratie siue gratiam ad bene ambulandũ ⁊ bene agendum dicens. Hec est eñ volũtas dei vt digne ambulemus: vt sciat vnusquisqꝫ vas suũ possidere i sanctificationez. s. vt sic celeste corpus ⁊ celestia appetat: ⁊ in honore. s. vt sit deo dignũ tẽpluz: qꝛ sedes dei ⁊ tẽplũ spũs sancti sunt nr̃a corpora vt ait apl̃s. Oĩs q̃ caste ⁊ pie viuit tẽplũ dei est: ⁊ spũs sãcti sedes. Et i hac sola dominica idem est graduale ⁊ tractus: eo ꝙ ip̃a tota cõsistit in oratione liberationis. Oratio exprimit laborẽ ⁊ planctũ que duo significantur in graduali ⁊ tractu. Est autez graduale Tribulationes ⁊c. Tractus est de necessitatibus ⁊c. Alij autẽ dicunt tractũ. Dicit domin⁹ mulieri. qui est mathei. xv. ca. Tertia benedictio est benedictio augmenti gr̃e. Quarta cõ-

templationis. Quinta benedictio glorie. Qr vero benedictiones hmōi nō habent vel ꝯseruantur sine magna lucta: ideo in nocturno officio de lucta iacob cū angelo ⁊ in vtero agit: vt exemplo iacob supplantemus fratres nostros malos. s. si quid nobis inferūt iniurie dissimulantes: ⁊ fit pugna ista in vtero rebecce: id est ecclesie. Rebecca eñ gratia īterpretat. In p̄mo rñsorio in nocturnis agit de augmēto gratie. Dixit eñ isaac ad filiū. Tolle arma tua pharetrā ⁊ arcū ⁊c. arma p̄dicatoris sunt sacre scripture q̄ dicūtur pharetra: quia de eis sumūtur sagitte ad ꝑcutiendum diaboluz. Iacob igitur. i. verus p̄dicator venatur ⁊ interficit homines bona venatiōe ⁊ interfectione. s. per arcuz sacre scripture ⁊ in se occidit bestias: id est vitia et peccata. s. porcū luxurie ⁊c. ⁊ tūc cenat cū eo isaac. i. risus. s. dñs q̄ delectatur in talibus. Sunt eñ ei delitie cenare cū talibus Uñ scd̄m responsoriuz est. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. i. paradisi. hoc etiā est id qd̄ supra dicit apostolus. Ut sciat vnusquisq; vas suū possidere in sanctificatione ⁊ honore. Sequit versus. Qui maledixerit ei: sit ille maledictus. Omēs eñ q̄ populo xp̄iano iuniori maledicunt maledicti sunt: vt iudei gentiles ⁊ alij. ¶ In tertio respōsorio dicit. Det tibi deꝰ de rore celi ⁊ de pinguedine terre abundātiā. Esto dñs fratrū tuoꝝ. seruiant tibi trib⁹ ⁊ populi. hec benedictio datur ecclesie: vt omībus populis dñetur. Ista vero tria rñsoria sunt septimi toni ad significandū q̄ ipsa ecclesia impetrat nobis gr̄am septiformē spiritus sancti. ¶ In scd̄o nocturno in quibusdam ecclesijs ē responsorium. Si dominus ⁊c. In cuius versu dicitur. Iacob erexit in titulū lapidem oleū fundens desuper. quod nos facimus cū imitatione xp̄i bona agimus. vngimus enim eum ꝑ fidem cum ipsum hominē plenū gratie eē credimus. ⁊ duo responsoria sunt de p̄mo et vnū de sexto tono: quia de xp̄o agunt qui est principiuz ⁊ finis: ⁊ in sexta etate vnct⁹ fuit oleo leticie p̄ participib⁹ suis. In septimo vero respōsorio orat iacob. Erue me d̄ manu fratris mei: quia valde eum timeo. Ualde eñ debet timere sanctus ne corrumpatur a malis. In octauo responsorio agitur de benedictione ꝯtemplationis. Unde ibi loquitur de lucta Iacob cum angelo: quia per orationem debemus luctari cum domino: donec habeamus statū cōtemplationis. Et dixit ei angel⁹. Dimitte me aurora est. i. satis habes fidem vel charitatez vel gratiam. Nec debemus dimittere donec de luctatione contra vitia faciat nos contemplatiuos: quia regnum celoꝝ vim patitur ⁊ violenti rapiūt illud. Tunc autē videtur sine nubilo peccati. Unde in nono responsorio dicit iacob. Uidi dominū facie ad faciem. i. sine nubilo peccati nō sine velamīe creaturarū. Hac ratione ecclesia parisiensis dicit legere hac die euangelium de transfiguratione que ē benedictio glorie. Et ita patz q̄ habita benedictione liberationis: gratie: ⁊ augmenti gratie ⁊ cōtemplationis: ⁊ considerato premio glie libēter ⁊ fortiter pugnāt milites xp̄i.

¶ De secūda feria. Rubrica.



Secunda feria est de oratione. Unde in epistola que incipit Orauit daniel ⁊c. Danielis. ix. ca. ostēditur quātuz valet oratio cū ieiunio. daniel. i. vir desideriorꝝ orauit pro populo suo et abstinuit a regalibus cibis: ⁊ vsus est legumi nibus: ⁊ ideo exaudita est oratio eius sicut ei dictum est ab angelo. Sed quia nil valet oratio nisi q̄ fit in cognitione dei: ideo sequitur euangelium. Iohā. viij. Ego vado ⁊ queritis me et nō inuenietis dicit dominus iudeis. Et iterum. Ego sum desursum ⁊c. Ego non sum de hoc mundo: ⁊ non cognouerunt eum: ⁊ iō adhuc manent in peccatis suis. Ibi itaq; diuidit dñs spirituales a carnalibus. i. aquas que sunt sub firmamento ab his que sunt super firmamentum: ⁊ ita huic secunde ferie competit opus secūde diei: ⁊ ideo introitus est de secundo tono. Carnales eñ non possunt orare deum: quia non cognoscunt eum. Nam qui ī carne sunt deo placere non possunt. lxxxij. distin. Nempe ea que in introitu graduali offerēda ⁊ communione cantantur: sunt orationes: cōsolationes ⁊ laudes ꝯuerse gētilitatis cui dominus exhibuit intellectum.

¶ De tertia feria. Rubrica.



Ertia feria est de opere diei tertie qđ est Cōgregentur aque oēs in locuz vnū ⁊ terra fructificet. hoc fit quando homo nō curat de voluptatibus carnis ⁊ ieiunat per charitatē. Ieiuniū laudabile est: vt homo nō sit multuz curiosus de cibo corporali: vt dicitur in euāgelio. Nolite solliciti esse: sollicitudine. s. suffocante: sed sollicitudine ꝓuidentie possumus ⁊ debem⁹. ideo introitus Tibi dicit cor meuz exquesiuit te. est tertij toni propter opus tertie diei. In epistola vero. Factus est sermo dñi ⁊c. iij. Regum. xvij. ca. Hortatur ecclesia vt non simus multum solliciti. et hoc ꝓpter heliam qui pastus est a vidua sareptena: ⁊ a coruo: et ipē etiam pauit viduam dicēs. Non deficiat farina hydrie. i. gratia de corde. ⁊ oleuz de lechito. i. gratia seu vnctio spiritualis desup. Hoc idez hortatur per euangelium. Super cathedraz Moysi ⁊c. Math. xxiij. c. vbi sequitur. vnus est magister vester: ⁊ vnus est pater vester qui in celis est qui habet curaz de oībus. Rursus sareptena mulier ī introitu affectu ad xp̄m oñdit dicens. Tibi dixit cor meum. In graduali seipsam ꝯsolatur ⁊ hortatur dicēs. Iacta cor tuum. In offerenda misericordiā petit. In cōmunione quasi secura se mirabilia narraturā ꝓmittit dicens. Miserere mei deus: ⁊ narrabo mirabilia tua.

¶ De quarta feria. Rubrica.



Uarta feria est de penitentia: que feria est dies penitentie. In illa enim traditus est saluator. Et ostēditur ī epistola. Orauit hester ⁊c. Hester. xiij. ca. quantuz eam oratio faciat efficacem. Per orationem Hester que cuz regina existeret īduta fuit cilitio impetrauit suspensiōnem Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo. Quia vero penitentia concipitur timore iudicij: ideo de psalmo penitentiali qui intitulatur per octauam resurrectōis scz Domīe ne in furore. sumitur ītroitus. Ne derelinquas me ⁊c. quia vero non valet penitentia nisi imitetur christum: ideo sequit euangelium. Ascendens iesus ⁊c. Mathei. xx. ca. de cruce christi. vbi habetur. Ecce ascendim⁹ hierosolymam. et sequitur ibidem de filijs zebedei qui petierunt vt vnus sederet a dextris: et alius a sinistris. et dixit eis domin⁹. Potestis bibere calicez quē ego bibiturus sum ⁊c. qui non bibit de calice glorie: et postponit se christ⁹ apostolis in exemplum qui de hoc irascebantur.

¶ De quinta feria. Rubrica.



Uinta feria est de piscibus ⁊ auibus id est de nō confidentibus in domīo: ⁊ cōfidentibus in homine: de quibus habetur ī epistola. Maledictus homo qui confidit in homīe. Hiere. xvij. ca. ꝯponit carnem brachium suum ⁊c. et post Benedictus vir qui confidit ī domino. Et hec ostendūtur per euangelium. Homo q̄dam ⁊c. Luce. xvi. qđ est de diuite et Lazaro. Diues eñ non confidebat ī domīo: et ideo in inferno positus est. Pauper vero cōfidebat: et ideo ī sinu abrahe requiescit. In offertorio Precatus est Moyses ⁊c. ostenditur ꝙ oratio iusti efficax est. Moyses enim erat ouis: quia mansuetussimus hominū fuit. et est forma ieiunij: et placationem impetrauit sup irā qua dominus iratus erat iudeis propter vitulum conflatilem. Rursus quidam hodie legūt euangelium in quo docet dominus non in hominis sed solius dei testimonio confidenduz: de seipso enim loquēs ait ſm carnis fragilitatē. Si ego testimoniū perhibeo de memetipso testimonium meum non est verum. ⁊ infra. Ab homine testimonium non accipio. ⁊ infra. Habeo testimoniū maius Iohāne. His ꝯsonat p̄missa lectio de Hieremia. Maledictus homo qui ꝯfidit in homine ⁊c. Et infra. Benedictus vir qui ꝯfidit in domīo. Confidens igit̄ orat in introitu ⁊ ī graduali: ⁊ etiā in offerenda in ꝑsona Moysi: in qua fit v̄boꝝ repetitio: quia sepe ad dñm ꝓ populo ītercessit. de hoc etiā dictum est sub scđa domīca post epiphaniam. Cōmunio. Qui manducat. Io. vi. capi. ostendit quid vtilitatis ꝓueniat cōfidēti scilz ꝙ in xp̄o maneat: et christus in eo. et hec

cōmunio bene ꝓgrueret sabbato ante dñicaz palmarū. ¶ Notandū aūt est ꝙ sicut p̄cedēs dñica vacat ab officio, ꝓut ibi dictum est: ita t oēs quinte ferie in quadragesima quondā p p̄io carebant officio excepta forte q̄nta feria cene dñi. Illa tamē mutuat itroitū a tertia: feria illā p̄cedenti. Nā sicut quelibet q̄nta feria auctozitate Melchiadis pape. de ꝓse. di. iij. ieiunīū, soluta erat a ieiunio: ita et ab officio. Unde beatus Grego. nullum in quinta feria instituit officium: nihilomin⁹ tñ boze et matutine ac vesptinū officiuz cantabank. Unde necessarium erat vt sup. Benedict⁹ t Magnificat antipbone de euāgelijs alioz diez sumpte dicerētur. Sed Grego2ius secund⁹ instituit ieiunīū t officiū q̄nte ferie. ea que tñ p2⁹ instituta erant de matutinis t vesptinis officijs nō mutauit: t inde est ꝙ antipbone que cantātur sup Benedictus t Magnificat in q̄ntis ferijs non ꝓsonant euangelijs illi⁹ diei. de boc in quīta feria p̄cedēs bebdomade dictū est.

¶ De sexta feria. Rubrica.

SExta feria agit de ope sexte diei in qua fact⁹ est bomo. et boztatur nos eccl'ia ad mansuetudinē t patientiā. vt oēm irā de cozdib⁹ nostris remoueamus: et boc exemplo Joseph et xp̄i. Et est epistola. Dixit Joseph. Geñ. xxxvi. ca. de Joseph qui multa passus est a fratrib⁹ suis. et tamē sublimatus est velint nolint. In euangelio Matbei. xxi. monemur ad p̄dicta exemplo xp̄i. bomo erat paterfamilias qui plantauit vineam id est iudaicum populū per doctrinam legis: ad vltimū misit filiuz suū ad cultores vinee ad quos p2ius miserat seruos quez interfecerunt. per boc autem. s. mansuetudinē t patientiam satiabimur in futuro. vnde itroitus est. Ego autem cum iusticia apparebo in conspectu tuo: satiabo2 duz manifestabit⁹ gloria tua. Ad tolerandas etiam persecutiones p2opter iusticiam boztatur i graduali. Ad dominum cum tribularer. et in offertozio. Domine in auxilium. t cōmunione. Tu domine seruabis.

¶ De sabbato. Rubrica.

SAbbatuz de cōuersione vel ꝓfessione p̄ que cessat bomo ab ope suis: et sic sabbarizat t recipit⁹ bñdictōem a dño qui benedixit diei septimo. Ab boc autē instruimur per legem dñi t gratiam spūs sancti. vnde itroitus est de lege. Aer dñi tc. t est p2imi toni: qua cōuersio ad deum est p2incipiū bone vite. vñ sequitur: quertēs aīas Sequitur. Justicie dñi recte letificantes coz da: quia dant sabbatū spūale: et bec p̄ncipaliter babētur per gratiā quod ostēdit⁹ p epistolam. Dixit rebecca tc. Geñ. xxvij. c. in qua babetur ꝙ rebecca monuit Jacob vt afferret patri suo Jsaac duos bedos. Per rebeccaz gr̄a dei intellgitur que nos monet t ispirat nobis offerre deo abbominationē de peccato t ꝓfessionem que per bedos designat. Hedus est aīal fetidum est: t babet carnes sapidas. Cū est bomini fetet peccatū suū ꝓfitetur illō: qđ valde placet deo t angelis eius: quia gaudiū est angelis dei sup vno peccatoze pnīam agēte. Sequitur aūt in epistola. De roze celi. i. de gratia celesti. t de pinguedine terre. i. abūdātia tēpozaliū sit bñdictio tua. et ꝓponit de roze celi: quia boni spūalia ꝓponunt temporalibus. t postea sequitur de pinguedine terre: q2 p2imū querite regnum dei t bec oīa adijcient vobis. Boni est oīa babent. vnde apostol⁹. Tanq̄ nibil babētes: et oīa possidētes. extra de p2iuile. nimis. Mali similiter petunt bñdictionē qui per Esau designantur: sed q2 ipsi p̄ponunt temporalia spiritualib⁹: dicit eis. De pinguedine terre t de roze celi erit benedictio tua. Etsi est babeant aliqua spiritualia tamē eis p2eponūt temporalia. Sequitur respōsorium. Bonuz est ꝓfiteri dño tc. q. d. ecclesia. Ex quo per ꝓuersionem t ꝓfessionē peccati t reprobationē babetur benedictio et temporalia t spiritualia. Bonū est ꝓfiteri domio. Itē babetur in euangelio Luc. xv. Homo quidaz babuit filios duos: et petijt vnus dicens. Da mibi partem hereditatis que me contingit. t diuisit illis substantiā suam t post ille cōsumpsit omīa. postea fuit tāta fames in terra ad quā venit: vt ꝓpelleretur fame esse p2ecarius

id ē subulc⁹: ⁊ dixit reuersus ad se. Quāti mercennarij ⁊c. Quando eñ homo oīa bona sua amisit per peccatū non habet quid comedat: ⁊ permittit ita deus ipsum cadere vt arguat eum malicia sua: vt legitur Hiere. ij. circa medium. et moriatur fame: ⁊ dicat quot sunt. s. in ecclesia qui habēt iocūditatem mentis: ⁊ ego fame pereo reuertar in domuz patris mei. vñ in Exo. ix. habetur ꝙ egyptij ꝯpellebāt filios israel exire de egypto: tūc recipitur ⁊ datur ei p̄ma stola. i. gratia: et ita in euangelio habet̄ de ꝯuersione. ¶ Rursus taz in euangelio vbi habetur de duob⁹ filijs q̄ in epistola vbi agit̄ de Jacob ⁊ Joseph duoꝝ popl'oꝝ: iudaici vz ⁊ gentilis significatio ꝯtinet̄. Judaic⁹ gratiā spūalem amittit. gentilis vero ꝯuersus ad penitentiā de lege dñi in ītroitu gloriat̄ ⁊ cātat. In graduali vero dño ꝯfitetur ⁊ laudat. in offerēda oculos suos petit illumīari ne dormiat vt inimic⁹ non p̄ualeat ei. ¶ Et attende ꝙ rationabiliter in scd̄a quadragesime hebdomada legitur euangeliū de filio ꝓdigo reuertente ad patrē: q̄z gentilis popul⁹ p̄ doctrinā legꝫ ⁊ euangelij ad creatoris cultum reuertit̄: ⁊ q̄uis penitēs p̄ fidē ⁊ opationē vel p̄ duo p̄cepta charitatis dño recōciliat̄. cōio est. Oportet te. Luce. xv.

¶ De dñica tertia q̄dragesime. Rubrica.



Ertia domīca ē cōfessionis ⁊ quarta refectōis: sicut eñ supra dictū est. dñs ī p̄ma dñica q̄dragesime armauit militem suū. in scd̄a ostēdit ei p̄mium. āmodo ergo nō restat nisi vt ostendatur via: quia p̄ ꝯfessionē ⁊ refectionem illuc venit̄. est ergo dñica ista ꝯfessionis. Est autē duplex ꝯfessio. s. peccati ⁊ laudis quas hr̄e dz homo. Per humilitatem eñ ꝯfessionis expectat homo a deo oīa que expectat. s. liberationem ⁊ donum gratie: ⁊ oīa alia bona. vñ ītroitus. Oculi mei semp̄ ad dñm ⁊c. et est septimi toni: quia p̄ septiformē gratiā spūs scti euelletur homo de laqueo diaboli. per cōfessionem eñ scrutant̄ mala: et ideo fit statio ad sanctū Laurentium qui per ꝯfessionez liberatus est. Hec humilitas liberauit Joseph de manib⁹ fratrum suoꝝ ⁊ de carcere: et ideo cantatur in officio nocturnali. Adhuc dñica ista sexta est a domīca. lxx. et sexta feria dñs crucifixus est: ⁊ ideo fit mentio de passione dñi que per Joseph significatur: ⁊ ita etiam ip̄i diei ꝯpetūt q̄ dicūtur. Nam xp̄s per humilitatē liberat⁹ est ab insidijs fratrū suoꝝ. i. iudeoꝝ: et exaltatus est in toto egypto. i. in mūdo: ⁊ ita que litteraliter acta sunt circa Joseph spūalit̄ sunt facta erga xp̄m: et nocturnum officiuz ordinē comitatur historie. Cum eñ p̄cedenti dñica cantatum fuerit de Jacob in hac succinit̄ de ioseph qui venditus a fratrib⁹ illos in fame ditauit: ⁊ xp̄s a iudeis crucifixus sua morte humanū genus redemit: et redimendo a demonio liberauit: ꝓut in euangelio legit̄ hodierno. Ceterum qualis debeat esse ꝯfessio ostēdit apl's in epistola. Fratres imitatores mei estote ⁊c. ad Ephe. v. ca. Primo eñ esse dz in humilitate scz vt humiliem⁹ nos deo: ⁊ ita in nouitate vite ambulemus. Scd̄o in p̄seuerantia. s. vt homo nō redeat ad vomituz: ⁊ vt infamia peccati remoueatur. vnde dicit. fornicatio autē ⁊ immūdicia nō nomīetur ī vobis ⁊c. hoc fit p̄ p̄seuerentiā in bona vita. Ad hoc idez hortamur in euāgelio in fine in quo ostēdit̄ ꝙ gr̄a expellit peccatum. Erat inq̄t ih̄s eijciens demoniū ⁊c. Luc. xi. c. ⁊ Math. xiiij. Jh̄s. i. gratia. Iste idē demoniac⁹ cecus dicit̄ a Matheo ⁊ Beda. Cecus inq̄t Beda videt: mut⁹ loquitur: possessus a demonio liberatur. ⁊ cuz eiecisset demoniū locutus est mutus: quia quando data est homini gratia ꝯfitetur et loquit̄ in ꝯfessione. Postmodum ostēdit dñs stabilitatē regni sui p̄ indiuiduā charitatem ⁊ instabilitatē regni diaboli. Omne inq̄t regnum in seipsum diuisum desolabitur: et sic regnum diaboli et suoꝝ qui diuisi sunt a deo destruetur. Sed regnuz dei manet in eternum: et ita inuitat oēs homīes ad regnum suuz qd̄ manet. Propter hoc debet homo p̄seueranter agere op̄a ꝯfessionis: quia per ea habebitur regnum celoꝝ: ⁊ ideo respōsorium est. Exurge dñe nō p̄ualeat homo. i. diabolus qui nobis intendit auferre regnuz celoꝝ. Hoc igitur intendit ecclesia vt simus perfecti in cōfessione: ⁊ similiter p̄fecte moriamur peccatis: vt per bonam vitam etiā

infamia peccati deleat sicut dicit dñs p Hiere. Perdam babylonis nomen. Hoc dicit qz gratia expellit peccatum et infamiā. Sequit̄ ⁊ reliquias ⁊ germē babylonis ciuitatis. i. memoriam delectabilē: vt. s. homo doleat qñ ad memoriā reducet ¶ Rursus quia sicut in euāgelio dicitur. Surdus audiuit: ⁊ mutus v̄ba dei narrauit: ideo dicit̄ in introitu. Oculi mei semper ad dñm: et ne iteruz deficiat misericordiam īplorat subdens. Respice in me: et ī graduali. Exurge domīe. Deinde vox quondam muti secunda facundia: cui⁹ os aperuit sapiētia p̄ces suas ingemiat: et decēti silitudine in tractu porat dicens. Ad te dñe. In offerenda iā loquens predicat iusticias dñi rectas: eo q̄ a se humiliato demoniū exierat: sz ad iudaicū populū sup̄bientez spūs mūdus redierat. In cōione de muto factus orator gratulat̄: q̄ sicut passer īuenit sibi domum et turtur nidū.

¶ De secunda feria. Rubrica.



In dominica p̄cedenti dictū est q̄ dñs saluat p ɔfessionem: in hac vero secunda feria ostenditur q̄ dñs saluat etiam p baptismū. Sz qz baptism⁹ datur p trinitatē: ideo de trinitate ē introit⁹. In deo laudabo verbum. ⁊ ponit̄ ibi ter hoc nomē deus. ⁊ est de tertio tono qđ totuz ɔtingit̄ ꝓpter hoc qđ loquit̄ de trinitate. Epistola vero. Naamā p̄nceps ⁊c. que ē. iiij. Reg. v. ca. est de Naaman quē misit rex syrie dñs suus ad Helyseū vt sanaret eum: et precepit ei vt in iordane se lauaret septies et fieret eius caro sicut caro pueri: et ita factū est. Iordanus interp̄tatur descēsus humilitatis ī qua ecclesia mundari petit: et hoc facit ad p̄ceptū domini querens p humilitatē salutez in aqua que ē inferior creatura. Postmodū sequit̄ respōsorium. Deus laudem meam ne tacueris: in quo ecclesia humiliat se p ɔfessionem: et est tertij toni ratōe p̄dicta. In euāgelio vero. Dixerunt pharisei ad iesum. Luce. v. ostendit dominus q̄ non sunt missi ꝓphete nisi ad humiles sicut helyseus ad Naaman: et helias ad viduaz: et ostendit superbiā iudeoꝝ. Postea dixit. Ihs autem transiens p medium illoruz ibat. ad significandū q̄ humilis q̄cquid sibi fiat viā suam nō derelinquat.

¶ De terria feria. Rubrica.



Tertia feria est de oratōe ⁊ misericordia per que etiaz saluat domin⁹. Unde introitus est. Dum clamarē ad dñm. Epistola v̄o. Mulier q̄dā ⁊c. est. iiij. Reg. iiij. c. de vidua cui⁹ filios creditor in seruitutē redigere ɔtēdebat: et ei⁹ vasa oleo repleuit Helyseus dicens ei q̄ de parte olei redderet debitum quod debebat: ⁊ de reliquo ip̄a ⁊ filij sui viuerent. Uidua est ecclesia cuius spōsus xp̄s non est presens corporaliter siue visibiliter que venit ad xp̄m: creditores sunt demones. vnde diabolus exactor dicitur q̄ pecuniā suam. i. īmundiciam a nobis exigit cuz vsuris. Unde Isa. xiiij. ca. Quomodo cessauit exactor quieuit tributuz. Sz xp̄s per opera misericordie liberauit nos ab hmōi creditore. Et petitur hmōi liberatio in respōsorio. Ab oculis meis mūda me domīe. Euāgeliuz vero quod est Mathei. xviij. ca. est de misericordia. s. Si peccauerit in te frater tu⁹ corripe eum. Si ignorat doce. Si penitet dimitte: nō dico septies: sed etiaz septuagies septies id est quotiēs peccauerit dimitte. ¶ Rursus vidua pro filijs ad helyseum orans dicit̄ ī introitu. Ego clamaui: et in graduali. Ab occultis. Demum precibus exaudita gratias agit in offerenda. Dextera domini. Et docz in cōmunione. Domīe quis ⁊c. quales se debeāt exhibere qui volunt oleum misericordie. s. qui volūt requiescere ī mōte ingrediātur sine macula ⁊ opentur iusticiam.

¶ De quarta feria. Rubrica.



In quarta feria agitur de impletōe mandatorū per quam domin⁹ etiā saluat. Sed quia per gratiam est impletio mandatoꝝ: ideo est itroitus. Ego autem in domīo sperabo. ⁊ est primi toni ad ostendendum q̄ spem debem⁹ ponere in solo deo. Epistola vero. Honora patrē ⁊c. est de Exo. xx. ca. in qua sunt īstituta vl̄ distincta p̄cepta dñi. Honora patrē ⁊ ma. ⁊c.

In responsorio vero petitur gr̃a. in quo osten dit homo infirmitatem suã dicẽs. Miserere mei deus qm̃ infirmus sum: quasi diceret: nõ possum per me adimplere mandata. In euãgelio. Accesserunt ad iesum ꝛc. Mathei. xv. ca. redarguit dñs iactãtiã iudeoꝝ: qui magis imitebantur traditionibus hoĩum q̃ dei: ꝛ rep̃hendebant discipulos dñi de traditionib⁹ legis vel senioꝝ. Quibus domin⁹ dixit. hypocrite ꝛc. non lotis manibus manducare nõ coinquinat hominez: ꝛ ostendit per que saluamur ꝛ iustificamur. In hac q̃rta feria fit p̃mo scrutinium ꝓut in ꝓxima quarta feria dicet̃.

¶ De quinta feria. Rubrica.

In quĩta feria ostẽdit ecclesia nõ esse salutẽ nisi a dño: ꝛ maxime ꝑ virtutes. Unde introitus est. Salus populi ego sum ꝛc. ꝛ est quarti toni: ꝓpter quattuor cardinales virtutes. Epistola vero. Factũ est verbũ ꝛc. est de Hiere. vij. ca vbi dicit̃: bonas facite vias vr̃as ꝛ studia vestra: ꝛ hoc ꝓpter bona opera virtutuz. ꝛ reprehenduntur iudei qui credebant se non posse dãnari: quia habebant dñi templum ꝛ om̃s alios dãnatos esse dicebant. Unde sequitur responsorium. Oculi omniuz. ostendens q̃ in solo deo sperandum est. Euangelium vero. Surgens Jesus. Luce. iiij. ca. est de sanatiõe socrus petri. ꝑ quod ostẽdit̃ q̃ in solo deo sperandum est: quia ab ipso ꝛ per ipsum salus mẽtis ꝛ corporis est. In alijs vero ecclesijs legitur euangelium sequentis dñice. Abijt Jesus ꝛc. ꝛ aliter incipit. Operamini. in quo improperat dominus turbe q̃ magis curabãt de salute corporis q̃ mentis. qm̃ voluerunt euz facere regem post miraculum factum de saturatione q̃nq̃z milium hoĩm de duobus piscib⁹ et q̃nq̃z panibus ꝛ hortat̃ eos dicens. Opamini nõ cibum qui perit: sed qui ꝑmanet in vitaz eternam. Cui cõgrue p̃mittitur p̃missa lectio hiere. vbi dñs ꝓmittit se hĩtaturũ cũ eis: ꝛ sic quasi regẽ futurũ eoꝝ q̃ talẽ cibũ fuerint opati: vt calũniã nõ faciãt innocentẽ ꝛc. Sanguinem nõ effundãt ꝛc. Rursus introit⁹. s. Salus ppli. vox est dñi ppl̃m ꝯsolantis. Graduale: offertoriũ: ꝛ cõio voces sunt populi de regis gratia confidentis. In hac autẽ quinta feria in qua agitur de salute fit statio ad scõs Cosmam ꝛ damianũ q̃ medici fuerũt: ꝛ hoĩes corporaliter ꝛ spiritualiter sanabant: ideo de ipsis fit mentio in collecta.

¶ De sexta feria. Rubrica.

Sexta feria que ẽ dies crucis ostendit̃ q̃ per crucem est salus. Unde introitus est. Fac mecũ signũ in bonum id est crucẽ. Maiorem charitatem nemo hz. i. maius signuz charitatis q̃ vt aĩam suam ponat q̃s ꝑ amicis. Epl̃a vero Cõuenerunt ꝛc. q̃ est Numeri. x. c. est de moyse qui bis ꝑcussit petram ꝛ fluxerũt aque vt biberent hoĩes ꝛ iumenta. Per binam ꝑcussionem duo ligna crucis intellige. petra xp̃s est: ꝛ fluxerunt aque doctrinarũ ꝛ gratiaꝝ: vt possit bibere totũ gen⁹ humanũ. Responsoriũ est. In deo sperauit cor meũ: ꝛ adiutus sum: quia in sola cruce ꝑfecta est humani generis saluatio. In euangelio vero. Uenit iesus in ciuitatem ꝛc. Jo. iiij. ca. ostendit dominus q̃ nõ solum pro nobis crucem sustinuit: sed ꝛ multos alios labores. Unde sequitur ibi. Jesus ergo fatigatus ab itinere ꝛc. et dicuntur ibi octo in quibus instruxit dominus samaritanam q̃ patent in euangelio: ꝛ ideo responsoriũ ẽ octaui toni. Communio est. Qui biberit. Johannis iiij. capitulo.

¶ De sabbato. Rubrica.

In sabbato vero ostẽditur q̃ domin⁹ saluat ꝑ iusticiam et misericordiam. Uñ epistola. Erat vir. Daniel̃. xiij. ca. loquitur de Susanna q̃ saluata est per iusticiam. Euangeliuz est de muliere deprehensa in adulterio: quam dominus liberauit ꝑ misericordiã. Ecce quomodo euãgelium ꝛ epistola cõcordãt. Quia ergo adultera in euangelio saluata est ꝑ mĩam: ideo videns ecclesia infirmitatẽ filioꝝ suorũ petit se liberari ꝑ misericordiã in ĩtroitu dicẽs. Uerba mea aurib⁹ ꝑcipe dñe ĩtellige clamorẽ meuz.

Et est quinti toni: ꝓpter quinqꝫ q̄ ponunt̄ in collecta que est talis. Presta q̄sumus omp̄s deus: vt qui se affligendo carnē ab alimentis abstinēt sectando iusticiā a culpa ieiunent. i. a delectatione q̄nqꝫ sensuū: sicut Daniel: Susāna: ⁊ Joachim. Misericordiā dei nō cōsequētur: qui sic nō ieiunāt. Sequitur versus ītroitus semiplenus. s. rex me⁹ ⁊ deus meus. ¶ Et ideo notandū est ꝙ in introitib⁹ aliq̄n duplex versus ponitur. aliquādo dimidi⁹: frequenti⁹ vnus. duplex vt in introitu defunctoꝝ Req̄ez. versus. Te decet ⁊c. ⁊ alius. Exaudi orationē meā ⁊c. quia oram⁹ ꝓ defunctis ꝓpter stolaz corporis ⁊ aīe quas rogamus eis dari. Dicit̄ etiam secūdus versus: quia succedit in locū illius versus Gloria patri: qui in officio defunctoꝝ tacet̄ ꝓ eo ꝙ mortui trinitatē vlterius laudare nequeunt. Ad cui⁹ laudem ꝑtinet iste versus. Sepius vero vnus dicit̄: quia ad vnū tm̄. s. ad deū vertere nos debemus. Dimidius autē hic ponit̄: quia q̄ misericordiaz dei impetrat: suā debet imperfectionē in operibus ꝯfiteri. p̄s. tantū opus significat. Post epistolā sequitur responsoriū. Si ambulez ⁊c. qd̄ sic ei respōdet: quē dn̄s liberat nullus ei nocere potest: igitur si ambulē in medio vmbre mortis nō timebo mala ⁊c. vmbra mortis est mors tēporalis. q. d. ⁊ si transeā ꝑ mortē tēporalē nō est timendū ex quo deus adiuuat. Et sequit̄ v̄sus. Virga tua ⁊ baculus tu⁹ ipsa me ꝯsolata sunt: quia tribulationes dn̄i cōsolant̄ hominē bonum. Est autē primi toni: quia in solo deo ponendum est spes. In euangelio vero. Perrexit Jesus. Jo. viij. ostendit se dn̄s auctorem mīe cū dixit mulieri adultere. Vade ⁊ ampli⁹ noli peccare. Item misericordia fuit quādo dixit. Qui sine peccato est vestrū: p̄us mittat in eam lapidez. iij. q. viij. q̄ sine. In offertorio petit similiter ꝑ mīam liberari cū dicit Gressus meos dirige. ⁊ pertinet ad octauā resurrectionis. post cōmunio vero ad beatitudinem q̄ est Nemo te. Johā. viij. ca. ¶ Illud autē notandum est ꝙ huius sabbati cōpletorio antiphona. Media vita. cantatur eo ꝙ nūc mediana quadragesime incipiat hebdomada. qui vero eam in p̄cedenti sexta feria cantant: numeruz dierū ieiunijs afflictoꝝ attēdunt. Hanc itaqꝫ sub breuiloquio duxim⁹ exponendā. Media vita xp̄us est. ip̄e em̄ mediator est dei ⁊ hoīm. x. di. qm̄. Ipse est via veritas ⁊ vita. viij. disti. qui contenta. Ipse quidē sanctus: ipse de⁹: ip̄e fortis: ipse misericors ⁊ saluator. Ad xp̄um ergo sermo dirigit̄. O media vita. i. o xp̄e. Vel media vita sancta trinitas est q̄ est in se vita: ⁊ nobis vita media. i. sufficiens ⁊ cōis ad quam sermo dirigitur. O media vita. i. o sancta trinitas: ideoqꝫ subdistinguitur sancte de⁹: scē fortis: sancte mise. sal. i. pater ⁊ filius ⁊ sp̄us scūs: a quo ⁊ per quem ⁊ in quo saluamur: ⁊ iō saluator etiaz trinitas appellatur. Ad quēcūqꝫ tamē sermonem dirigimus adiutoriuz querimus: quia in morte sum⁹ in miserijs p̄sentis vite: petimusqꝫ ne tradat nos amaritudini mortis eterne. Vel supple o dn̄e existentes in vita media sumus in morte. Prima fuit vita iusticie ⁊ innocentie: in qua creatus est homo. secūda est vita peccati ⁊ miserie ī qua lapsus ē homo. tertia erit vita immortalitatis ⁊ gl̄ie: ad quā reparabitur homo. Nos igitur duz sum⁹ in media vita: sumus in morte: qꝛ vita peccati mors est vite iusticie: ⁊ ideo querim⁹ adiutorē Alie ecclesie dicūt. medio vite: quia em̄ nūc est medium quadragesime q̄ vitam p̄ntem q̄ sine peccatis nō ducit̄ rep̄sentat: merito dicit̄ antiphona ipsa. In morte. i. in peccatis que ducūt ad mortē. Et quia in epl'a fit mētio de Susāna: ideo ꝓpter equiuocationē vocabuli fit hodie statio apud sanctā susannam.

¶ De q̄rta dn̄ica q̄dragesime. Rubrica.



Equitur dominica quarta in qua agitur de supna hierusalez. Et qꝛ in terrā illam venitur eo duce quo filij israel venerunt in terraz ꝓmissionis: ꝓut sub septuagesima dictū est: iō nūc legitur Exodi. vbi dicit dn̄s. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in egypto: ⁊ descendi vt liberarem eos de manu pharaonis. sicut autem domin⁹ liberauit ppl'm ꝑ plagas missas cōtra pharaonez: similit̄ ⁊ per plagas liberat de manu diaboli qui non vult dimittere nos nisi in manu forti: vt ibi habetur. Prima plaga est ꝯuersio aquaꝝ ī sanguinē ꝑ quā

peccatum infidelitatis significat. Per alias plagas significatur q̄ homo p̄ multas tribulatiōes ⁊ penas quas habet dum moratur in peccato cogit̄ redire ad dn̄m sicut de filio p̄digo legit̄. Legitur ergo Exodi. quia p̄ fidez est exitus a seruitute diaboli: ⁊ p̄ baptismuz q̄ significatur p̄ mare rubrū: ⁊ per impletionem mandatoꝝ. Quando vero homo talis ē facit seipsuz tabernaculū dn̄o: qui vero non facit ei b̄ tabernaculū: nec ipse faciet in futuro. Post Exodum sequit̄ liber Leuitici qui est terti⁹ in penthateuco qui p̄tinet ad leuitas q̄ debebāt dn̄o offerre sacrificia. vnde liber ē oblationū. Ex quo em̄ homo implet mandata: ⁊ facit tabernaculū dn̄o: non restat nisi oblationes deo offerre. Debet tn̄ sal apponere in oī sacrificio suo: quia cū discretiōe dz oīa facere. Qr ergo tales debēt esse mundi ab oī peccato: ⁊ offerre dn̄o hostiā mundā sanctā ⁊ īmaculatam: iō sequit̄ in Leuitico de mūdatiōe lepre: ⁊ dr̄ ibi multotiens. Sancti estote qm̄ ego sctūs suz. Et quia hoc fit in solēnitate cordis: ⁊ debent omnia fieri cū gaudio: ideo postea in eodez libro agitur de solēnitatib⁹. Rursum qr nullus ita p̄fectus est quin peccet aliquādo saltē venialiter: ideo ibi habet̄ de dubitatiōe Moysi ad aquas ꝯtradictiōis: q̄ nec p̄pter hoc dimisit opus spūale facere vt ad vocez suā fluerēt aque cū dixit. Ascendat puteus. i. doctrina sacra. Ceteruz sicut mulier on̄dit ex vna p̄te pomū filio suo: ⁊ ex alia inimicū vt veniat ad se: similiter ⁊ dn̄s. Iuxta illud Osee. xi. ca. In funiculis Adam trahā eos in vinculis charitatis. Unde ī officio nocturnali ostēdit īimicū q̄ nō vult dimittere ppl'm nisi in manu forti: ⁊ ī manu diuīa. s. p̄ p̄dicatores: ⁊ ideo p̄mū rn̄sorium est. Locut⁹ est dn̄s ad Moyseu ⁊c. Siquidē moyses ex aquis assumptus est xp̄s per quez liberamur ab hm̄oi inimico: vel quilibz predicator qui ex aq̄s scripture dz assumi. ⁊ ē quarti toni: qr quattuor modis nos affligit diabolus. s. īterficiēdo mares. i. bona opa vel v̄tuosos quos submergit in flumine delitiarū hui⁹ mundi: ⁊ cogit seruire in luto luxurie: et latere auaritie: et palea inanis glorie. Porro q̄dem quia ppl'us in illa septuagenaria captiuitate fleuit sup̄ flumina babylonis. ⁊ in fine Cyro p̄mittente letabūdus exiuit: et gratulans hierusalem introiuit: ideo cū in prima dn̄ica ppl'us captiuatus fleuerit dicēs. Circūdederūt me. ⁊ in scd̄a orauerit dicens. Exurge. in tertia q̄z orauerit dicēs. Esto mihi. in quarta ꝯsolationem accepit dicente domīo. Inuocauit me et ego exaudiam eum. in quinta etiā rursus orationi institerit dicēs. Remīscere miserationuz tuarū. In sexta vero Dario licentiam tribuente ꝯsolatōem de reuersione p̄cepit: ideoq̄ dixit. Oculi mei. In hac septimana tanq̄ ī fine septuagesime ingrediēs hierusalē gratulabūdus exultat dicēs. Letare hierusalem. de hoc etiā dictum est sub p̄ma dn̄ica. ¶ Septenarium quoq̄ p̄sentis vite que septē dieꝝ circulo siue curriculo voluitur: vel potius septem etatibus quibus mundus ipse distinguitur: sicut per dies septuaginta: sic p̄ septē dn̄icas facta representat eccl'ia. Prima em̄ etas est ab adā vsq̄ ad Noe. Scd̄a v̄o a Noe vsq̄ ad Abraham: vel s̄m quosdam ad Moysen. Tertia a Moyse vsq̄ ad Dauid. Quarta a Dauid vsq̄ ad trāsmigratōez babylonis. Quīta a trāsmigratōe babylonis vsq̄ ad aduētum domini. Sexta ab aduētu dn̄i vsq̄ ad finem seculi. Septima similiter vsq̄ ad eundem finē simil' em̄ ꝯcurrunt: sed illa in vigilantib⁹ et laborantibus ista in dormiētibus ⁊ quiescētib⁹ vbi requiescunt electoꝝ aīe inter vbera lactātis matris sue sup̄ne hierusalē. In p̄ma dn̄ica velut in infantia mūdi homo a felici delectatōe deiectus clamat. Circundederūt. In secūda velut in pueritia mundi ꝯcipiens homo spez sue recōciliatōis voce Noe quasi p̄centoris īplorat acceptilationē recōciliatōis dicens. Exurge quare obdormis dn̄e. In tertia velut ī mūdi adolescētia ꝯcipiēs homo suā liberatiōem de egyptiaca seruitute sue p̄tectōnis ⁊ liberatiōis accelerationē voce Moysi orat dicēs. Esto mihi in deum p̄tectorem. Quarta designat iuuentutē ecclesie in qua regū diademate coronatur: ⁊ sapientia p̄phetaꝝ ornat̄. vnde illud officiū voce dauid quasi p̄centoris in cantibus celebratur. Quinta senectutē ecclesie in qua calor naturalis incipit deficere. Nā populo in babylone captiuato eccl'ia captiua nec altare habuit nec templum: īmo organa

sua suspendit: ideoq; quinta dñica vacat officio. Sexta senũ eccl'ie. s. fines seculoꝝ cum filius dei venit in mundũ ⁊ de diaboli potestate liberauit genus humanũ. Ne igitur sit ĩme moꝛor accepti beneficij ⁊ ingratũ gratulaꝛ et ait. Oculi mei semp ad dñm. Hec autez septima et vltima significat sabbatũ mũdi: in quo sanctoꝝ aĩe requiescunt. illic hierusalem q̃ sursum est que libera est que mater nostra est letaꝛ. vñ dicit dñica leticie. Est eñ septima septuagesima: ⁊ per septenariũ significaꝛ septima etas eoꝝ que sunt ĩ requie. Repsentat; eñ dñica libertatẽ ꝓcessam filijs hierusalẽ redeũdi a babylone ãno sexagesimo quã habuerũt plenariã in anno septuagesimo. vnde totũ biius diei officium de leticia est ad repꝛesentandũ illoꝝ leticiã: ⁊ etiã nostrã qñ finitis ser ctibus erimus in septima a mũdi exilio liberati cum celestẽ paradisiuz que est patria nostra intrabimus. Cantatur ergo bodie introitus. Letare hierusalẽ. ad ostẽdendũ ꝙ sicut illi cũ ingentu leticia a babylone venerũt in hierusalem: ita et nos ab boc mundo letantes in celestem hierusalem venienus. Babylon eñ interp̃tatur ꝓfusio. vnde significat mundũ vel ifernum: qua in boc mundo est ꝓfusio vitioꝝ: ⁊ in inferno tormentoꝝ. Dicit etiaz bec dñica refectõis: quia in ea dñs refecit et satiauit ꝯ q̃ miliaboĩm: vel quia in ea ostẽditur celestis hierusalez: et qua oĩs refectio est. Quia ergo ecclesia letatur ꝑ bac refectõe: ideo cãtat. Letare hierusalem. i. ecclesia. tibi eñi eterna req̃es ꝓmittitur. In nocturnali eñi officio cantatur respõsoꝛiũ. Audi israel p̃cepta dñi et ea in coꝛde tuo quasi ĩ libꝛo scribe. Et dabo tibi terram fluentem lac et mel. Postea sequit in introitu. Ab vberib' ꝓsolatõis ei'. Hec v̈ba sunt duo testã: de quib' sumũtur ꝓmissiones dulces: in quib' est ꝓsolatio nostra. Et sunt in ea tria v̈ba leticie. s. letare: gandere: ⁊ exultare. Ratio q̃re posita est sub titu. de septuagesima in punct. Et sumit iste introitus de Isa. vltimo capi. sed de antiqua trãslatiõe: quia in Isaia sic non; iacent verba bec. versus v̈o de psalmo qui loquitur de hierusalez superna. s. Letatus sum ⁊c. quinti toni ꝓpter quiq̃ milia boĩm: quos refeat; vel ideo quia illi qui cobibent et refrenant ⁊ bene oꝛdinãt quinq̃ sensus coꝛporis: illi babebunt bmõi refectionez et ꝓsolationẽ: de qua in introitu babeb'; et que petitur ĩ collecta. Cõcede q̃s oĩpotens deus vt qui ex merito nostre actiõis affligimur tue gratie ꝓsolatõem respiremus. Scripserũt tamen quidã ꝙ qꝛ Albertus papa qui tamen in cronica nõ iuenitur celebꝛauit tali die Rome ĩ dicta ecclesia que vocatur hierusalẽ. ideo cantaꝛ Letare hierusalẽ. Et nota ꝙ in quibusdã ecclesijs bac die; ⁊ ĩ festo annũciatõis dñi due collecte dicũtur: vt quasi duplex festũ exoluere videãtur. qđ nõ fit in alijs p̃cipuis festiuitatibus etiã natiuitatis dñi: ⁊ filibus: qꝛ ille per octauas ꝓducũtur: nec vnus diei dũtaxat obseruantia sicut ista coagustãtur. Seq̃tur epistola. Scriptũ est qñi Abꝛabam duos filios babuit ⁊c. ad Gala. iiij. cap. Ubi seq̃tur. Que sursum est hierusalẽ libera ẽ que est mater nostra. Hoc autẽ dicit vt nõ timoꝛe seruili seruiamus dño sed amoꝛe. Respõsoꝛiũ est de eodẽ. Letatus sũz in bis que dicta sunt mibi ⁊c. ⁊ ẽ septimi toni ꝓpter septimã etatẽ ĩ qua erim⁹ in q̃te. Sed qꝛ adbuc sum⁹ in laboꝛe: ideo sequit tract⁹ sed suauissim⁹. Qui ꝓfidunt ĩ dño sicut mõs syon ⁊c. in quo ostendit ꝙ qui ĩ domio solo sperãt babebũt illã refectoem. Seq̃tur euangelũ. Abijt Jesus transmare galilee ⁊c. Joba. vi. c. Quiq̃ aũt panes quib⁹ dominus refecit nos ꝓut ibi legitur sunt q̃q̃ libꝛi Moysi. duo vero pisces sunt psalm⁹ ⁊ ꝓpbetia: vel libꝛ Josue et iudicũ quia de illis septẽ libꝛis sumũtur oꝛatões in bac dñica: ⁊ ita reficit oĉs. Offertoꝛiũ est. Laudate. et est scdi toni ad ostendendũ ꝙ deum laudare debem⁹ ꝓ coꝛpali refectõe ⁊ spũali. Postcõmunio vero est. Hierusalem q̃ edificatur vt ciuitas ⁊c. Et loq̃tur de illa hierusalẽ que libera est. ⁊ ẽ quarti toni ꝓpter quattuoꝛ q̃ ibi dicũtur. Hamuz est qꝛ oĩa sunt; cõmunia. Ibi eñi de⁹ est oĩa in oĩbus. Secundũ est ꝙ eternaliter participãtur ea que ibi sunt. vnde dicit. Cui⁹ pricipatio in idipm. Tertiũ est ꝙ nullus de filijs diaboli poterit ibi ascendere vnde dicit. Illuc eñi ascenderunt tribus trib⁹ dñi. Quartũ quia ibi ẽ cõtinua laus dei. vnde sequit. Ad ꝓfitendu nomini tuo domie. ⁊ ide est illud. Beati qui ha-

bitant in domo tua dñe: in scla seculoꝝ laudabunt te. In hac dñica romanꝰ pōtifex celebraturus ad ecclesiam pgens ⁊ rediens ab eadē: aureā in manu sub aspectu populi fert rosaz. Circa quod duplex insurgit ratio. vna fm litteram. altera fm spiritū. Sane fm litterā ne fidelis populus: ꝓpter quadragesimalis obseruantie asperitatem sub cōtinuo laboꝛe deficiat: quia qō caret alterna reqe durabile nō est: ideo in hac mediana quadragesime quoddam recreationis solatiū interponitur vt anxietas temperata leuius sufferatur. Iuxta illud. Interpone tuis interdum gaudia curis. Hodiernū nāqz officiū tota leticia plenū est: ⁊ in ossii verboꝝ clausula iocūditas eruberat: gaudium resonat: hilaritas inculcaꝛ. Tria itaqz repsentat dies ista. s. charitatem post odiū. vnde dicit. Letare hierusalē ⁊ cōuentū facite omēs qui diligitis eam. gaudiū post tristiciā. vnde. Gaudete in leticia: qz in tristicia fuistis. ⁊ satietatez post famē. vnde. Ut satiemini ab vbertibus cōsolationis vestre. Que tria pariter designantur in tribus ꝓprietatib⁹ huiꝰ floris: charitas in colore: iocunditas in odore: et satietas in sapoꝛe. Rosa quippe p̄ ceteris floribus coloꝛe delectat: odoꝛe recreat: ⁊ sapoꝛe confoꝛtat. delectat in visu: recreat in olfactu: et cōfoꝛtat in gustu. Nempe rosa in manu romani pōtificis: gaudium israelitici ꝑpli designat quādo p gratiā xp̄i data est illi de babylonica captiuitate licentia redeundi. Deinde illā donat nobilioꝛā ⁊ potentioꝛā q̄ tunc in curia reperiturꝫ in quo nobilitas ⁊ excellētia illi⁹ peculiaris ꝑpli dñi designatur. Demū ille cū multo equitatu ⁊ leticia ingēti ciuitatē cū rosa circuit: figurās gaudiū illius ꝑpli in ciuitatē hierusalem reuersi: atqz cōiones totius fidelis populi ⁊ ecclesie leticiam de p̄missis. Spiritualiter autē flos iste florē illuz signficat: qui de se dicit in canticis. Ego flos campi ⁊ liliū cōuallium. Et de quo ꝓpheta. Egredieꝫ virga de radice iesse: ⁊ flos de. r. e. a. Qui vere ē flos florꝫ. i. sanctus sanctoꝝ. quia p̄ ceteris floribus: id est sanctis coloꝛe delectat in visu. Nazꝫ speciosus forma p̄ filijs hominū in quē desiderant angeli ꝓspicere. Qui odoꝛe recreat in olfactu: quia sicut legitur in canticis. i. ca. Odoliora sunt verba tua vino: flagrantia vngētis optimis. Qui sapoꝛe cōfoꝛtat in gustu: qz panis quē ipse dat caro sua est ꝓ mūdi vita ofie delectamentū habens ⁊ omnis sapoꝛis suauitatez. Hic est enī qui de quinqz panib⁹ ⁊ duobus piscibus q̄nqz milia hoīm saturauit. Triplex autē est in hoc floꝛe materia aurā: vz muscus ⁊ balsamū. quia triplex est in xp̄o substantia: deitas: coꝛpus: ⁊ aīa. Sz balsamo mediā te muscus auro cōiungit: quia aīa coꝛpus cōiungitur deitati. Diuina enī natura tante subtilitatis est vt coꝛpoꝛi de lymo terre formato non cōgrueret vniri nisi rationabili spū mediā te. ¶ Rursus flos ipse aureus est: quia rex regum ⁊ dominus dominātiuz: cuius ruboꝛ apparuit in insignijs passionis: ⁊ odoꝛ in gloria resurrectionis. Huius floris baiulus est vicarius saluatoris. Romanꝰ vero pontifex successoꝛ vtiqz petri: ⁊ vicarius iesu xp̄i qui hunc floꝛē fidelibus populis demonstrat: non omni tempoꝛe: sed in hac dominica tñi que septima est ab illa q̄ septuagesima nuncupatur: qz xp̄s nō in qualibet boꝛa sed in septima tantū etate videtur ab illis qui beata requie cōsolabuntur. ¶ Rursus in vrbe ostenditur non alibi q̄ apō basilicam: que sancte crucis in hierusalem appellatur: que superne hierusalem typum obtinet: ⁊ spem repsentat: de qua dicitur in epistola hodierna. Illa que sursum est hierusalē libera est: que est mater nostra: in qua xp̄m angeli sancti ⁊ beate anime cōtemplantur: ad quam merito dicit. Letare hierusalem ⁊ cōuentū facite omnes qui diligitis eam. q. d. vos catholici non heretici. ¶ Differt autē hodierna statio ab illa q̄ fit ibidē in scōa dñica aduentꝰ: qa illa future beatitudinis est annūciatio: hec q̄si p̄sentis cōtemplatio. Unde ⁊ festiuius agitur quia spei nostre festiuitas est. Hac etiam die christianus coꝛonatur imperatoꝛ: vt semp coꝛone superne hierusalez meditetur. Dauid ter in rege vnctus est: vt dicit sub dominica post ascensionem. Hec ergo dominica p̄uilegiata est: quia repsentat licentiam redeundi de seruitute ad libertatem populo israelitico cōcessam: ⁊ leticiam ex hoc habitam.

¶ De secunda feria. Rubrica.



Secunda feria ē de iudicio. Unde in epl'a. Uenerunt due ꝛc. tertij regū. iij. ca. agit̄ de iudicio salomōis duabus mulierib⁹ de puero ꝯtēdētibus. extra de p̄sum. ca. i. Mulier vna q̄ dixit ꝙ diuidat̄ puer est synagoga q̄ diuidi conata est puerū iesum. alia mulier q̄ dicit: detur ei infans viuus est ecclesia. Uñ in rñsorio petit hec mulier puerū. Esto mihi in deū ꝓtectorē id est petit sibi dari xp̄m. Euangeliū. Prope erat. Jo. ij. ca. Similiter est de eiectione vendentiū ꝛ de iudicio. ibi habet̄ ꝙ non credebat se iesus eis q̄a nixi sunt euz interficere. postea sequitur de passione sua. Soluite. i. soluetis tēplū hoc ꝛ in triduo excitabo illud. sciebat eī quid facturi erant. Quia vero ex passione dñi est oñe gaudiū: ideo in offertorio cātat ecclesia. Jubilate. In introitu aūt petit iudicari: sz prius petit mīam. Deus in noīe tuo saluū me fac. s. per mīam: ꝛ in virtute tua iudica me: ꝛ ē quarti toni: quia ibi habet̄. Ab insurgentibus in me libera me. i. ab inimicis q̄ quattuor modis sicut dictū est sub dñica insurgunt contra nos: ꝛ ideo sicut dñica fuit de mīa: ita secūda feria est de iusticia.

¶ De tertia feria. Rubrica.



autem non fit festuz de dicta asina sicut fit de
cruce dicetur in septīa parte sub festo crucis.
¶ Post ꝓcessionez sequitur statim missa de
passione domini: quia debem⁹ gaudere de fru
ctu passionis ⁊ cōpati: quia pro nobis passus
est. Ibi enim est vnde letētur. s. de amore quē
ostendit nobis in cruce: ⁊ vnde tristemur. s. de
peccatis nostris que tot sūt ꝙ ꝓpterea opor-
tuit filium dei pati. Venit autez decima luna
siue die p̄mi mensis. i. ante sex dies pasche ad
ciuitatez in qua pateretur: vt esset in domib⁹
iudeoruz: sicut preceptuz erat in exodo. xxvij.
capitulo. ⁊ in deutrono. Decima luna accipie
tis agnum. Immolabitur autez agnus quar-
tadecima luna. i. decimaquarta die primi mē
sis ad vesperam. Et dominus eadem hora a-
gnum cum discipulis manducans vbi legalis
pasche decreta compleuit. Egressus est cum
eis statim ad locum orationis: ⁊ circūspectis
omnibus cum iam vespere essent exiuit in be-
thaniaz cum duodecim discipulis. Nēpe my-
stice decima luna venit: quia populus israeliti
cus decima luna egressus est de egypto. simi-
liter per istum verum agnū est data libera po
testas populo israelitico: id est videnti deuz ꝑ
fidem: exeundi de peccato: quod nō fuit datū
per moysen: ⁊ virgam eius: id est per discipli-
nam ⁊ sacerdotium legale. ¶ In principio er
go misse reducens ecclesia ad memoriam do
minicam passionem incipit ab oratiōe dicēs.
Domine ne longe facias ⁊c. et est octaui toni
significans ꝙ per passionem venitur ad resur
rectionem. ¶ Sequitur epistola. Hoc enim
sentite. ad Philippen. ij. capl'o. in qua ostendi
tur passio ⁊ passionis fructus. Dicit ergo hoc
enim sentite in vobis quod ⁊ in xp̄o iesu: id est
imitamini ipsum: vt sicut habuit charitatem:
quia voluit pati: ita ⁊ vos habeatis charitatē
qua patiamini omnia tormenta temporalia:
vt habeatis humilitatem que in christo ma-
xime fuit: mansuetudinem ⁊ patientiam: ⁊ in-
tellectum realem vt sentiatis. Cito em̄ sentit̄

dulcedo spūs sancti in corde quando est ibi: ⁊ hi quidez sunt fructus passionis. s. dulcedo in corde et gloria. Quedam tamē ecclesie legūt lectionē. Uenerunt eñi in helim. Exo. xv. cap. ¶ Uiso autē hoc fructu fit homo patiens q̄ generat patientiā ꝯsideratio fructus: ⁊ iō seq̄tur respōsoriū qđ respōdet epistole in quo oñditur quomō ꝑ passiones venitur ad gloriā: ⁊ dicuntur ibi tria: quare est tertij toni. Primū est. Tenuisti manū meam dexteram dñe: ⁊ cōfirmasti me in bono. Scđm est. In voluntate tua deduxisti me. Talis facit quicq̄d deꝰ vult. Tertium est. Cum gloria suscepisti me. Primum est causa crucis. Scđm ipsa crux. Tertium fructus ipsiꝰ. Uersus est. Quā bonꝰ israel deus: qñ. s. deducit suos ad passionez. vnde de beato stephano legitur. Lapides torrētes illi dulces fuerūt. ¶ Postea sequitur tractꝰ. Deus deus meꝰ respice in me: et quare me dereliquisti ⁊c. ⁊ est secūdi toni: quia ibi ostenditur passio et fructus ipsius. Uñ ⁊ titulꝰ illiꝰ psalmi est ꝓ sumptione matutina. ¶ Euāgeliū de passione est. s. Scitis q̄ post biduū pascha filiꝰ hōis tradet: vt crucifigat. Math. xxv. ca. ¶ Et etiam offertoriū. s. Improperiū expectauit cor meū deꝰ: et miseriā: quod sumptuz est. de psalmo. lxxviij. qui totus ex persona saluatoris orantis in passionis agone conscribit. quasi diceret ecclesia. Ex quo xp̄s tot passus ē ꝓ nobis peccatoribꝰ libenter patiar. Unde dicit. Expectaui supple: quasi rem dulcez. Postcōmunio de passione est. s. Pater si fieri potest ⁊c. Math. xxv. ca. ⁊ Marci. viij. ca. et Luce. xxi. c. et est octaui toni: propter rationem premissam. In quibusdaz ecclesijs dicitur in hac dñica: et in diebus sequentibꝰ prefatio de passione: ꝓut pictū est sub quarta feria cinerum. ¶ Dicitur autē hec domica in ramis palmarum eo ꝙ tunc rami palmaꝝ si haberi possunt in ꝓcessione portātur. Dicit etiā alibi domica oliuarum: quia rami oliue portātur: quod fit ad rep̄sentandū filios israel: q̄ cū cum ramis palmarū ⁊ oliuarū venienti domino obuiam exierunt. Sequens quoq̄ septīana maior vocatur: eo ꝙ maius ⁊ prolixius habet officium. Dicitur etiam penosa: quia tunc precipue debemꝰ vitia nostra punire. Uel q̄ dominus in ea laborauit: ⁊ penas sustinuit recreādo. sicut ⁊ in p̄ma mundi hebdomada creando. Dicitur quoq̄ indulgentie: quia penitētes in ea absoluūtur. Dicitur etiaz sancta: qñ in ea impij iustificantur. ¶ Hec autem dñica in tribus p̄uilegiata est. Primo q̄ illa die filij israel intrauerunt terram ꝓmissionis et iordanem sicco vestigio transierūt. sic eñi cōtingit ꝙ eo anno tot dies fuerūt vsq̄ ad pascha quot sunt ab hac dñica. Scđo q̄ hac dit veniens dominꝰ de bethania cuz honore maximo in hierusalē susceptꝰ ē. Tertio q̄ eadē die dominꝰ a tēplo emētes ⁊ vendētes eiecit.

¶ De scđa feria. Rubrica.



Ecūda feria ostendit causam passionis. s. in xp̄o humilitatē ⁊ patientiam: et in iudeis crudelitatem ⁊ inuidiā. in iuda cupiditatez ⁊ auaritiā et est introitus quarti toni ꝓpter famam crucis. Epistola vero sumitur de Isa. l. c. In qua ostendit p̄ncipalis causa passionis dñi. Dñs deus aperuit mihi aurem. s. ad intelligenduz: ⁊ ꝓpter hoc dedi genas meas vellentibꝰ ⁊c. In quibusdā ecclesijs in hac et in tertia ferijs dicunt due lectōes in missa: ꝓ eo ꝙ xp̄i passio a lege ⁊ ꝓphetis p̄nunciata fuit. ¶ In respōsorio petit liberationem suam. Exurge dñe ⁊ intende ⁊c. versus. Effunde frameam. ⁊ ē tertij toni: quia virtute trinitatis liberamur ab inimicis. Framea est spata quasi fremia vl' quasi ferria. In euangelio v̄o. s. Ante sex dies ⁊c. Johānis. xij. ca. Ostēditur triplex causa passionis. et dicit. Ante sex dies pasche: nō ideo ꝙ sex dies futuri essent ante pascha: sed quia ibi causa passionis ostēdit. In iuda oñditur causa cupiditatis eo ꝙ dixit. Ut quid ꝑditio hec. erat eñi habēs loculos: et ideo sic dicebat vt nūmos furaret: vt habetur in Joh. In iudeis causa est inuidia: quia moti sunt in euz ꝓpter laudem pueroꝝ dicentes. Si dimittimus eū: sic omnes credent in eum: et ideo querebāt interficere eum. In ipso vero christo est fructificatio totius generis humani. vnde in euangelio dicitur. Nisi granum frumenti ⁊c. In quibusdā tamen ecclesijs in scđa feria legit pas-

sio ꝟm Marcuz.s. Erat pascha ⁊ azima post biduū ⁊c. ⁊ in tertia feria dictum euangeliū ꝟz Johannē.s. Ante sex dies pasche: sed ꝑmi magis videntur historiam sequi: quia post biduū id est post tertiam ⁊ quartā ferias: in quīta feria pascha.i. agnus paschalis īmolatus fuit. ¶ Preterea secūda dies creationis mūdane minus est ceteris ornata diebus. Nam cū dixisset domin⁹. Fiat firmamentū in medio aq̄rum non est additū. Et vidit deus ꝙ esset bonum. in quo numerus binarius infamatur: qꝛ primus ab vnitate degenerat ⁊ diuisionem significat. Unde in eo facta est aquarū diuisio. ¶ Non est ergo miruz si hec dies secunda q̄ illam respicit minus ceteris in officio domīce mortis purpuret īsignijs. Sed nō est multū attēdendū vtrū in scd̄a vel ī tertia feria legat̄ passio. Quia eñ quattuor euangeliste passionem domini descripserūt: iccirco ꝟm quēlibet eorū passio legitur ex institutōe Allexādri pape. eo ordine quo scripserunt. Nam die dominica legitur passio ꝟz Matheū qui prim⁹ scripsit. Scd̄a vel tertia feria ꝟm Marcum qui scd̄s scripsit. Quarta ꝟm Lucaz qui terti⁹ scripsit. Sexta feria ꝟz Johannē qui vltio Mediolanēses non legunt passionem nisi ꝟm Johannē: ⁊ in sexta feria. Sane passionem lecturus bñdictionē non petit: quia in illa describitur esse sublatus qui auctor est benedictōnis. Unde nō est a quo petatur. Legit̄ quoqꝫ sine luminaribus: quia ille morte extinctus nūciat̄: qui ꝟm Johannē lux est mundi: ⁊ vt rep̄sentetur: qꝛ eius discipuli tunc quasi extincti sunt: q̄bus ipse viuens dixerat. Uos estis lux mūdi. Non fertur etiam incensum. ad notandum ꝙ tunc feruor deuotōis vel orōnis q̄ per incēsuz designat̄ significari in ap̄lis tepuit: vel poti⁹ quasi extinct⁹ fuit. Legitur etiā sine saluatōe: siue sine. Dñs vobiscum: in detestatōez saluationis iude. ⁊ sine respōsione. Non eñ rñdet̄. Gloria tibi dñe: qꝛ in ip̄a exp̄mitur ꝙ xp̄s fuit a suis separatus per mortem corpaliter ⁊ spiritualiter qui metu mortuis eo derelicto fugerāt: ⁊ nulla gloria sibi erat. ¶ Non legit̄ etiā tota sub tono euangelij: sed cantus v̄borum xp̄i dulci⁹ moderātur ad notandū q̄to dulci⁹ verba xp̄i in ipsius ore resonabāt q̄ in ore cuiuslibet euangeliste referentis cui⁹ verba ī tono euangelij ꝓferuntur. Uerba vero impijssimoꝝ iudeoꝝ clamose: et cum aspitate vocis: ad designanduz ꝙ ipsi xp̄o aspe loquebātur. In fine tamē in quibusdaz eccles ijs bñdictio petitur incensum portatur: ⁊ sub euangelij tono legitur: quia finita est iam narratio passionis: ⁊ ex tunc oīa verba sunt euāgeliste narrātis que post xp̄i mortem vsqꝫ ad resurrectōez cōtigerūt. ¶ In alijs tamē eccles ijs finis passionis qui ad sepulturaz pertinet in tono legitur doloroso: vt planctus mulierū de passiōe xp̄i lamētantium designetur: de quo planctu dicit domin⁹ in euangelio. Filie hierusalē nolite flere super me ⁊c. ⁊ ad maiorem deuotionem ⁊ amaritudinem ꝓpter xp̄i passionem in animis audientiū excitandum. Et legitur super nuduz pulpitum: ꝓut sub feria sexta dicetur. In offertorio. Eripe me petit liberari: sicut ⁊ in respōsorio: ⁊ est quarti toni ꝓpter formā crucis. ¶ In postcōmunione. Erubescāt petit ꝑsecutores suos cōfundi. ⁊ ē primi toni: vt sic in regiōe q̄escentiū gaudeat.

¶ De tertia feria. Rubrica.



Ertia feria ē similiter de passione: qꝛ manifeste querebāt eū interficere: vt habetur in euangelio. Erat autē pascha et azima post biduum ⁊c. ⁊ quia ecclesia considerat salutem suam in cruce tripliciter. s. in amore quem domin⁹ noster nobis ostendit in cruce: et in imitatōe crucis: ⁊ in salute nobis data per crucem: ideo dicit in introitu. Nos autē gloriari oportz ī cruce domini nostri Jesu christi ⁊c. ad Gal. vi. c. ¶ Epistola vero est. Dicit Hieremias. que ē Hiere. xi. ca. Et habentur in eo verba iudeorum de crucifixione christi. mittamus lignum in panem eius id est ipsum qui se dicit panē in ligno crucis. Audierant eñ quod ip̄e dixerat Ego sum panis viuus qui de celo descendi: ⁊ hoc erat dictum per lignuz crucis destruam⁹ ipsum vel doctrinaz eius. ¶ Sequit̄ responsorium. Ego autem ⁊c. tertij toni propter triplex meritum quod ibi notatur. primum cum dicit. Induebar cilitio id est non ostendebam

eis deitatem: sed asperitatem humanitatis: & hec fuit humilitas & sapientia. Aliud notatur ibi. Humiliabam in ieiunio animam meam. s. non reddendo malum p malo: sed etiam pro eis orabam. & hoc est tertium. Unde dicit. Et oratio mea in sinu meo conuertetur. supple. et quo eis non pdest: quia non sunt digni. ¶ Euangelium vero. Erat pascha. Marci. xiiij. c. est de passione: vbi dicitur: q dominus crucifixus fuit hora tertia. & hoc dicit vt ostendat eorum impetuositatem: quia ab hora tertia linguis eū crucifixerunt dicentes. Crucifige crucifige non cessantes. In offertorio petit se custodire a diabolo & a membris eius. Unde dicit. Custodi me de manu peccatoris. i. diaboli & ab hominibus iniquis erue me. & est secundi toni. In postcōmunione. Aduersum me. odit malitiam psequentium: & meritum patientium. ¶ Sequitur ibi. Et in me psallebant q bibebant vinum &c. i. filij diaboli q inebriabātur de calice babylonis.

¶ De quarta feria. Rubrica.

QUarta feria est illa in qua dominꝰ vēditus fuit a iuda: quia non solum voluit pati p nobis: sed etiam vendi vt liberaret nos a venditione: quia primus parens vendidit nos diabolo p esum pomi vetiti. Unde Isa. Gratis venundati estis & sine argento redimemini. Similr multi vendunt se diabolo p momentaneā delectationem: sicut adam vendidit se p esu pomi vetiti. Quarta ergo feria venditus est sol iusticie ad nostram salutem: & quarta feria formatus est sol visibilis ad mundi lucem. ¶ Orauit autem dominus sicut habetur in euāgelio huius diei fletu genu. & iccirco in introitu qui est philip. ij. ca. inuitat ecclesia: vt in nomine domini omne genu flectatur celestium: q a eorum ruinam reparauit. terrestrium: quia eos liberauit. inferno rum: quia eos eduxit de lacu in quo non erat aqua: vt dicit zacharias. & ē tertij toni p̄ter tria que inuitant ad flectendum genua. ¶ Sequitur. Et omnis lingua confiteatur: q dominus noster iesus xp̄us in gl̄ia ē dei patris. & sumitur de apostolo. Uerūtamē ordinatoꝝ officij intercepit verba illa. Et omis lingua cōfiteat: eo q iudaica filet. ¶ Deinde sequitur lectio. Dicite filie syon: ecce saluator tuus venit. Isa. lxij. c. vbi habet de mercede. dicitur etiā ibi. Ecce merces eius cū eo &c. Et dixerunt angeli. Quos dā essi latuit incarnatio. Qui est iste q uēit de edom. i. de terra. tinctis vestibus. i. membris corpis q sunt vestimenta diuinitatis. sanguinis purpura tincta. de bosra. Bosra est ciuitas in moab: & interp̄tat firma siue munita. hoc est de inferno. i. de terrena habitatione. Translatiue essi bosra est hierusalem quā dns quondam suo firmauit auxilio: sz facti moabite. i. ex patre diabolo: vestes regis tinxerunt purpura sanguinis. Respōdit Ego q loquor iusticiaz & sum ꝓpugnator ad saluandum: & dixerunt. Quare ergo rubrū est indumentum tuū. q. d. Quare cruentatus es pssura crucis: si tu iusticiam loqueris. At ille respondit. Torcular calcaui solus. s. p omib? vt omēs liberarentur. & de gentibus nō est vir mecū. Post lectionem vero cantatur respōsorium. Ne auertas faciē tuā &c. in quo orat ipse: vt p passionē veniat ad gloriā. Quia vero in agonia plurius orauit: vt habet in euangelio: ideo sumitur offertorium & postcōio de psalmo q intitulatur ofō pauperis cū anxiaret: excepto versu rn̄sorij qui est. Saluū me fac deꝰ qm̄ in. a. vs. ad ani. me. ¶ Epla est filꝰ de Isa. lij. ca. Dne quis credidit &c. in qua etiā describitur in eodez scemate in quo ab euangelista rep̄sentatur in passiōe vbi dr. Non est ei spes neqz decor. Et infra. Sicut ouis ad occisionez ducet. Post epl̄az sequit tractꝰ. & isolito mō. s. immediate. & hoc iō q ecclia artꝰ luget q̄ soleat & se plāgit: vt dictū ē i q̄rta pte sub ti. de tractu. Tractꝰ essi significat planctū: & iō in tota sexta feria nō dr nisi tractꝰ. rn̄sorium vero est penitentiū. Et q dns nō est ista die crucifixus: sed tm̄ venditꝰ: iō non solū dicit tractꝰ. verum etiam & responsoriū. ¶ Passio q sequit. Approp̄quabat &c. Luc. xxij. c. Quenit cū pcedentibus in qua exp̄mitur consiliū iudeorum. Iude proditio. dñi passio. ¶ Postcōmunio est. Potum meū cum fletu miscebā. potū sc̄z passionis: qui vz sudor eius erat sicut gutte sanguinis decurrētis in terrā. Pōt etiam dici q

duo sunt nobis necessaria. i. oratō: ⁊ patiētia: ſm ꝙ dicit domin⁹. Orate ꝓ ꝑsequētibſts et calumniantibus vos. ¶ Ad hec quidez duo inuitamur in introitu ad orōnez: cum dicitur. In nomīe iesu omne genu flectatur ad patiē-tiam exemplo saluatoris. de quo, subiūgitur. Christus factus est ꝓ nobis obediens ⁊c. nō est eñ obediens in tribulatione: nisi q̄ libēter tolerat. Due lectiones iō leguntur: qꝛ hac die dñs traditus est ꝓ duobus ⁊ a duob⁹ popu-lis. ⁊ in quibusdam ecclesijs ad vtrāq; genua flectunt: quia ab vtroq; populo adorat. Pre-terea hac die sicut dicit augu. cōsiliū inierunt iudei quomodo iesum dolo tenerent ⁊ occide-rent. ⁊ iudas venit ad eos: ⁊ pacti sunt sibi pe-cuniam se daturos: sicut ergo ecclesia repsen-tat in sexta feria actus iudeoꝝ: ita ⁊ in quarta ꝯsilium eorum. Quidam autē legunt p̄mo le-ctionem illam. Dicite filie syō. Et postea illā. Dñe quis credidit. Alij vero ecōuerso. Primi quidem attendūt solum illud quod diximus: scz ꝙ venditio iude que facta fuit quarta feria passionem dñi p̄cessit: de qua venditione fieri videtur sermo in illa lectione. Dicite filie, syō. in illo verbo. Ecce merces eius cū eo. Alij au-tem attendunt ꝙ prim⁹ homo duas mortes incurrit: scz carnis ⁊ anime: ⁊ xp̄s nos ab vtro-q; liberauit. Et quia mors aīme mortē corpo-ris p̄cessit: ideo p̄us legunt lectionem illam in qua agitur de morte anime ⁊ de liberatōe ab ipsa. De morte agitur in illa. Dñe quis credi-dit ⁊c. ibi. Omnes quasi oues errauimus: et vnusquisq; in viā suam declinauit. De libera-tione vero statim seq̄tur ibi. Domin⁹ posuit in eo iniquitates eoꝝ oīm nostroꝝ. Et iteꝝ. Si posuit ꝓ peccato aīam suam. videbit semē lō-geuum. Ad aīam etiam ꝑtinet graduale vni-cum habens versum. s. Ne auertas facic̄ tuaz a puero tuo. i. ab eo qui paruus ⁊ humilis ap-paret in experientia tribulationis. ¶ Sequi-tur v̄sus. Saluū me fac ⁊c. vsq; nō est substā-tia. Aque eñ. s. eductōis iudeoꝝ vsq; ad aīaz saluatoris tollendā ꝑuenerūt: ⁊ illi q̄ erant ꝓ-fundi lim⁹ infirmati ei⁹ p̄ualuerūt. Sicut autē saluator aīam suā posuit ꝓ aniaꝝ nostraꝝ re-demptione: ita ⁊ corp⁹ subiecit ꝓ corpoꝝ redē-tione. Vñ in scd̄a lectiōe de ipsi⁹ corpe agitur sanguine ꝓprio rubricato vbi dicit. Quis est iste q̄ venit de edom ⁊c. ⁊ ibi. Quare rubrū est vestimētū tuū ⁊c. Ipse rñdit Torcular ⁊c. Et qꝛ de sola miseratiōe passus est dñs ꝓ nobis: iō ꝓpheta in ꝑsonā ecclesie lectionē illā cōclu-dit dicens. Miserationū dñi recordabor: lau-dem annūciaui sup oīb⁹ q̄ reddidit nobis dñs de⁹ noster. Quia vero ꝑ q̄nq; sensus corporis peccauim⁹: ideo sequit tract⁹ Dñe exaudi ora-tionem meā ⁊c. hñs q̄nq; versus: ꝓpter q̄nq; vulnera xp̄i: seu q̄a q̄nquies exiuit sanguis ab eo. Primo in circuncisione. Scd̄o in orone. Tertio in flagellatione. Quarto in crucifixio-ne. Quinto in lanceatōe. Et in ipso tractu ge-nus humanū petit auxiliū ⁊ cōfitetur defectū quē ex peccato p̄mi parentis incurrit cū dicit. Quia defecerūt dies mei sicut fum⁹. Dies. n. est vita hoīs: cui⁹ nox est mors. sed hec vita est abbreuiata: ⁊ deficit ꝓpter supbiam p̄mi pa-rentis q̄ ꝑ fumū intelligitur. Et seq̄tur. Ossa mea sicut in frixorio ꝯfrixa sunt. Ossa sunt vi-res interiores vel fortes q̄ sunt ecclesia: q̄ car-nes. i. carnales substentant. Frixoriuz eñ tri-plex est. s. peccatoꝝ recordatio: ꝓximoꝝ com-passio: futuri iudicij meditatio. In his frigit bonus homo. Claudit aūt tractus sicut ⁊ le-ctio in mīa dñi. Vñ vltim⁹ versus est. Tu exur-gens dñe misereberis ⁊c. ¶ Hec igit quarta feria p̄uilegiata ē: qm̄ legūtur in ea due lectio-nes ꝓpter ordinādos in sabbato seq̄nti. Itē qꝛ in ea die xp̄s vēdit⁹ fuit triginta denarijs: si-cut ⁊ ioseph triginta argēteis: qꝛ seru⁹ nō ē su-per dñm: nec discipul⁹ sup magistrū. xxvi. dist. q̄s dubitet. ⁊ ab hac quarta feria sumptū ē ꝙ semp in quarta feria ieiunare ⁊ abstinere a car-nibus ⁊ carnalib⁹ desiderijs debem⁹: ⁊ in mēo-riam venditōis xp̄i hec feria ſm locū obtinet: post sextam feriam per totum annum: in ieiu-nijs penitentialibus.

¶ De quinta feria. Rubrica.



In hoc tractatu q̄n-te ferie cene dñi hoc ordīe ꝓce-dam⁹. nā p̄mo generaliter di-cemus aliqua de officio sequē-tium triū dieꝝ. postea spāliter de officio hui⁹ diei. Et p̄mo de introductione

publice penitentiū in ecclesiam ⁊ de sacramē-tis q̄bus hec q̄nta feria spāliter insignit. Se cundo de triplicis olei ꝓsecratōne. Tertio de bu⁹ diei misse officio: vbi etiā agit de pedū lo tione ⁊ officio vespertino. Quarto de altariū de nudatōe: ⁊ tam de ipsoꝝ q̄ꝫ de pauimēti eccle sie lotiōe. ⁊ de coꝛpis dñi refuatione; ⁊ de qui busdam aliꝭ.

¶ Renotandum au tez est q̄ ecclesia luget tribus dieb⁹: q⁊ tot dieb⁹ fuit dñs i se pulcro. Sicut essi ionas fuit i ventre ceti trib⁹ dieb⁹ ⁊ tribus noctib⁹: ita ⁊ filⁱ⁹ boꝭ fuit in medio terre ⁊ce. qō ſynodocbite dictū esse asserit Augu. Nam pars illa sexte ferie qua fuit in sepulcro accipi tur, p nocte ⁊ die sexte ferie: ⁊ noꝛ diei dñice si militer pꝛo nocte ⁊ die ipsi⁹ diei accipit. Dies vero sabbati integra est. s. noꝛ cū die suo. i. spa cium vꝫ. xxiiij. boꝛaruꝫ. Est ergo sensus. Fuit ergo dñs i sepulcro trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹: id est trib⁹ tēpoꝛib⁹ quoꝝ quodlꝫ cōstat ex die ⁊ nocte. Sic essi loqui ꝺsueuim⁹: q⁊ si aliquis etiā minima pte alicui⁹ diei fuerit in aliquo lo coꝛ dicim⁹ eū ea die ibi fuisse. Fuit essi ſm ipm quadraginta boꝛis in sepulcro: vꝫ q̄ttuoꝛ boꝛis sexte ferie: ⁊ vigintiquattuoꝛ sabbati. ⁊. xij. noctis diei dñice: q⁊ quadrificū oꝛbem: morte trāsgressionis decē mandatoꝝ moꝛtuū viuifi cauit. Sed ſm p̄missa videt q̄ triduana dñi sepultura debeat celebꝛari sexta feria: sabba to ⁊ die dñica. Sed respondet q̄ q⁊ dñs i no cte diei dñice resurrexit noctē illā ad honoꝛez resurrectionis solēniter celebꝛam⁹. Vñ neces se est q̄ in q̄nta seria p̄ueniam⁹: ⁊ ita triduo. s. q̄nta ⁊ sexta ferijs ⁊ sabbato humiliationē dñi in meroꝛe celebꝛem⁹: q⁊ ⁊ in q̄nta, feria iam in teruenerat nephariū cōmertiū iudaice ꝑditio nis. Quidā trī cuilibꝫ p̄missoꝝ triū diez. xxiij. attribuūt boꝛas volētes xp̄i defuncti exeq̄as septuagintaduab⁹ boꝛis celebꝛare: ⁊ tristiciaꝫ septuagintaduoꝝ discipuloꝝ merito p boc ex p̄mere. ¶ Sane ecclesia bis dieb⁹ tenebꝛas colit: ⁊ matutinas in tenebꝛis finit. Primo, q⁊ in luctu ⁊ meroꝛe est ꝓpter dñi passionez: ⁊ p pter eius triduanā moꝛtez exequias celebꝛat triduanas. Secundo officiū tenebꝛaꝝ signi ficat: nō tam tenebꝛas materiales q̄ fuerūt su per faciē terre dum pendebat sol iusticie i cru ce. Fuit essi tunc eclypsis miraculosa nō natu ralis p tres boꝛas: vꝫ a sexta feria vsq̄ ad no nam i cluſiue: q̄ etiā spūales que in illo triduo in coꝛdibus fideliuꝫ extiterūt. Tertio p boc q̄ tenebꝛas colit tenebꝛaꝝ p̄mat⁹ i sinuaſ: q̄ bis diebus inceperunt p̄cedere dies: ꝓut sub sab bato sancto dicet. ¶ In bis vero trib⁹ dieb⁹ si lent campane: quia tunc siluerunt apostoli et p̄dicatoꝛes ⁊ alij qui per campanas intelligū tur. Sonus aūt campanaꝝ significat sonum p̄dicationis: de quo dicit. In omnē terraꝫ exi uit sonus eoꝝ. Non essi iam circubant euan gelizādo vicos ⁊ vꝛbes: sed hymno dicto exie runt cum iesu in montē oliueti: qui cuꝫ dñs di xisset. Ecce appꝛopinquat q̄ me tradet: p̄ tri sticia doꝛmitauerunt ⁊ a laudib⁹ cōticuerunt. Unde ⁊ a completoꝛio siue a vespera qua do minus traditus fuit c̄campanaꝝ silentium in choatur. A vespera aūt qua dñs tradit⁹ est: q̄si vꝫ discipuli fugierunt campanis silentiū indi citur. Alij vꝫ ad p̄mam bu⁹ q̄nte ferie ⁊ nō vl terius pulsant cāpanas. Fit tñ signū cū tabu la. Primo ad significandū xp̄i humilitatez q̄ se abscōdit: ⁊ vsq̄ ad moꝛtē ⁊ sepulturā se bu miliauit. ligni quidē vsus humilioꝛ eris sono boc ostendit: ⁊ inde ecclesia oꝛētalis vsuꝫ ad huc tenet ligneoꝝ: ⁊ vt pplus humilioꝛ redda tur. Scōo p signū tabule terroꝛez accipim⁹. Tabula ergo pcutit: q⁊ magn⁹ timoꝛ aplis a iudeis incutiebatur. Tertio p lignū in ligno; malleū. s. in tabula suspensum intelligim⁹ xp̄m qui est lignū plantatū secus decursus aquaꝝ: qui in crucis ligno pepēdit: ⁊ pendēs oꝛabat ⁊ p̄dicabat dicens. Pater dimitte illis: q⁊ ne sciūt quid faciūt. Cū ligno aūt tñ pulsant: q⁊ tūc solus xp̄us p̄dicatoꝛ babebat: ⁊ solus to cular calcauit. Quarto p tabulā ipam lignuꝫ fructiferū. s. xp̄us. p malleū quo tabula pcutit lignuꝫ p̄uaricationis significat. Quinto ideo campane ⁊ nō signū tabule vel alterius bmōi silent: q⁊ licet maioꝛa signa nostra: vꝫ aposto li a laude dei in xp̄i passione siluerunt: mīoꝛa tamen signa vt mulieres nō siluerūt: immo se cute sunt ipsum vsq̄ ad crucez. ¶ Principia

quoq; bonorum. ſ. Deus in adiutoriū: ⁊ fines ſeq; Per dñm ⁊ Benedicamus: ⁊ hmōi dimittuntur: quia receſſit ⁊ a nobis ablatus eſt ſacerdos ⁊ paſtor bonus: qui eſt alpha ⁊ o. i. p̄n capium ⁊ finis: qui etiaz eſt ſummus ſacerdos ⁊ caput noſtrū: ⁊ traditus impijs: nec ē a quo peramus q̄ intendat in adiutoriū noſtrum. Percuſſo nanq; paſtore noſtro: diſcipuli ei⁹ diſperſi ſunt. Sic ergo iſtud officiuz quod caret p̄ncipio ⁊ fine quaſi mortuū ⁊ viduatuz videtur: quia ⁊ patres noſtri viduati poſt mortem chriſti fuerunt. Non dicit etiam Gloria patri: quia in chriſti paſſione abſcondita fuit fortitudo glorie ipſius chriſti: ⁊ in eius morte trinitas viſa eſt extincta: in cuius laude dicit ille verſus. De hoc etiaz ſub dominica de paſſione dictum eſt. Hoc etiā notatur i quibuſdā eccleſijs: in quibus bis dieb⁹ duo tantuz cerei ante altare ardent tertio extincto: ꝑut ſub ti. de paſcha dicetur. ¶ In bis quoq; trib⁹ diebus ſalutatio non fit: quia Dominꝰ vobiſcum non dicitur: vt vitet peſtifera ſalutatio p quā iudas tradidit xp̄m dicens. Aue rabi. ¶ Par etiam nō datur ꝓ eo q̄ iudas oſculo tradidit xp̄m: ⁊ quia in duobus ſequentibus dieb⁹ in altari nō cōſecratur nec dicit. Par dñi ſit ſemper vobiſcuz. nec Dona nobis pacem. In quibuſdam tamē eccleſijs datur hodie par: ꝓ eo q̄ hac die ſacramentū ſacramento ꝛ. ſ. euchariſtie inſtitutum eſt. ¶ His quoq; diebus fit officium humili⁹ ſolito ꝓpter dñi humiliationem: ⁊ triduanam eius ſepulturaz quam celebramus. Verūtamē nocturnale officiuz p q̄s ſignificant ꝓphetie ꝓphetarum alta voce ⁊ manifeſtius cantat: q̄ ꝓphete ⁊ alij ſancti patres veteris teſtamēti alta ⁊ aperta voce que de chriſto erant ventura p̄dixerunt: ⁊ q̄s ſpiritus ſanctus ſibi dictabat remota formidie nūciarunt. Diurnum vero officiuz per quod apoſtolorum p̄dicatio figuratur voce demiſſa ⁊ quaſi ſub ſilētio cantat: q̄ tunc apoſtoli oīno tacuerūt: aut ſaltez occulte p̄dicauerūt. ¶ Incipit autem tenebrarū officium. Zelus dom⁹ tue comedit me. i. amor vehemēs eccleſie fuit cauſa quare paſſus ſum. Non dicit imitatorum: ne imitemur: ſed potius p ſilentium deteſtemur peſtiferum iudeoz conſilium ⁊ cōuentum factum vt ieſum caperent in ſermone: et eū morti traderēt. Preterea tunc apli diſperſi erant q̄ alios ad dñm inuitare ⁊ vocare conſueuerunt. ¶ Hymn⁹ etiā laudis nō dicit: q̄a tūc factus eſt obprobriū hoīm ⁊ abiectio plebis. ¶ Finis dñice oronis q̄ dicit ante lectiones: dicit in ſilentio ꝓ eo q̄ de euāgelio ſumitur. Maz tunc euāgelica enūciatio fugientib⁹ apoſtolis ceſſauit: ⁊ eſt ad notandū q̄ xp̄s cuius eſt ipſa oro auulſus a ceteris et quaſi in ſilentio orauit: ſed tunc fit ſonitus p tactū ligni cū manu: q̄ et xp̄us in ligno crucis pendēs voce magna clamauit. ¶ Non dicit etiam: in lectionibus Jube dñe benedicere. nec Tu autē dñe: q̄ receſſit paſtor et ſacerdos q̄ gregi benedicere ⁊ miſereri debet. Sed quia illū ꝓpter quā amiſimus ad hoc vt eum recuperare valeamus āmonemur p verſum illū. Hieruſalez hieruſalē cōuertere ad dñm deū tuū: q̄ in fine lectionū dicit: vt ad penitentiam ꝓuertamur. nam poſt luctū poſſumus gaudere. Per hoc autē q̄ dicit bis hieruſalē agit duricia iudeorum ⁊ pctōr: ſicut alibi in euangelio. Hieruſalem hieruſalez q̄ occidis ꝓphetas ⁊c. ¶ Rurſus p Jube dñe intelligūtur ad p̄dicationē eūtes. p Tu autē: inde redeūtes. Jdeo ergo neutrum dicit: qñ apli quos repſentant q̄ lectiones legūt. bis dieb⁹ fugierant. Qñ nec ad p̄dicationē miſſi ſunt: nec q̄ miſſi erāt ſublato dño redierūt. Omēs antiphone ſunt de paſſione ⁊ cōpaſſione. ¶ In bis etiā trib⁹ noctibus novem pſalmi: nouē lectiones: ⁊ nouē rſoria diuiſim p ſingula nocturna cantant: ad oſtendēdum q̄ xp̄us in infernū deſcendens tria hoīm genera. ſ. virgines ꝓiugatos ⁊ cōtinentes unde rapuit: ⁊ ad angelorū ſocietatez tranſuerit: que tria genera in euāgelio diſtingūtur p eos q̄ in mola: p eos qui in agro: ⁊ per eos qui in lecto ſunt. ¶ Tria ergo hoīm genera. ſ. qui fuerunt in lege naturali: ⁊ in tempore legis ⁊ ꝓphetarum per tria nocturna recolimus: et ſicut illi per mortē domini in tribus ſociati ſūt nouem ordinibus angelorū. ſ. in actionibus cognitiōibus: ⁊ gaudijs: ita per tres noctes dominice ſepulture: nouez pſalmi: nouem lectionibus: ⁊ nouem reſponſorijs ſubduntur. pſalmi enim ad actiones: lectiones ad operuz dei

cognitionem: respōsoria vero ad gaudiū ⁊ ad cantum pertinēt angeloꝝ. Ceteꝝ tres prime lectōes vel in quibusdā ecclesijs sex sunt de trenis Hiere. deflētis captiuitatez ppl'i sui: non solū babylonicā. sed etiam romanā: quā incurrunt ꝓpter passionē dñi: et iō dicūtur lamētabiliter in ꝑsonā sanctoꝝ de iudeis q̄ deflent casuz gentis sue. Sicut eñi ille deplorauit mortem Josue regis occisi: in futurā destructiōez gentis: ita ⁊ nos deploramus mortē ⁊ passionem xp̄i regis ⁊ nr̄i. In fine autē lamentationum dicit idē Hiere. spūs oris nostri xp̄s dñs captus est in peccatis nostris. Alie vero tres sunt de expositōne psalmi tractātis de passione: ⁊ ideo voce depssa legūtur. tres vltime de epl'a Pauli. i. ad Corin. Conueniētib' nobis in vnum ⁊c. vbi ostēdit apl's quō dz cena dñi sumi. Ex quib' sex lectōib' apparet ꝙ ꝓphete p̄uiderunt xp̄z occidendū: et apostoli docēt occisum. Dicūtur aūt treni. i. lamētatōes a trenato monte vbi lamenta aīaꝝ que ibi puniuntur sepe audiri dicuntur. Inde etiā dicitur trenum qd̄ est carmē lamentatōis ⁊ funeris. Dicūtur etiam treni: qꝛ semp tres v̄sus post vnā quāqꝫ litteram hebraici alphabeti sequūtur. qd̄ alphabetum totuz per ordinē in illis lamētatōibus ponit̄. Prīo quia mos fuit hebreis illud ponere in eoꝝ cantibus siue luct' siue leticie alicui' rei multum notabilis: ꝓut patz in vltimo capitulo ꝓuerbioꝝ. Mulierē fortem ⁊c. ⁊ in quibusdam alijs locis ꝓut habet̄ in ꝓhemio libri Regū. Scd̄o qꝛ sicut dixit Hieronymus in eodem ꝓhemio ⁊ in ꝓlogo biblie: versus quib' dicte littere añponūtur in lamētationib' Hiere. incipiunt in hebreo ab eisdē litteris. Tertio vt per hoc notet̄ cecitas ⁊ duritia iudeoꝝ qui res tanq̄ alphabetum notissimas: vz passionē filij dei intelligere ⁊ credere nolunt: dicente ꝓpheta. Milu' in celo turtur ⁊ ciconia cognouerūt tempus aduent' sui. Israel aūt me nō cognouit: et populus meus non intellexit. Quarto quia interp̄tatōnes litteraꝝ ipsaꝝ maxima ex ꝑte cōtinent sententiā versuuz quibus anteponūtur. Circa qd̄ notādum est ꝙ aleph interpretat̄ doctrina. Beth domus. Gimel plenitudo. Deleth tabularuz seu scripturaꝝ. Hec siquidem est prima cōnexio litterarum ipsarum: vbi dicitur ꝙ doctrīa ecclesie: que est domus dei: est in plenitudine scripturarum. He ista. Uau ⁊ Zay hec. Heth vita. Hec est scd̄a ꝯnexio: vbi dicitur ꝙ ista ⁊ hec doctrina quā prediximus est vita qua viuimus. Thet bonum. Joth principium. Hec est tertia ꝯnexio vbi dicitur ꝙ bonum est principium per scripturas quasi per speculum saltem in enigmate agnoscere dñm. Caph manus. Lamech cor vel disciplina. Hec est quarta connexio vbi dicitur ꝙ ī vtero cordis disciplina exigitur: qꝛ nihil facere possumus nisi q̄ facienda erunt agnouerimus. Men ex ipsis. Num sempiternū. Samech adiutoriū. Hec est quinta ꝯnexio vbi dicitur ꝙ ex ip̄is scripturis est nobis sempiternuz auxilium. Aym oculus. Phe errauit. Sadech iusticia vel consolatio. Hec est sexta ꝯnexio vbi dicitur ꝙ sepedicta scriptura est oculus errantibus ⁊ ꝯsolatio. Coph aspice super. Res caput. Syn vulnus. Thau signum vel ꝯsumatio. Hec est septima ꝯnexio vbi etiam in numero fit mystic' intellectus vbi dicitur. Aspice in scriptura cōtineri caput nostrum a quo habemus medelā super vulnera: ⁊ sequitur ꝯsumationē. i. vitam eternaz. Sic ergo saluatoris exequie celebrātur vt in modico apice ab alioꝝ defunctoꝝ exequijs distare videant̄. ¶ Consequēter cādele et lumen extinguuntur. nam he tenebre tribus noctibus celebrate significant tenebras que tribus horis fuerunt xp̄o in cruce pendente vel ideo tribus noctibus lumen extinguit̄: qꝛ veꝝ lumē triduo iacuit in sepulchro. ¶ Circa quod aduertendū est ꝙ quidā accendūt septuagintaduas candelas: quidā vigintiquattuor: quidam quindecim: quidam duodecim: quidam nouem: quidam septez. ⁊ s̄m quosdā nō est numer' certus oēs tamē nō sine mysterio agunt. Septuagintadue candele q̄ extinguūtur designāt septuagintaduos discipl'os quoruz predicatio in morte xp̄i pene extincta est. significāt etiā ꝙ domin' septuagintaduabus horis iacuit in sepulchro per synecdochē intellectus: vel tot accenduntur propter. lxxij. nationes seu genera linguaruz. Uigintiquattuor candele accendūtur. Primo quia sol iste qui mundū. xxiiij. horis diei ⁊ noctis illumīat:

significat xp̄m verum solē q̄ extinguit̄: q2 xp̄s occubuit vespe passionis: ⁊ tenebre facte sunt sup̄ vniuersam terrā. Scd̄o dies cui⁹ mai⁹ lumen xp̄s est. nox vero cui⁹ minus est lumē ecclesia est. lumīaria sunt apl̄i ⁊ alij veri apl̄ici: q̄ sunt quasi vigintiquattuor hore que diei xp̄o ⁊ nocti ecclesie famulātur. Vigintiquattuor lumīaria ergo extinguūtur: q2 apl̄i in vnoquoq̄ die p̄ vigintiquattuor horas latuerūt. Tertio vigintiq̄ttuor candele designant versum. Gloria patri ⁊c. qui in nocturnis festiuitatuz vigintiq̄ttuor vicibus solet dici. Primo post Deus in adiutorium. scd̄o post inuitatorium. tertio post hymnū. nonies in psalmis triū nocturnoꝝ. ter in respōsoriis: et te deū laudam⁹. quasi Gloria patri est. Iteꝝ ad laudes semel post deus in adiutoriū: q̄nquies in psalmis sequentib⁹. semel ī hymno. ⁊ semel post benedictus. Versus em̄ ip̄e hoc officio tacet̄ vt premissum est: q2 ille in cui⁹ laudē d̄r in sepulchro iacet: iōq̄ vigintiq̄ttuor candele ad hoc designandū extinguūtur: vl̄ significant. xij. apl̄os in quoꝝ honorē totiēs d̄r. Gl̄ia p̄ri. in nocturnis ꝓut dictum est in ꝓhemio q̄nte ꝑtis. Quī decim candele significāt. xij. apl̄os ⁊ tres marias que sequebātur dn̄m q̄ extinguūtur: quoniā tunc oēs laudes dei tacuerūt: apl̄is tamē fugiētibus ip̄e marie quia min⁹ timebāt circa xp̄m quoad poterāt versabātur. Unde legit̄. Pelli mee ꝯsumptis carnib⁹ adhesit os meū: ⁊ de. sunt tan. l. c. den. meos. labia. i. mulieres que sunt quasi pellicula circa dentes. Vel q̄ttuordecim ex illis cādelis significāt q̄ttuordecim articulos fidei: quoꝝ extīctio significat extinctinctōnem fidei factā in fuga apl̄oꝝ. extinctio v̄o vltīe cādele significat mortē xp̄i. Duodecim cādele accēse rep̄sentant duodecī apostolos q̄ extinguūtur ad notandū ꝙ apl̄i tunc siluerunt ⁊ fugerūt: et pene extincta est fides ī eis. Nouē candele significāt gen⁹ humanuz. qd̄ per peccatū se a nouē ordinib⁹ angeloꝝ: et a v̄a luce exclusit. Septē candele significant gr̄am sp̄us septiformis: que ī cordib⁹ discipuloꝝ pene fuit extīcta. Ubi v̄o nō obseruat̄ certus candelaꝝ nūer⁹ sz q̄libz layc⁹ ꝓ velle candelam apponit hmōi cādele significāt ꝓphetas: ⁊ alios sanctos patres: q̄ xp̄m venturū lumen nostrū prenūciantes ⁊ verba salutis p̄dicantes diuersis penis vexati mortui sunt ⁊ extincti. Porro oēs candele non simul sed vna post aliaz extinguūtur: quia discipuli nō siml̄ a xp̄o sed successiue vnus post aliū discesserūt. Alia etiā rō iaz sequit̄. Quidā extinguūt eas post singula canticavsq̄ ad plenam extinctionē. figurātes ꝙ singulis canticis siue psalmis mesticia decidim⁹: q2 verus sol occubuit gaudiūq̄ nostrū in luctū est ꝯuersum. Iuxta illud Cecidit corona capitis nr̄i: cōuersus est ī luctū chorus noster. Alij in tribus vicib⁹ eas extinguūt: recolētes triduanā dn̄i sepulturā. ¶ In quibusdaz quoq̄ ecclesijs candele quadā manu cerea extinguūtur: q̄ significat manū iude. de qua dn̄s dixit. Qui intingūt manū mecum ⁊c. que fuit quasi cerea. i. ad malū flexibilis: ꝑ quā xp̄s rex noster ⁊ v̄a lucerna traditus fuit: et quantū in illo fuit extinctus. Candela autē que in medio est non extinguitur: sed in fenestra vl̄ arca accensa seruat̄ occulte: vt postea reueletur ⁊ ecclesiam illuminet. Nempe candela ipsa sub eis lumen occultatuz significat. Primo fidem que in sola virgine remansit: ꝑ quā postea oēs fideles docti ⁊ illumīati sunt. Scd̄o significat xp̄m qui lz videret̄ ꝑz carnē extinctus tn̄ ꝑz diuinitatē que illis erat occulta viuebat: et postea resurgēs cum luce clarissima se suis discipulis manifestauit. Tertio occultati lumīs quod videbatur extinctum reuelatio: notat fidei illuminationē in apl̄is ⁊ alijs in quibus tūc pene extincta erat. Quarto notat fidez post infidelitatē. Quīto notat ꝙ ignis sp̄us sancti qui ī fidelibus videtur extīct⁹. iteruz relucescet in eisdem. Sexto luminis renouatio significat noui testī renouatōez. Septimo lumīaria successiue vnum post alteruz extinguūtur: ⁊ vnum quasi pene extinguit̄: q2 abscōditur ⁊ postea reuelatur: ad notandū ꝙ ꝑuersi vinee cultores ⁊ gn̄atio praua nuncios patris: vz ꝓphetas ꝑ varia tempora cōpleto suo mīsterio ꝓphetie occiderunt: ⁊ tandē patris heredez quem in sepulchro posituz lumine occultato figurāmus: cuius lumīs reuelatio est resurrectōis eius manifestatio ⁊ cōmemoratio. Sane candela que vltimo extinguitur est maior ceteris ꝑm quosdaz: et significat

xp̄m q̄ fuit dn̄s ꝓphetaꝝ. ſm alios vero nō ē maior ceteris: ⁊ ſimiliter ſignificat xp̄z q̄ reputatus eſt vnus ex ꝓphetis. ⁊ vltimus extīguitur: quia nullus poſt eū apud illos propheta ſurrexit: ſed extinctus eis ꝑfidie tenebras dereliquit. Et ad canticū euangelicum candela ipſa extinguitur: quia xp̄us euangelizans occiditur. ¶ Et attēde ꝙ in hoc officio paſtoris officia vt capl'm ſubticent̄: q2 paſtores diſperſi fuerāt: verſus tamē quod eſt minoꝝ officiū nō omittit̄: quia diſcipuli minus cogniti videbantur. Vñ ⁊ hoc officiū triduanū poti⁹ a mīoribus celebratur: in typo minoꝝ diſcipuloꝝ ⁊ mulierū q̄ dn̄m ſequebant̄. Vociferatio ad benedictus ⁊ tumultus popularis qui tūc fit: ꝯcrepatio eſt iude ꝓditoris ⁊ tumult⁹ cohortis quā cū gladijs ⁊ fuſtibus iudas ꝯtra xp̄m adduxit. vel ceci diſcipuli ſalutatio dicētis. Aue rabi. Tertio canticum ip̄m tunc alta voce dicit̄: ad notandū q2 multi interfecto antixp̄o gaudebunt. Clangor canentiuz kyrieleiſon: eſt tumultus dn̄m ꝑſequentium: ⁊ eum ironice adorantiū: vel ſignificat' lamenta ſanctarū mulierū que ſequebant̄ dn̄m: que legunt̄ poſt ea lamentari ſedētes ꝯtra ſepulcrū. Tropi vero. i. verſus illi q̄ in illis tribus noctibus cū kyrieleiſon. ⁊ Dn̄e miſerere: quaſi lamētabiliter cantant̄ ſignificant lamentationes ⁊ dolores mulierū de cognatione ſua: que a galilea fuerant ſecute ieſum: inter quas erāt maria magdalena: ⁊ maria iacobi: ⁊ maria ſalome plorātes iuxta ſepulcrū. ¶ In quibuſdam etiam eccleſijs tropis cantatis ꝓcidentes ad terrā dicūt in tenebris ſub ſilētio. Miſerere mei d̄s. ⁊ collectā. Reſpice q̄ſumus dn̄e. in quo timor apoſtoloꝝ in occultis notat̄. Poſtea fit cum manu vel alio quidē mō ſonitus ante luminis reuelationem q̄ ſonit⁹ rep̄ſentat terroris eorū incuſſionē: vel ex tumultu cohortis vel ex terremotu. In quibuſdā tñ eccleſijs ignis nouus de lapide ꝓducitur: q2 per xp̄m mediatorē noſtrū nobis ſp̄us ſanct⁹ infundit̄. ¶ Ab hac q̄z die vſq̄z ad octauā penthecoſtes in quibuſdā eccleſijs offm̄ btē marie omittit̄ vt memorie atq̄z reuerentie paſſionis ⁊ reſurrectionis: de quib⁹ in eccleſia hoc tp̄e agit̄ ardenti⁹ iſiſtat̄. Cū eñ honor ⁊ obſequiū ſp̄aliter hoc tp̄e xp̄o eius nato in noſtra humanitate paſſo ⁊ glorificato impenſum redūdet in ipſam matrē: nulla quidē ſibi fit iniuria ip̄m officiū omittendo. Omittit etiā officiū mortuoꝝ: q2 cū recordatio beneficioꝝ xp̄i p̄cipue q̄ ipſe paſſionis ⁊ reſurrectionis ſue tp̄e ꝯtulit: oēm noſtrū effectū ⁊ intellectū req̄rat. Proinde eccleſia illud ſolum officiū qd̄ ad ipſum xp̄m ſpectat in quo d̄ eius paſſione ⁊ reſurrectione agit̄ eo tp̄e agit vt ſic nō ad plura diſp̄ſa ad vnū dūtaxat vehementius occupet̄. Nec ꝑ hoc defuncti q̄ ſunt ī purgatorio diſpendiuz patiūtur: q2 cū ſint nobis ꝑ charitatez vniti beneficia noſtra ſm qd̄ meruerūt ꝑticipant̄ ab eis: nec expreſſius memoria ꝓ illis fieri poſſet ꝙ agendo memoriā de morte ⁊ reſurrectione xp̄i: ꝑ quā a penis liberari expectant. Extra eccleſiam tñ vtile eſt ipſa officia dicere.

¶ De diurno hui⁹ diei officio. Rubrica.

Sequitur de diurno huius diei officio videre. Et q̄dem hec quinta feria inſignit̄ ſacramentis: tum ab eccl'ia: tū a dn̄o inſtitutis: in qua die primo penitētes in eccl'ia introducūtur q̄ in capite ieiunij de ea eiecti fuerāt. Vñ in canone Innocen. ita legit̄. De penitentib⁹ vero q̄ ſiue ex grauioꝝb⁹ omiſſis ſiue ex leuioꝝb⁹ penitētiā gerūt ſi nulla interueniat egritudo: q̄nta feria ante paſcha eis remittēdū romane eccl'e ꝯſuetudo demonſtrat. Primo ergo de penitētiuz introductiōe in eccleſiā dicturi aliqua de ipſorum eiectiōe p̄mittam⁹. Siquidē miſericors ⁊ miſerator dn̄s cui⁹ mīe nō eſt numer⁹: ſicut ī pſalmo habet̄. miſericorditer ſemp agens et pctōꝝ ſalutē ſitiens ꝑ hui⁹ mūdi pelag⁹ periculoſe nauigantib⁹ ⁊ q̄ñq̄z fluctuantib⁹ inter alia multa remedia ſp̄aliter duas naues ſiue tabulas parauit. Prima eſt baptiſmus. Secūda pn̄ia: ſicut ap'lus ait ad Ephe. Et quidem ꝙ penitētes de eccleſia eijciūtur rep̄ñtat exilium ⁊ eiectionē Ade ⁊ Eue de paradiſo: ꝓpt̄ eſum pomi. Peccatores ergo de eccleſia eijcimus: ⁊ eiectis pn̄iam ſeptēnem aut aliam ꝓ criminum qualitate imponimus. ⁊ eiecti ꝑ ſeptem hebdomadas extra morant̄: q2 gen⁹ hu

manum in adam lapsum iudicio dēi in hoc exi
lio septē milib⁹ dānatur annoꝝ. Maria quo-
qꝫ lapsa septē dieb⁹ extitit extra castra. For-
ma eiectionis habet̄ in cōcilio agatheñ. Eie-
ctionem vero cayn a facie dñi repñtat ecclesia
excōicādo viros sanguinū p̄cipue cū candelis
extinctis: qꝛ ⁊ ille ⁊ isti spm̄ vitijs extinxerunt.
q̄ candele in ꝓlatiōe anathematis debēt ꝓij-
ci ⁊ pedib⁹ cōculcari: nec vlteri⁹ debent ad ali-
quez vsum sicut nec sal infatuatū assumi. Eie
cti ferunt candelas in manib⁹ ad significandū
ꝙ ꝓ ope quo p̄mi parentes porrexerūt man⁹
ad pomū vetitū apposita est ignea rumphea
in paradiso. Claudunt̄ coram eis fores eccl'e
in signum adit⁹ paradisi quondā obclusi. Qd̄
de loco ad locū vadunt siue in exiliū mittunt̄:
significat ꝙ cayn post mortē fratris ꝓfugus
⁊ vagus fuit sup terram. Qd̄ cilicijs ⁊ laneis
vtūtur: de iob tractū est: qui penitētiā in fauil-
la ⁊ cinere agens sacco se operuit: ⁊ de niniui-
tis q̄ similr̄ fecerūt. Cilitiū quoqꝫ portāt in si-
gnū pellitiaꝝ tunicarū Ade ⁊ Eue. Johānis
etiā habitum recolētes. Carcer pnīe a ioseph
initiū habuit. Qd̄ comā ⁊ barbaz nutriūt: tra-
ctum est de ioseph cui in carcere posito ista ex
creuerunt. Qd̄ iacent aut sedent in terra: sum-
ptuz est de iob: qui in sterquilinio sedit. In ter
ra etiā comedunt quasi ipo facto dicāt. Ma
ledicta est terra in ope tuo. Nō dicit̄ eis aue:
qꝛ nōduz erat mutatū nomē eue. ꝙ pedes nu
dant nuditatē representat Ade: ieiunantes ꝙ
indigēt ornatu gl̄ie. ꝙ baculis vtunt̄: tractū ē
de iacob q̄ peregrinās in baculo iordanē trā-
siuit. ¶ In his etiā oīb⁹ inuitant̄ ad humilita
tem ⁊ purgatoriā ꝯfessionē: ⁊ tam pctōꝝ q̄ e
terne pene meditationē: ⁊ ꝙ sint mēores sue
peregrinationis. Nam q̄ eijciunt̄ de ecclesia ⁊
post eos cantatur. In sudore vultus tui vesce
ris pane tuo. hoc ideo fit vt videntes eccl'iam
ꝓ eis esse cōfusam: magis ac magis ꝯfundan
tur. In vestimentis q̄ppe sordidis ⁊ excremē-
to criniū ⁊ barbe: multiplicatio miserie pctōꝝ
insinuat̄: quasi dicant ipso facto. Iniquitates
mee multiplicate sūt sup capillos capitis mei
Qd̄ ī terra iacēt: eis eternā dānationē ad me-
moriam reducit: quasi dicant. Dñe ꝑdes oēs
q̄ in terrā descenderūt. i. q̄ dediti sunt terrenis
nisi resipiscant. Qd̄ de loco ad locū cū baculo
vadunt: eis ad memoriā ꝑegrinationē suā re-
ducit: q̄ ꝑ peccatū recesserunt a deo. In bacu-
lo eniz intelligit̄ correctio: ꝯsolatio: ⁊ sustēta
tio: quasi dicant. Virga tua ⁊ baculus tu⁹ ipa
me ꝯsolata sunt. Est autē baculus cubitalis:
quia in qua mensura messi fuerint: remetietur
eis. ¶ Sed querit̄ quare hac die penitentes
in ecclesiā introducūtur. Respōdeo in q̄nta fe
ria deus creauit pisces ⁊ volucres. pisces in a
quis reliquit: volucres in aera leuauit. Iuxta
illud. Magne deus potentie qui ex aquis ⁊c.
partim remittis gurgit. s. pisces. partim leuas
in aera. s. volucres. Per pisces intelligunt̄ cu
pidi auari ⁊ luxuriosi: qui in fluxu cupiditatuz
huius mundi delectant̄. Volucres sunt: spūa
les qui in spiritualem cōuersationem quasi in
aera leuant̄. Penitentes igit̄ in q̄nta feria in
ecclesia ītroducūtur: ⁊ quasi segregatis a ma
lis ⁊ ab huius mūdi delitijs: in celis aīo cōuer
santur. ¶ Preterea in fine q̄nte etatis quam
hec quinta feria significat Johānes baptista
pnīam p̄dicauit: ⁊ dñs noster venit in mūduz
peccata absoluēs: ꝓut in p̄ma huius diei orō
ne dicit̄. ¶ Rursus in hac die īstitutū est sacra
mentum sacramētoꝝ. s. corporis ⁊ sanguinis
dñi: cū dñs vetus finiuit testamentū ⁊ nouum
inchoans panē ⁊ vinū in corpus ⁊ sanguinez
suū transsubstātiauit qd̄ est sacramentū mīe.
Quia ergo xp̄us solus de mīa crimina tollit:
p̄missum est: ideo penitentes hac die reconci-
liantur: quia hac die misericordie ꝯsecrauit sa
cramentuz: ⁊ inde est ꝙ missa huius diei solē-
niter cātatur: vt ibi dicetur. Merito igit̄ hac
die q̄ tota in remissionē peccatoꝝ ꝯsecrata ē:
penitentes recōciliant̄: ad percipienda corpo
ris ⁊ sanguinis dñi sacramenta. Decuit itaqꝫ
hoc sacramentū sacramētoꝝ in fine institui q̄n
te ferie adueniēte sexta feria: eo ꝙ in fine q̄nte
etatis: ⁊ in p̄mordio sexte: lex finē ⁊ euangeliū
sumpsit exordiū. Preterea hac die absoluun-
tur: quia in ea die xp̄us fuit captus ⁊ ligatus:
q̄ ligatio absolutionez nostrā operata ē. Hac
etiā die xp̄s lauit pedes discipl'oꝝ suoꝝ: vt pe
des ⁊ affectus nostros lauet. i. soluat a pctis.
¶ Forma vero reconciliationis est hec. Exit
pōtifex ad ianuas patētes eccl'e: vbi iacēt pe-

nitentes ꝓstrati in terra: et eos vice xp̄i vocat ad timorē dn̄i dicēs ter. Uenite ve. ve. filij audite me. timorem dn̄i docebo vos. Hanc esse xp̄i vocem ꝓbat ti. psalmi. xxviij. de quo sumitur qui talis est psalm⁹. Dauid cū mutauit vultum suū coraz abimalech. Abimalech interp̄tatur patris mei regnuz: ꝑ quē iudeos accipimus: corā quib⁹ verus dauid mutauit vultuz suū. i. sacrificandū ritum: et ferebatur in manibus qn̄ panē ⁊ vinū dedit discipul' dicēs. Hoc est corpus meum: et hic est sanguis me⁹. qd̄ q̄dem hodie factum est. Dicens ergo pontifex vicarius ih̄u xp̄i. Uenite penitētes. inuitat ad corpis sanguīsq̄ ꝯuiuiū. Proīde ꝓ eis orat: genua flectit: eos āmonet: eosq̄ recōcilians ī eccl'ia introducit. ¶ Illud etiā notabile est ꝙ vndiq̄ ianue eccl'ie patēt: ad notandū: venientes ab austro vl' ab aq̄lone. i. iustos ⁊ peccatores qn̄ accedant ad mīaz nō esse ꝓhibendos: ⁊ a pacha in antea patebunt: eo ꝙ in octaua nostre resurrectōis nullū erit improperiū peccatoꝝ electis. ¶ Illud quoq̄ notabis ꝙ penitentes in eccl'ia recepti crines et barbā quā nutrierāt deponūt ⁊ se vestes mūdas ⁊ cultiores depositis pn̄ialib⁹ induūt. a ioseph capiētes exemplū qui de carcere duct⁹ tōsus ⁊ lot⁹ est ⁊ vestib⁹ decorat⁹: per hoc quoq̄ innuitur ꝙ deponētes multitudiuē peccatoꝝ induunt vestimenta virtutum.

¶ De eadē q̄nta feria. Rubrica.

Hac etiaz quinta feria scd̄o loco tripartitū oleum cōsecratur qm̄ hodie agn⁹ dei ad victimā. s. vesperam īmolabat̄. de cui⁹ sanguīe vterq̄ postis ⁊ sup̄liminare domoꝝ in quib⁹ erat edēd⁹ liniebat̄: vt hoc signo viso extermīator egypti dom⁹ sacri ꝯuiuij p̄teriret intactas: in quo prefiguratū est ꝙ si frōtib⁹ nr̄is vnctōe crismatis quasi sanguinē xp̄i q̄ vnct⁹ īterp̄tat̄ signū crucis imp̄mit̄: diabol⁹ in domib⁹ aīaꝝ nr̄aꝝ nullam nocendi hz ptātez. Recte ergo qua die illud figuratiuū agebat̄: significatuz solēniter celebrat̄. ¶ Sz diceres. Consequēs igit̄ eēt vt hac die pueri ꝯfirmentur. i. in frontib⁹ crismate sacro signētur. Rn̄deo sctā eccl'ia illum in quo passus est dn̄s luctui dedicauit. ⁊ solēnitatis ⁊ ꝯuiuij gaudium in diē tertiū quo resurrexit dn̄s reseruauit: vt tūc demū ꝓ recupata salute aīaꝝ: que est patrata in sexta feria et ꝓ futura corpoꝝ resurrectiōe que donata est nobis in eccl'ia paschalis agni ꝯuiuiū celebremus dicentes. Pascha nostrū īmolat⁹ ē xp̄s itaq̄ epulemur. Sumentes ergo illud vn̄ postes nostraꝝ frontium signare debem⁹: recti⁹ ab ipsa significatōe vsq̄ ad ꝯuiuiuz paschale cessamus: vt tunc submerso pharaone trāseūtes per mare rubruz signātes domos contra extermīationez paschale ꝯuiuiuz celebrem⁹. ¶ Sed diceres cur itaq̄ in sabbatuz crismatis ꝯsecratio non differt̄: Rn̄deo quia ab hac quinta feria vsq̄ ad vesperaz sabbati a missarum solēnijs vacamus. ipsum autē crisma nō nisi intra missarum solēnia fas est consecrari: sed ante missam baptismuz cōuenit celebrari: ꝓut sub sabbato sancto dicet̄. Uel ideo ī quīta feria ꝯsecratio celebratur: qz xp̄s in quinta fuit vnctus etate. nam in quinta venit q̄ in sexta sanguinē ꝯsecrauit: de cui⁹ vnctōe dicit Daniel. Ungatur sanct⁹ sanctoꝝ. Et Isa. Spiritus dn̄i sup̄ me eo ꝙ vnxit me. a. e. m. m. Et dauid. Unxit te deus. d. e. t. o. l. p̄. cō. tu. cuius vnctio ex tunc cepit cum verbuz caro factuz est. cuz plenitudo diuinitatis in eo corpaliter habitauit. tunc autē ꝯpleta est cuz in baptismo super ip̄m spirit⁹ sanct⁹ in spē colūbe descēdit. Ideoq̄ vnctio que hodie ꝯficit̄ ad vngendū vsq̄ ad baptismuz differtur: vt significemus sp̄m sanctum sup̄ dn̄m in baptismo visibiliter descēdisse: ⁊ nos in baptismo spiritū sanctum accipere. Ex his itaq̄ patet in vespa sabbati statim post baptismum esse ꝯfirmandū: vt postea celebret̄ paschale ꝯuiuiū: et qd̄ quibusdā placet saltem in paucis esse tunc confirmationis mysterium incboanduz. Quia igit̄ de triplici oleo mentio facta est notanduz est ꝙ triplex sacramētum ex eadē substātia fit olei. ad ostēdendū ꝙ lz vnus sit sp̄us sanct⁹: multiformis est tn̄ ꝑm dona sua. vn̄ apl's. i. ad Corin. xij. Alij per sp̄m datur sermo sapīe: alij sermo sciētie: alij fides: alij gr̄a sanitatū ⁊c. hoc triplici oleo coaptamur qd̄ inde appebit si olei triplicem ꝓprietatē attendam⁹. Olea em̄ vt di

Qualiter aūt illā ianuā intrare debem⁹ dicit in ep'la que est p̄ma ad corinth. v. ca. s. Expurgate vetus fermentū. i. abjcite vetustatē a vobis. ⁊ hoc est ire in galileā. i. de vitijs ad vtutem: ⁊ de virtute in virtutē. sicut estis azimi. i. esse debetis vel estis p baptismū. Quare? Et esti pascha nostrū imolat⁹ est xp̄us: quasi dicer et coctus est agn⁹ ⁊ parat⁹: ataq; epulemur. ⁊ determinat q̄s sit agn⁹ cū dicit xp̄us. Christ⁹ aūt ⁊ est pascha nostrū. i. agnus paschalis ⁊ festum paschale. Alia etiā ratōe ipse est pascha quia per ip̄m ⁊ ab ipso ⁊ ad ip̄m est nobis trā situs p̄dictus. Non in fermēto veteri. neq; in fermēto malicie. i. malevoluntatis. ⁊ neq; tie. i. p̄aue intelligētie. Nequā esti ē q̄ de deo male intelligit: sed in azimis sinceritatis ⁊ veritatis. i. in accenso affectu ⁊ p̄purificato intellectu. vel in sinceritate charitatis ⁊ puritate fidei. Sed etiā plus dicit veritas q̄ fides: ꝓ hēdit esti sapiam ⁊ intelligentiaꝫ. Sz videt ira eps'e in se ꝓtraria. Si esti sum⁹ azimi. i. sine fermento: quomō expurgabim⁹ vet⁹ fermentuz? quō etiā dr̄ vt sitis noua ꝓspersio. videt ei dicere vt sitis azimi sicut estis azimi. nā noua cōspersio nihil aliud est q̄ farina aq̄ ꝓspsa. i. pasta nondū fermētata. Sed ē notandū. q̄ duobus modis dicit q̄s peccare. s. peccato ꝓprio vel pctō alieno cui ꝓsentit. Erāt esti illi q̄bus loquebatur ap'lus azimi. i. sine ꝓpr̄j peccati fermento: sed erāt alieno pctō infecti dū nō rep̄hendebāt illū cū possent: q̄ patri suo ꝓpr̄iam nouercā abstulerat q̄ iter eos erat. Uñ dicitur eis. Expurgate vetus fermentū. i. abjcite illū a vobis p excōicationē: vt sitis noua cōspersio. i. sine fermēto alieni pcti. Seq̄tur graduale quo vtit ecc'la scā ꝓpter nos: q̄ nō habemus adhuc nisi resurrectionē aīe ⁊ expectam⁹ resurrectionē corp̄is. s. hec dies quā fecit dñs exultem⁹ ⁊ letemur in ea. q̄ exultādo ⁊ letādo itur in paradisum: sed cū labore ⁊ angustia et cū maxima afflictione itur ad infernuz: q̄ nō ē pax impijs dicit dñs. sz bonis est iocunditas pax ⁊ quies: maxie ꝓpter spez gl'iose resurrectionis. Cantat aūt graduale sz sit luct⁹ laborantiuz pp baptizatos q̄ arripuerūt laborem militie vt pueniant ad al'a eterne leticie. grādis. n. labor eis supest vt ptem bēant in secunda resurrectōe. Et est sciendū q̄ est dies tp̄is. vñ bodie si vocē eius audieritis. i. si in tpe quo viuitis. ⁊ est dies eternitatis. vñ. Melior ē dies vna in atrijs tuis sup̄ millia. hāc diē bodierna festinitas inchoat: ⁊ iō recte demōstratiue dr̄. hec dies quā ⁊c. ⁊ bodie surrexit dñs: sz h̄ dies dū est in auroza vel in ascēsu vocat dies salutis ⁊ gr̄e: cū fuerit in meridie vocabit dies eternitatis ⁊ gl'ie. Hec declinū nō sentit ⁊ iō solēnitas ista vesperū nō hz: vt dicet in ti. se. Post modum sequit al'a. cant⁹ quidā āgelic⁹. s. pascha nr̄m imolat⁹ est xp̄s. i. ad corinth. v. c. q. ip se est panis angeloꝝ in quē desiderāt angeli ꝓspicere. etiā inceptū est bō. q. d. Laudate dñz deū: q̄ pascha nostrū imolat⁹ est xp̄s. Deinde

sequitur euangeliū Marci.xvi.c.q̄ habz figuram leonis:qꝛ ⁊ xp̄us fuit leo in resurgēdo:et qꝛ ſm ordinē leguntꝫ euāgelia: ꝓut in se.ti.dicetur. Est aūt euāgeliū. Maria mag. maria iacobi.⁊ salome eme.aro.⁊c. Sil̄r opz nos emere aromata bone volūtatis. Isaias. Venite ⁊ absq̄z argēto ⁊ absq̄z vlla ꝯmutatōe emite vinū ⁊ lac.i.aromata v̄tutū q̄b⁹ vngit̄ de⁹: qꝛ delitie sunt ei esse cū filijs hoīm.⁊ sequit̄ ibi ꝙ angel⁹ apparuit mlierib⁹ in vestib⁹ albis:sz in euāgelio mathei qd̄ legit̄ in vigilia dr̄ ꝙ aspect⁹ ei⁹ erat sicut fulgur:⁊ vestimēta ei⁹ sicut nix.⁊ ꝑ hoc notat̄ sicut dicit Gre.ꝙ dn̄s in iudicio terribilis apparebit reprobis:⁊ bland⁹ iustis vna facie.hoc ei erit ex diuersitate ꝯsciētiaꝝ. Qꝛ ergo blād⁹ apparebit iustis:iō ne nimis de resurrectōe exultem⁹:seq̄tur in offertorio. Terra tremuit ⁊ q̄euit. In postcōione q̄ sicut ⁊ all̄a sumit̄ de epl̄a:hortatur eccl̄a filios suos vt cū fide veniāt ad cōionez dicēs. Pascha nr̄m ⁊c. Aiūt quidā ꝙ illud quod dr̄ in introitu. Resurrexi.vox est spōsi ad sponsam eā de morte sua in p̄nti tp̄e ꝯsolātis.cui spōsa respondet. Posuisti ⁊c.vel est vox generis hūani qd̄ in adā cecidit:⁊ ꝑ xp̄um resurrexit. Cet̄a sunt ꝯcentus angeloꝝ ⁊ hoīum de xp̄i resurrectione gaudentium.

¶ De.vij.dieb⁹ post pascha. Rubrica.

Hec prima septimana paschalis tp̄is lz cōiter vocetur septimana in albis:tn̄ sequens magis ꝓprie vocat̄ i albis ꝑꝑ cās in p̄ce.ti.positas:⁊ est cōis huic tēpori ⁊ p̄cedēti. Est aūt tota de septuagesima q̄ terminat̄ in sabbato in albis. Inde est ꝙ tract⁹ in sabbato paschali ⁊ graduale ꝑ totam ipsam hebdomadā dr̄ qd̄ laborē significat.all̄a vero ⁊ cetera cantica leticie cātant̄:vt dictū est sub dn̄ica septuagesime:⁊ h̄ ꝓpter tp̄us regressiōis:qd̄ incipit ſm quosdā in pascha:ꝓut ibi dictū est. Isti ergo septē dies cōputant̄ cū septuagesima:qꝛ hec septimana est septima a quadragesima:ꝑ quam idez significat̄:qd̄ per septuagesimā in cui⁹ septīa decade filij israel acceperūt licentiā redeundi: ⁊ iam quasi liberi erāt.iōq̄z dieb⁹ istis cantica leticie inclamātur. ¶ Porro offis isti dies septem sunt quasi vna dies dn̄ica.vn̄ sp̄ cantat̄ in eis. Hec dies ⁊c. ⁊ in p̄fatiōe dr̄. Te quidē dn̄e oī tēpore:sz in hoc po.di.glo.p̄di.⁊c. ⁊ in eis semp̄ agit̄ de resurrectōe ad ostēdendū ꝙ ꝑ septē dona sp̄us sancti venit̄ ad verā resurrectionē.vel poti⁹ qꝛ in tota vita ista q̄ ꝑ septez dies currit debem⁹ anhelare ad gl̄am resurrectionis q̄tum possumus:sic ⁊ pascha in vete. testa.ꝑ septē dies celebrabat̄:et cenofegia.i. fixio tabernaculoꝝ. Quecūq̄z eñ hac die facimus:iō facere debem⁹:vt in celo tabernacula nostra figam⁹:qd̄ erit ꝑ gl̄iam īmortalitatis: vt ille q̄ crucifix⁹ est ondat nobis suā deitatez cū dicit in officio nocturno. Ego suz q̄ sum:et cū dicit se esse illū q̄ dixit Moysi. Qui est misit me ad vos. Exo.iij. Siquidē pascha est hebdomadaria festiuitas:qꝛ qualz die hebdōade mutant̄ officia. In vete.n.testamēto tres habuerūt hebdomadarias festiuitates.s. pascha ⁊ pentbe.quas etiā nos habemus lz ad aliud q̄ illi habuerunt:⁊ cenofegiā quā nō habemus nisi quodāmodo vt dicet̄ in ꝓhemio septime ꝑtis. Quidā v̄o scripserūt ꝙ festū pēthecosten nō fuit in vete.test.festū hebdomadale:⁊ ꝙ in no.te.hz septē officia ꝓpter septē sp̄us sancti dona:nō qꝛ sit festū hebdomadale qꝛ tres vltimi dies nō hn̄t oīno ꝓpria officia. Ad hoc notandū est ꝙ cū in vrbe romana eēt magna aeris pestilentia:btūs grego.in tēpore paschali ordinauit:vt imago btē v̄ginis q̄ in ecclesia sctē marie in ara celi seruatur quaz btūs lucas pinxisse dicit̄:⁊ eidē virgini sil̄is ꝑbibetur ꝓcessionaliter portaret̄:⁊ dn̄ añ ꝓcessionez reuerēter portaret̄:ecce tota aeris infectio ⁊ turbulētia cedebat imagini fugiēs:ac si eā ferre nō posset:sic ꝙ op⁹ imaginē mira serenitas remanebat. Tūc aūt iuxta imaginē audite dn̄r tres voces angeloꝝ canentiū. Regīa celi letare all̄a:qꝛ quē meruisti portare all̄a:resurrexit sicut dixit all̄. Statimq̄z btūs gre.adiūxit. Ora ꝓ nobis deū all̄a. q̄ antiphōa iō h̄ tēpore frequētat̄.⁊ tūc Grego.vidit supra castrū crescentij angelū dn̄i q̄ gladiū cruentatū tergens in vaginā reponebat. Intellexit ergo Gregori⁹ ꝙ pestis illa cessasset:qd̄ ⁊ factū est.

vnde castrū illud exinde castrū sci angeli voca
tum est. p̄missa imago in eccl'ia btē marie ī ce.
in ara vrbe sup limē baptisterij seruat' quā ro-
mani reginā vocāt. Per hos āt. vij. dies tres
tm̄ dicūtur psal. sicut in dn̄ica resurrectōis. ī h̄
tm̄ interest s̄m aliquas eccl'ias; qr tūc dicūtur
cuz trib⁹ antiphonis in his v̄o diebus cū vna
sola. Siquidē tm̄ iō tres psalmi p̄ hos septez
dies baptismales dicūtur: qr q̄ pure baptizā-
tur. vij. spūs scti dona suscipiūt q̄ p̄ hos septez
dies significātur. Suscipiūt etiā tres v̄tutes
scz fidē: spē: ⁊ charitatē q̄ per tres psalmos in
telligūtur q̄ nobiscū vsqz in finem manere de-
bent. Canim⁹ ergo tres p̄s vt recolam⁹ nos
hec tria hr̄e. antiphona v̄o vna est: qr vn⁹ est a
quo hec oīa sunt. ¶ Rursus v̄o qr vt p̄missuz
est hec tota hebdomada ē q̄si vna dies dn̄ica:
inde ē q̄ p̄ oēs hos. vij. dies canim⁹ p̄s. de no
cturno dn̄ice diei vel eis adiacētes. Quedam
tm̄ ecclesie p̄termittunt p̄s. maiores ⁊ laborio
sos. s. Cōfitebor: ⁊ Diligaz te: qr neophitī oīa
breuia debēt p̄poni: et soror nostra puula est
et vbera nō hz. ⁊ apl's. Lac dedi vobis potuz
nō escā. xxxv. q. v. qd̄ scripsi. extra d̄ pe. ⁊ re. his
qui. sed numerz supplem⁹ p̄ illos duos. Cū in
uocarē. Verba mea. ⁊ ita. xviij. p̄s. p̄ficim⁹ vs-
qz in sextā feriaz. In sabbato aūt sumim⁹ tres
de adiacētib⁹ quos in die dn̄ica ad p̄mam cā-
tare solemus. s. Dn̄s regit me. Dn̄i est terra. ⁊
Judica me: sed ⁊ illos duos. Deus de⁹ me⁹ re.
⁊ Ad te dn̄e leuaui p̄pter cām p̄dictam p̄ter-
mittim⁹. In sequēti v̄o tpe multiplicādi sunt
psalmi: sicut ⁊ boni mores q̄ p̄ p̄s. ītelligunt': p̄
quos ad gloriā p̄uenit' quā p̄ totū tp̄s istud fi
guram⁹. In quibusdā tm̄ ecclesijs nō dicūt ni-
si tres p̄s. vsqz ad pēth. ⁊ hoc ex institutiōe al-
cuini: p̄ut dicetur sub dn̄ica de trinitate. Sz
hoc non bene fit hodie. Primū qr cā quare il-
lud institutū fuit hodie cessat. Scd̄o qr cōtra
canonē Grego. faciūt: p̄ut dictū est in q̄nta p̄
te sub ti. de nocturnis. Tertio qr inter canoni
cos regl'ares ⁊ alios clericos qui vsurpato no
mine seculares dicūtur: nulla dz esse quo ad h̄
dn̄a. nam et ipsi magna ex p̄te antiq̄t⁹ regula
res fuerūt. xxi. q. i. qr. ⁊. c. scim⁹. ⁊ ca. se. ⁊. c. cer-
te. extra de vita ⁊ ho. cle. qm̄. ⁊ certuz est q̄ ca
nonici regulares in octaua resurrectōis dicūt
in nocturnis. ix. lectōes cum nouē respōsorijs.
et etiā eccl'ia romana. Qui em̄ dicūt q̄ oīa fa
cilia debent esse eo tpe p̄pter neophitos illaz
facilitatē nimis extendūt. Nam due sunt heb
domade neophitoꝝ. s. in pascha. ⁊ penth. ⁊ p̄
pterea ꝯcluditur eis ī ascēsione vbi sunt nouē
respōsoria ⁊ nouē psalmi cū suis antiphonis.
Nulla em̄ est sufficiēs rō quare in sequēti die
post ascēsionem dicam⁹ tm̄ tres psalmos cuz
vna antiphona: de hoc dictuz ē in ti. p̄cedenti.
Nēpe s̄m romanū ordinē in oīb⁹ dn̄icis. ix. le-
ctōes dicūtur. de ꝯse. di. i. in die. lz magūtinen
se ꝯsilium a pascha vsqz ad penth. tres tm̄ in-
stituerit esse legendas: vt seruitiū matutinū in
die cantetur: quia in futuro trinitas ꝯprehen-
detur ⁊ a sanctis in luce dn̄o seruiet'. Ad p̄mū
autē dicunt quidā p̄ totā hebdomadā totum
psal. Cōfitemini ⁊c. in quo p̄cipue de xp̄i resur
rectōe agitur. Alij v̄o solum v̄suz. Hec dies
⁊c. quē in p̄ma et in alijs horis p̄ capitulo di-
cunt: quia vitam illam figuram⁹ in qua doctri
na nulli necessaria erit: sed oēs docti gratula-
bimur ⁊ exultabim⁹. Psalmus v̄o. Quicūqz
vult ⁊c. toto isto tpe nō d̄r: qm̄ ad fidē p̄tinet.
hoc em̄ tp̄s significat octauā etatē vbi nō erit
fides que euacuabit': sed res q̄ ꝯp̄hendet' non
erit figura sed veritas. In quibusdaz tm̄ eccle-
sijs alit' obseruat': qr vbi fides nō ē supedifica-
ri nō pōt. xxiij. q. i. vbi sana. i. q. i. cū paul⁹. Mi
nus tm̄ symbolū. s. Credo in deum. ob eandez
cām subticet' ad p̄maz. Nā cū venerit: qd̄ per
fectū est euacuabitur qd̄ ex p̄te est. vn̄ ī ꝯdēs':
id ē ꝯdensitatib⁹ ppl'i vsqz ad cornu altaris. i.
ad cōionē nō dicitur capitulū neqz preces: vt
dictuz est in ti. precedenti. Vespertinū officiū
est huius festiuitatis claritate illustratum: nō
em̄ per Deus in adiutoriū: qm̄ in illa vita non
sicut hic adiutorio īdigemus: sed p̄ Kyrieley-
son incboatur: quia vesp̄tina hora sabbati pa-
schalis baptisma fuit p̄ Kyrieleyson īcboatū.
⁊ in trinitatis noīe celebratū: ⁊ p̄pterea eadē
hora et in eisdem verbis per totaz hebdoma-
dam hanc in festiue regeneratōnis iocundita
tem sancta trinitas adoratur: vel per Kyrie-
leyson incipitur vt quasi nō existens per se offi
cium misse officio continuetur. Nam vt in ti.
p̄ce. diximus: dies hec vesperam non hz: quia

decliuium eternitatis non agnouit. Tres ps. sub vno alla. i. gaudio cantātur in quibusdaz ecclesijs: qz per fidē trinitatis ad vnuz eternitatis gaudiuz puenitur: vel hi tres psalmi resurrectioni que tertia die facta ē cōueniūt Jesu xpo. Pro capl'o sequit. Hec dies. sicut ī alijs horis: quia ibi non erit necessaria doctrīa: sed exultatio. Vel vt notet sollicitudo baptizatoꝝ adhuc peregrinantiū ⁊ laborantiuz: qz nondū habēt gaudium nisi spei quo puenitur ad alla rei. Proinde ꝓ hymno sequit alla: qd est ꝓprius illoꝝ ciuiū hymn⁹. Sane descēdimus ꝓcessionalr ad fontes cum cereo ꝑ totā hebdomadā cātātes canticū exultatōis: ⁊ popul⁹ sequit. s. viri ꝑ se ⁊ mulieres ꝑ se. qd fit in memoriā ei⁹ ꝙ hebrei pharaone et suis in mari rubro submersis fecerunt q̄ in grāꝝ actōes de submersiōe hostiuz ꝑ totā hebdomadā redibāt ad mare: viri ꝑ se ⁊ mulieres ꝑ se: cantātes illud canticū moysi. Cantem⁹ dño. Siq̄dem hostes nostri sunt demones. mare rubrū est baptismus ī quo submergūtur oēs hostes id est vitia ⁊ peccata ⁊ demones: et īde etiam est ꝙ neophiti baptizati in sabbato scō precedente suo lumīe. s. xpo: redeunt ad fontem baptismi: his septem diebus grās agētes: qz inimici eoꝝ submersi sunt. s. vitia ⁊ peccata: ⁊ tūc circa fontes cātantur psalmi. Laudate pueri scz nouiter baptizati. ⁊ In exitu isra. de eg. qz ꝑ baptismum de tenebris peccati exim⁹. Duo ergo psalmi circa fontes cantātur: qz per geminā dilectionē ad fontez vite ꝑtingitur: qui baptizatis ⁊ baptismo ꝯueniūt. Baptizatis: vt Lau. pue. dominū ⁊c. est āmonitio laudis ad neophitos: q̄ facti sunt pueri. i. a vitijs puri: ꝓ quibus mater ecclīa iubilat ad fontes in laudez ei⁹ gratie: per quā meruit esse qd in cātico amoris audiuit. Fons ortoꝝ puteus aq̄ruz viuentiū. Postea trāsitur ad aliquod oratoriū cum psalmo. In exitu israel. qui cōuenit baptismo cum dicitur. Quid est tibi mare qd fugisti: ⁊ fit statio ad crucifixum ⁊ reddunt ei grates: quia ipse est qui baptizat. vnde in euāgelio. Sup quē videritis spiritū descendētez ⁊c. Hic est qui baptizat et salutatur: qz ꝑ crucem ⁊ in cruce nacti sumus aīaꝝ nostraꝝ redēptionem. Rursus per hos dies septez baptismales neophiti quottidie ad eccl'iaz ducunt: sicut eñi filij israel lz transissent mare rubrum in quo baptizati sunt: non tamē puenerūt ad terrā ꝓmissionis nisi sub ducib⁹: domīo illos pascente ex māna: et colūna ignis eos ꝑcedēte: sic ⁊ ipsi his septem diebus sub ducib⁹ id ē ꝑs byteris patrinis ⁊ matrinis ducūtur ad ecclesiam ⁊ pascūtur corpore dñi: ⁊ cerei ꝑcedūt eos: ⁊ sic tandē in sabbato quasi puenerūt ad terrā ꝓmissionis. Cereos aūt quos in sabbato sancto dum baptizarent habuerūt per hāc hebdomadā in quibusdam locis ad missas ⁊ vespas accendūt: et in sabbato in albis ⁊ in sequēti dñica illos accēsos offert sacerdoti. Si quidē lumīaria accēsa bona opa sunt quibus toto tpe ꝑsentis vite que ꝑ septenariū ducitur lucere debēt. Offerunt sacerdoti qz post hāc vitam ad summū sacerdotē. i. ad xpm cum lumīaribus bonoꝝ opeꝝ veniūt: iuxta illd. Venientes autē veniēt cū. e. p. m. ¶ Potest etiā dici ꝙ ꝓcessiones vespertinales hui⁹ hebdomade reuersionez significāt de captiuitate babylonie. Hec est eñi hebdomada reuertentiū q̄ in fine sue captiuitatis reuertūtur ad deum. ⁊ vespe trina statōe ꝯplētur: sicut ⁊ baptism⁹ in trinitatis noīe celebratur. Qui vero fontes nō hñt nō exeāt: sed quīqz psalmos quottidie dicant: et post collectam diei de cruce collectaz adiungāt. Eedem vespe quottidie repetunt: quia ꝓ vna ⁊ eadez die tota hec hebdomada reputatur. In quibusdaz etiā ecclesijs in his septem diebus qñ descēdit ad fontes añfert quidam serpēs imaginari⁹ sup virgam: ⁊ candela nouo lumīe accēsa sup caput serpētis retorta affigitur: ex qua cereus paschalis ⁊ oēs alie ecclesie candele accēdūtur. Circa qd sciēdū est sicut legitur nūeri. xxi. capit. Moyses in deserto erexit sup paluz serpentē eneū vt q̄ percussi erant a serpētib⁹ ꝑ illi⁹ sanarent aspectum. in quo xpi passio ꝑfigurata fuit. Unde et dñs ait in euāgelio Jo. Sicut moyses exaltauit serpentē in deserto: ita et exaltari opz filiuz hoīs. Ideo ergo serpēs imaginari⁹ fertur ⁊ aspicitur: vt xpi passio memoretur: ⁊ per hoc a vulnerib⁹ peccatoꝝ sanemur. Nam serpens in palo est christ⁹ in patibulo. Itez ideo in benedictōe baptismi ⁊ cuz ad fontes descē

ditur: quia baptismus a xp̄i passione virtutez accepit in quo etiaz a peccatis sanamur ⁊ mūdamur. Fit hoc in vesperis: qm̄ ipe xp̄s fuit sacrificiū vespertinuz. Unde psalmista. Eleuatio ma. m. s. ve. Ignis nou⁹ ex silice excussus: christus passus est: qui est lumē de lumine: ex quo cetere cādele in ecclesia illuminātur: quia ipse illumīat oēz hoīem venientē in hunc mundū. Candela in capite serpentis retorta. ē spinea corona in capite xp̄i posita. In ꝯpletorio v̄o in quibusdam locis p̄termittit̄ p̄s. Qui habitat. sicut in p̄ma p̄s. Quicūqz. ¶ In his autē sex diebus dicit̄ ad missam respōsoriū et all'a: vt ifra dicetur. et dicit̄ p̄mo respōsoriū ⁊ post sequit̄ all'a: ⁊ hoc triplici de causa. Primo qz em̄ in laboribus vite p̄sentis exultandum est: iuxta illud. Hilarē datorē diligit de⁹. xxiij. q. vi. §. ex his. ideo nunc post graduale ⁊ versuz conuenienter sequitur all'a: qd̄ est vox leticie. Scd̄o respōsoriuz actiuā. Alleluia v̄o ꝯtemplatiuā vitaz significat. Respōsoriū em̄ significat actionē quā sancti exercebunt in resurrectione corpoꝝ que erit in oī leticia: ꝓut verba respōsorioꝝ hui⁹ tp̄is declarant: que oīa siue versus eoꝝ excepto eo qui cātatur in tertia feria: ꝓut ibi dicetur: sunt de psalmo. cvij. Cōfitemini dn̄o. qui p̄s. sonat ꝯfessionez laudis: ⁊ est de eterna leticia: quia igit̄ oīs illa laus cōfessionis siue actio ad gaudiuz et dei glorificationē tendit: merito ab all'a ꝯcludendū est. et qm̄ eadem actio nihil aliud est q̄ laus dei: ideo ad hoc ostendendū post hos sex dies cōtinue canitur sine responsorijs all'a. Tertio iō in his sex diebus hoc fit: qz senarius numerus ad opa sicut septenari⁹ ad requiez refertur. q̄ em̄ vult ꝑuenire ad requiem opz euz p̄mo toto tēpore p̄sentis vite bene opari. ¶ Circa h̄ sciendum est ꝙ ecclesia his dieb⁹ sctōꝝ actuū in corpe cum fine leticie recolit: sic incipiēs actum vt pertingat ad quietem. prim⁹ dies mādat: septimus requiem gestat. octauus glorificat. nempe respōsorium illam actionē significat quā sancti in resurrectōe corpoꝝ exercebunt. anime quippe scōꝝ añ resurrectionē corpoꝝ in quiete sunt: sed dum illa recipiēt in actione erunt: et tunc si erit actio vt non desinat quies. in quiete quidem erunt: quia non laborant: nec cogitatōibus fluctuabūt: nec erit etiam ī quiete illa segnities desidiosa: sed sic ab hui⁹ vite operib⁹ in fine quiescēt vt in alteri⁹ vite actione gaudeant. Hec autē actio iō nobis per numerū senarium in memoriā reducitur: quia sicut septenari⁹ numer⁹ requiē: ita senarius opa rn̄sorioꝝ significat. Per respōsoria em̄ intelligimus sanctoꝝ actiōes que erūt cum oī leticia: vt iaz dictū est. Et nota ꝙ predicti versus q̄ canūtur his sex dieb⁹ cum rn̄sorijs dicūtur eo ordine quo positi sunt in psal. Confitemini. vnde sumpti sunt. exceptis duobus q̄ in quibusdā ecclesijs p̄postere ponunt̄. nam in q̄nta feria dicūt v̄sum. Bn̄dictus qui venit in noīe ⁊c. qui ibi ponit̄ vltīo. et in feria vi. v̄. Lapidem quē reprobauerūt edificātes ⁊c. hoc ideo: qz in illo pleni⁹ agitur de passiōe saluatoris q̄ in alijs v̄sib⁹ ibi positis: et ideo merito illa die cantat̄ ī qua passus fuit. Nec est omittendū ꝙ in quibusdaz ecclesijs in his septem diebus duo in albis suppellitijs incipiunt respōsorium. Hec dies: et in alijs quosdam tropos retro altare qd̄ rep̄sentat sepulchrum ꝓ eo ꝙ corpus iesu in eo sacramētaliter collocatur ⁊ cōsecratur: gerētes typū duorum angelorū qui stantes in sepulchro xp̄z resurrexisse retulerūt. Verba em̄ illa. hec dies ⁊c. ad resurrectōis diez ꝑtinere noscūtur. Rursus cantādo post altare representat apl'os ⁊ mulieres timentes: et xp̄m resurrexisse dicere publice formidātes. Fit autē hoc ad laudes ad tertiam et ad vespas. Primo eo ꝙ in his tribus spāliter horis xp̄i passio est expleta. Naz mane captus et illusus: in tertia flagellat⁹: et lignis crucifixus: in vespis de cruce deposit⁹ et sepultus est. Scd̄o in signuz ꝙ resurrectio tribus vicibus nūciata est. Primo s̄m Marcuz ⁊ Math. per vnuz angelū: qui s̄m Aug. stabat in monumēto non directe sed quasi ad ostium. Scd̄o per duos angelos qui s̄m Jo. stabant intus. Tertio ꝑ ip̄m xp̄m iuxta monumentū. Fit etiā hoc in quibusdaz ecclesijs ad missaz: eo ꝙ illa in altari celebratur super qd̄ xp̄i corpus ꝯsecratur. ¶ Ideo autē a pascha vsqz ad octauā penthe. canit̄ all'a fere in oīb⁹ antiphonis ⁊ respōsorijs nocturnalib⁹: ⁊ ī offerēdis: et postcōionib⁹: vt celebratio tēporis

post resurrectionē reducat nobis ad memoriam vitam ꝓtemplatiuam sicut tēpus qō ē ante pascha reducit ad actiuā. T̄ps essi ante pascha qō in ieiuniis ⁊ oratōib⁹ agimus significat erūnas hui⁹ vite ⁊ tribulatōem captiuitatis in qua dū sum⁹ cantica leticie subticem⁹. T̄empus vero post pascha significat beatitudinem ⁊ ꝑpetuā exultatōez in qua post resurrectōem erimus: et ideo relaxatis ieiuniis canendo alla: qō interp̄tatur. laudate dñm frequētamus: de quo dictum est in pbemio hui⁹ ptis. ¶ Illud tamē notandū est ꝙ in quibusdam eccl̄iis in hac bebdomada alla cantat in missa sine finali melodia: ⁊ ỽsus ⁊ ātiphone sine neuma: sed in sequētib⁹ cantatur cuz illa: et hoc ideo qz̄ in hac cantam⁹ ꝓ dño nostro qui in aia et corpe p resurrectōem iam fact⁹ ē gl̄iosus: ac illa finalis melodia' expectationē nostram significat vel etiā sctōz sctōe stole expectatiōem. T̄aceam⁹ ergo: qz̄ bēnus qō optamus. Paruuli nāq; plorant cuz panē non habēt: sed cum habēt qō desiderāt tacēt: ita ⁊ nos quasi ploramus alio tpe: qz̄ non habem⁹ qō desideram⁹: et sctī quasi in desiderio sūt expectatōis. In quibusdaz eccl̄iis in magnis solēnitatib⁹ tacetur illa melodia: in signuz ꝙ sancti ꝓ quibus celebram⁹ certi sunt ꝙ secūdam stolaz quā expectāt amittere nō p̄nt. Jubilus quidē differa notat: vt dictuz ē sub natali. ¶ Porro in istis. vij. diebus cantat pro memoria neophitoz: et singulis dieb⁹ singula denotata sunt officia: quod nō fit in toto tē poze vsq; ad pentbe. ⁊ ī primo die. s. in sabbato sancto ⁊ in octaua duplices laudes ponūtur. In primo essi ỽ alleluia. Confitemini. et tractus. Laudate dñm oēs gentes. In octaua vero dicitur duplex alleluia' quod ideo fit: qz̄ ꝓma vita uīa que fuit ante pctm̄ beata fuit sed nō sempiterna: sed vita q̄ erit ī septia quietis erit btā et sempiterna. Quia ergo ꝓma vita fuit btā: ideirco cātat ꝓmo alla qō ē ỽox angelica in lingua hebraica: qz̄ dignioz est: sz qz̄ nō fuit sempiterna: nō humilioꝛ lingua latina cātat tract⁹. Laudate. Qz̄ ỽo vita q̄ erit in septia etate erit btā ⁊ sempiterna: nō in sabbato in albis q̄ est dies septim⁹ duplex alla cantat ꝓpter duplicē stolā: vt ibi dicet. Hā vita illa que in septia q̄tis dabit: nō tollet in octaua etate q̄ ꝓ octauū officiū itelligit; sed potiꝰ cōsumabit. ¶ Circa cātica leticie notādū est ꝙ q̄ttuoꝛ sunt stat⁹ eccl̄ie. Prim⁹ est culpe. scōs culpe et pene. terti⁹ pene ⁊ gr̄e. q̄rtus gratie ⁊ gl̄ie. Primū repsentat eccl̄ia ī septuagesima: nō subticet. T̄e deū laudam⁹ ⁊ alla: qz̄ nō ē speciosa laus ī ore peccatoris: ⁊ Gl̄ia in excelsis deo: qz̄ posit⁹ est iter deuz ⁊ boies paries inimicitiaz. Scōm repñtat in aduētu: iōq; ⁊ su pradicta cātica subticētur p̄ter alla: qz̄ let data deū itelligere docuit et laudare. T̄ertiū repsentat in estiuo tpe: ideoq; ꝓpter gratiaz acceptā in festiuis ista cantant: sz ꝓpter penaz ista in ferialib⁹ subticent p̄ter alla: quod etiaz quottidie frequētat: qz̄ spes de resurrectōe futura nō infirmat. Quartū repñtat inter octauas pasche et pēteb. ideoq; supradicta cātica leticie frequētant ⁊ multiplicātur: qz̄ tñ nōdū habem⁹ gl̄iaz quā expectam⁹: ideo T̄e deum laudam⁹: ⁊ gl̄ia in excelsis in ferialib⁹ subticemus: et in dñicis in quib⁹ quasi duplicē resurrectōez repñtam⁹. et etiā ī festis sctōz ī missa duo alla cantam⁹: sed in ferialib⁹: vnū vt iā dicet. Hec te moueat ꝙ non rectū sz ꝓposteruz ordinē eccl̄ia repñtat: eo ꝙ erāt nouissimi primi: ⁊ ꝓmi nouissimi: sic ergo varietas dierū ⁊ statuū humanoꝛ varietatē inducit officioꝛū. ¶ Querenduz tñ est q̄re diuina officia ita distinguūtur: vt alia celebrētur cū solo rīsorio: alia cum solo alla: ⁊ hec q̄ñq; cū simplici alla. q̄ñq; cū duplici. alia fit cū rīsorio ⁊ alla: ⁊ alia cū rīsorio ⁊ tractu. et alia' cū alla et tractu. Dici pōt ꝙ dies ieiuniorꝛ quib⁹ rīsoriū sine alla canit: recolāt aet⁹ eoꝛ qui p̄s byter̄ grauia cōfitent vt ab illis ōsiliū accipiāt penitendi. Ip si ergo dies agūtur cum solo rīsorio p q̄ vita actiua intelligit q̄ in labore ducit sine alla qō est canticū leticie: qz̄ eccl̄ia dolet ꝓ talib⁹ tanq̄ ꝓ mēbris vulnerat⁹ ⁊ nondū sanatis: et eo essi ꝙ alla dimittit robur eccl̄ie mōstrat: quē bz de suis vulneribus nōdū sanat⁹. Preterea: iō tunc nō dicit alla: qz̄ nō est pulchra laus ī ore peccatoris. In dieb⁹ ỽo p̄festis q̄ sunt ab octaua, pasche vsq; ad octauā pēteb. simplex alleluia sine rīsorio canit. Prio qz̄ dies illi vitā ꝓtemplatiuā significāt q̄ erit post resurrectio

nem in qua responsoriū nō erit: qz pñe act⁹ ibi superfluus erit: ſz tm̄ alla canet ꝺ ꝓcepta īmortalitate. Scꝺo qz tūc ꝓ illis canim⁹ q̄ taz sunt in patria ad quos tā nō ptinet actio laboriosa quā rīsoriū notat: sed sunt in dei cōtemplatione ⁊ exultatiōe q̄ itelligit ꝑ alla. Tertio qz ante resurrectōez corpoz nr̄oz aīa sine corpe deū laudabit. Quarto qz sci ante dīē generalis resurrectionis simplicē tm̄ recipiūt stolaz. scz aīe. Rursum in ꝓuatis ferijs Gl̄ia in excelsis: ⁊ dupler alla nō dr̄: qz nondū habem⁹ pfectam iusticiā nec gl̄am quā expectam⁹. Sed q̄ecclesia iā habet ꝑmiā resurrectionē: tō alio tpe semp alla canit ꝓter q̄ ī septuagesima: vt dictū est in ꝓbemio bui⁹ ptis: ⁊ sub ti. de tēpe aduent⁹. In octauis vero pasche ⁊ in sabbato in albis dupler alla dr̄: qz tūc tps resurrectionis repītamus ⁊ in requie q̄ erit in resurrectō ne duplicē stolā. s. aīe ⁊ corporis pcipiem⁹: qa erim⁹ vtroq; boīe. i. in aīa ⁊ in corpoze gl̄iosi. erim⁹ enī incorruptiōis gl̄ia vestiti. In dñicis quoq; q̄ sunt ab octaua pasche vsq; ad octauam pentbe. dupler alla dr̄. tum qz in resurrectione quā ipse dies significāt corp⁹ simul cū aīa laudabit deū: tum qz duo sunt vñ letari dz aīa in die sempiterna. vnū de ꝓcepta leticia: aliud de pcipienda in resurrectōe: tum qz resurrectio dñi q̄ facta est in die dñica: est cā nostre resurrectionis future: ⁊ iō in oīb⁹ dñicis quasi octauā dñice resurrectiōis repītam⁹. in feriis vnū: qđ ante resurrectionē aīa vna dū tarat fruī bīt̄udīe. ¶ Rursus iōvsq; ad octauam pentb. qz in octaua etate in qua erit corpoz resurrectio erim⁹ vtroq; bomīe gloriosi. In oībus ꝫ festiuitatib⁹ illo tpe occurrētib⁹ duplex alla dr̄. ⁊ boc ꝑmo ꝓpter requiē ⁊ fruitionem: scꝺo qz illi iam de duob⁹ gaudēt. s. de eterna quiete ⁊ diuina visione. tertio qz dū iā habeāt gl̄iam aīe secure sunt de gl̄ia corpoz. s. quarto qz tūc vnū alla canitur: qz quiescūt: aliud q̄ deum vidēt. Sex vero dies pascbales: vz inter sabbatū sctm̄ ⁊ sabbatū in albis ⁊ dñici dies atq; festiui quos celebramus ab octauis pentbe. vsq; ad septuagesimā: in quib⁹ responsoriū ⁊ alla canit: recolūt actus eoz q̄ ele mosynas largiendo: infirmos visitādo: ⁊ solū q̄ bona sunt operando: ꝑseuerantiā habendo in sanctitate quam in baptismo receperunt: sine dubio ad cōtemplationē dei puenīūt. Inde ē ꝙ responsoriū qꝫ vitā actiuā significat: sequit alla qꝫ significat ꝫtemplatiuā: sed tunc vnuz tm̄ sine simplex alla dicit ꝓpter causas supra dictas: ꝓpus aūt dicit responsoriū ⁊ postea sequitur alla: put supra dictū est. Dñici aūt dies et festiui a septuagesima vsq; in pascba: quoruz rīsoriꝫ nō alla sed tract⁹ subdit: recolūt eos qui sunt in bonis operib⁹: sed videntes laborē vie timent casum. nam tentationib⁹ tondunt: sine quibus bec vita nō ducit. Inter responsorium em̄ ⁊ alla tractus est medi⁹: qui neq; ī tā ta leticia est sicut alla: neq; in tanto opere vt responsoriū. In sabbato vero sancto gaudentes ꝑ neopbitis nostris: qz ab oī peccato liberati sunt: canim⁹ allelua: sed qz eos trabēdos variis videm⁹ laborib⁹ tractū adiūcim⁹ ꝑ quez labores intelligūtur: de quo dictū est sub ti. de septuagesima ⁊ in ꝓbemio bui⁹ partis. Quomodo officia istoz septē diez ⁊ officia dñicarum q̄ sunt inter pascba ⁊ pentbe. adaptētur septē donis spūs sancti sub vigilia ascēsionis: sub sabbato in albis dicet. Circa euangelia q̄ boc tpe legunt sciendum est ꝙ omīa ptinent ad resurrectionē: ⁊ iuxta ordinem scriptoz ponuntur. Matbe. em̄ ꝓmo scripsit. scꝺo Marcus. tertio Lucas. vltimo Jo. Ām̄ ꝓmo ponitur euangeliū Matb. in vigilia pasche. In ipso vero die pasche euangelium Marci. in secunda ⁊ tertia feria euangeliū Luce. in quarta ⁊ quinta feria ⁊ in sabbato euangeliuz Johānis. in sexta feria interponitur euangelium Matb. ¶ Sane in euangelijs vigilie ⁊ dieī tantū agit de annūciatiōe resurrectōis facta ꝑ angelū. in alijs de visione. Cōueniebat enim vt ꝓmus annūciaretur dñi resurrectio: ⁊ postea ad maiorē fidem faciendā corporaliter ipse ab bomīibus videret. Tria vero iobānis euangelia oīno ꝑpostere posita sunt. Primuz nāq; fuit quod legit in sabbato. postea qꝫ legitur in quinta feria. ⁊ aliquāto tpe post qꝫ in quarta feria legit. Mā maria magdalena cuz venisset ad monumentū ⁊ nō inuenisset corp⁹ dñi: sublatuz credidit ⁊ cucurrit ⁊ nūciauit petro ⁊ iobi q̄ cucurrerūt ad monumentū: ⁊ iobānes ꝑcurrit: ſz nō statī itroiuit: ſz Pe. tādē ve

niens intrauit: ⁊ postea iohānes intrauit: ⁊ cū nō inuenissent redierūt ad ꝓpria. hoc legit̄ in sabbato. Illis redeūtib⁹ maria remāsit ad monumentuz ⁊ inclinans se in monumētuz vidit vnū angelū sedentē ad caput: aliū ad pedes q̄ dixerunt. Maria quid ploras? q̄ dixit. Quia tulerunt dn̄m meū ⁊ nescio vbi posuerunt eū: ⁊ tunc ꝯuersa retrorsum, vidit iesuz q̄ dixit ei. Mulier quid ploras: quez queris? Et illa respiciens ⁊ hortulanū euz credens dixit. Dn̄e si sustulisti eū dicito mihi: ⁊ ego eū tollā. hoc legitur in q̄nta feria. Aliquāto tēpore post Petrus iuit piscatuz cū sex alijs ad mare tyberiadis: vbi dn̄s apparuit eis in littore: ⁊ hoc legitur in quarta feria. Sed quare hec oīa. Solutio in quarta feria cantat̄ hoc qd̄ cantabit̄ sāctis in die iudicij. Uenite benedicti patris mei ⁊c. ⁊ in illo euāgelio qd̄ eadē die legit̄ dicit̄ ꝙ dn̄s apparuit discipulis ī littore maris. ⁊ hoc bene cōuenit. Nā ꝑ littus maris: vt dicit btūs Grego. sup illū locū finis intelligit̄ mundi: in quo dn̄s apparebit suis gloriosus: ⁊ tūc petr⁹ trahet ad litt⁹ rhete plenū magnis piscib⁹ centuz q̄dragintatrib⁹: nec tn̄ scindet̄ rhete. Per petrū intelligit̄ ordo sanctoꝝ p̄latoꝝ q̄ de fluctu hui⁹ seculi ad littus stabilitatis eterne ducent eos: qui ꝑ ipsos ꝯuersi fuerint: sed hoc attribuitur soli petro ꝓpter eccl̄ie vnitatē. Sz quare legitur in sabbato in albis euāgeliū: qd̄ tunc legit̄? Rn̄deo ꝙ officiū illi⁹ sabbati cū officio p̄cedentis sabbati sancti in multis cōuenit. Nā in p̄cedenti sabbato duplex laus cātatur: sicut in hoc. ⁊ etiā lectioni cōuenit: qꝛ in lectione p̄cedētis sabbati dicit̄. Que sursuz sūt sapite nō q̄ sup terrā: ⁊ in lectione sequētis dicit̄. Deponētes oēm dolū ⁊c. ⁊ ita tanq̄ lapides viui edificamini. qd̄ nihil aliud est q̄ q̄ sursum sunt sapere. Cōueniebat igit̄ vt euangelium corresponderet euangelio qd̄ fit in eorū p̄ncipijs. Nam in euangelio p̄cedentis sabbati dr̄. Uespere aūt sabbati q̄ lucessit ī p̄ma sabbati. i. diluculo. venit maria magdalena. et in euangelio sequenti dicit̄. Una sabbati maria magdalena venit ad monumentuz cū adhuc tenebre essent: quod idem est. In hoc tn̄ videtur differentia: qꝛ dr̄ ibi ꝙ venit maria magdalena ⁊ altera maria; hic non fit mentio nisi de maria magdalena. Sed vt ait augu. in libro de concor. euangelistaꝝ: iō iohā. solā mariam magda. noīat: quia fuit ceteris feruentior: nec tamē ideo ceteras excludit. Euangelium v̄o math. legitur in sexta feria: quia dn̄s per passionem meruit sibi dari potestatē in celo ⁊ ī terra: vel poti⁹ dataz notificari: ⁊ qꝛ dn̄s in sexta feria passus ē: iccirco legit̄ euāgeliū Math. in sexta feria: in qua dn̄s ait discipulis. Data ē mihi oīs potestas in celo ⁊ in terra. Un̄ apl's: Christus factus est ꝓ nobis obediēs vsqz ad mortē: mortē aūt crucis: ꝓpter qd̄ ⁊ deus ⁊c. Ubi ergo poneret̄ euangeliū in quo agitur a Johāne de p̄ma visiōe dn̄i q̄ facta fuit Ma. magdale. nisi in q̄nta feria? In prima eniz die non poterat poni predictis de causis: nec in secunda: nec in tertia: nec in quarta: nec in sexta: nec in sabbato. Unde restat ꝙ ī q̄nta feria necessario poni debuerit. Aiūt quidam ꝙ licz in secūda feria legat̄ euangeliū de apparitione dn̄i facta discipulis euntibus in emaus: nō tamen illa facta fuit in ea die: sed in p̄cedenti. Decē etem̄ apparitiones post xp̄i resurrectionem in euangelijs inueniūtur ad fidē nr̄am cōfirmandam: quīqz in p̄ma die: ⁊ q̄nqz postea. sed in apl'o dicit̄ ꝙ in die resurrectionis apparuit Ja. ⁊ quīgentis fratribus simul. Et sicut quidā dicūt in ipsa etiā die p̄mo apparuit matri vt dictū est in quarta parte sub ti. de accessu pontificis ad altare. ⁊ etiā Ja. qui votū vouerat nō comedere: sed ⁊ Joseph q̄ ꝓ eo tenebatur in carcere. ¶ Ueruz qꝛ de visione angelorum: ⁊ de maria magdalena euangeliste discordare videntur. Ideo aliqua sup hoc p̄ter ꝓpositum dicamus. Nam math. dicit ꝙ mulieres viderunt angelum sedentez sup lapidē qui tamē erat extra monumentū. Marc⁹ dicit ꝙ introeuntes ipse in monumentū viderūt sedentem a dextris. Johānes dicit ꝙ Maria mag. vidit duos angelos: vnū ad caput ⁊ aliuz ad pedes sedentes. Luc. dicit ꝙ duo angeli stantes dixerunt marie magda. ⁊ alijs. Cur queritis viuentē ⁊c. Jo. dicit solā vnā venisse scz mariā magdalenam. Math. duas. s. eam ⁊ aliam. Marcus tres. s. eam ⁊ mariā matrē Jacobi mīoris: ⁊ mariā filiā salome q̄ fuit mr̄ filioꝝ zebedei. s. iacobi mīoris. ⁊ io. euāge. s̄m

triso. tñi salome filia fuit. Lucas plures dicit. dicit essi. Erat autem maria mag. ⁊ iobãna ⁊ ma. ia. mĩoris: subaudi mater ⁊ cetere q̃ cũ ipsis erant: ⁊ alie q̃s non numerant euãgeliste. Ecclesia tñ tres marias repzesentat. Rursus Matb. dicit ꝙ mulieres certificate ꝑ angelũ inter quas erat ꝑcipue maria magdalena: de nunciauerũt aplis dñm resurrexisse. et Jo. dicit ꝙ maria magda. nunciauit petro ⁊ Jo. eũ sublatũ fuisse. Uera quidẽ sunt oia que dicũt euangeliste in his: et non sunt aduersa: sed qd̃ vnus minus dicit alius supplet. Uerum eniz est sicut narrat Matb. ꝙ ꝑmo viderũt angelum sedentez sup lapidem quẽ reuoluerat ab ostio monumenti: qui et dixit eis eum resurrexisse: ⁊ adiecit. Uenite ⁊ videte locũ vbi posuerunt eum: et tunc ipse surgẽs ꝑcessit eas ĩ monumẽtuz ⁊ sedit in dextris: sicut narrat Marcus. post ma. mag. vidit vnuz ad caput ⁊ aliũ ad pedes sedẽtes sicut dicit Jo. Qui dixerunt ei. Mulier quid ploras ⁊ nunciauerũt euz resurrexisse: et tunc surreterũt ipsi vt apparerẽt ei stantes sicut dicit Lucas: vt in hoc ꝙ surrexerunt dñm surrexisse oĩderent: et cum starẽt dixerunt ei et alijs. Cur q̃ritis viuentẽ cũ mortuis. i. eum q̃ resurrexit? Cur queritis in sepulchro qd̃ est locꝰ mortuoꝝ. Ambro. dicit duas fuisse marias mag. vna que ꝑm Matb. sciuit dñm resurrexisse. alia q̃ ꝑm Jo. nescuit: sz corpus sublatũ credidit. Aug. vero de ꝑcor. euãgeliste ꝙ sic soluit. dicit essi ꝙ cũ ma. mag. cuz alijs veniret dicẽdo. Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti: cum adhuc aliquã tulum longe esset vidit lapidẽ reuolutũ: et statim cucurrit ad petrũ ⁊ Jobannẽ et significauit eis corpus dñi fuisse sublatum qui venientes inuenerunt monumentũ vacuũ: et credẽtes ꝙ fuisset sublatum redierũt. Maria autẽ iterum aduenit se alijs: et ꝓpius accedens cum eis vidit ãgelũ sedentẽ sup lapidẽ: ⁊ dixit eis. Cur queritis in sepulchro qd̃ est locꝰ mortuorũ. Matb. ⁊c. sicut superiꝰ dicta sunt. Zacharias q̃ ꝓposuit vnũ euãgeliũ ex quattuor aliꝫ soluit. dicit essi ꝙ ma. mag. ⁊ alie venerunt ad monumentũ ⁊ viderũt angelũ sedentẽ sup lapidẽ: sicut dicit matb. ⁊ post in monumẽto: sicut dicit mar. ⁊ ide duos stãtes: vnũ ad caput alium ad pedes. sicut Luc. dicit. s. illũ ꝓzẽ cũ alio: vel eo diſparẽte alios duos qui direrũt. Cur queritis viuentẽ cũ mortuis ⁊ significauerũt eũ resurrexisse. Alij crediderũt verbis eorũ. maria remãsit incredula. Uñ alie nũciauerunt discipul' dñz resurrexisse: illa nũciauit pe. ⁊ Jo. eũ sublatũ fuisse: que post aduentũ ⁊ recessuz eoz sola remãsit ad monumentũ: ⁊ iclinans se in monumẽtũ vidit duos angelos sedentes: vnũ ad caput ⁊ aliũ ad pedes; sicut dicit Jo. q̃ dixerũt ei. Mulier q̃d ploras. et illa rñdit: qz tulerũt dñm meũ ⁊ nescio vbi posuerunt eũ: ⁊ ꝙuersa vidit dñz q̃ dixit ei. Mulier q̃d ploras: quẽ q̃ris? ⁊ illa putãs eũ bortulanũ esse dixit. Dñe si tu sustulisti eũ, dicito mihi et ego eum tollã. Et tũc dñs eã et noie noiauit: et ipa tũc eũ cognouit: et post plures locutões ãgeloz tũc ꝑmo credidit ⁊ voluit ꝑcidere ad pedes dñi: et dñs dixit ei. Noli me tãgere nõduz essi ascẽdi ad patrẽ meũ subintelligit in corde tuo. q. d. Quẽ queritis tanq̃ mortuũ: nõ credis patri eẽ equalẽ: et adiecit dñs. Vade ⁊ dic fratribꝰ meis. Ascẽdo ad patrẽ meũ ⁊ patrẽ vestrũ ⁊c. i. in ꝓmo est vt ascendaz. Et ipsa cepit ire iã certificata: et inuentis alijs mulieribꝰ iuit ꝑiter cũ eis hoc nũciare aplis: ⁊ in illa via appuit eis dñs dicẽs. Auete: q̃ accesserunt ⁊ tenuerũt pedes eiꝰ. Predictũ autem modũ loquẽdi in quo generaliter dictũ ẽ ꝙ mulieres iuerãt nũciare dñm resurrexisse: cum tñ maria q̃ erat vna de illis tunc incredula fuit sepe in scripturis inuenimꝰ: sicut et dñs dicit discipulis: et me scitis et viã meã scitis: cũ tñ q̃daz essent iter eos q̃ hec nescirẽt. vñ dñs. Tanto tpe vobiscũ sum: et nõ cognouistis me ⁊c. sz illud ꝓmo dictũ ẽ sciẽtibꝰ istud ignoratibꝰ. Jta etiã oz ꝙ dñs in ascẽsiõe apparuit discipul' et exprobrauit incredulitatẽ et duriciã cordis eorum: qz bis q̃ viderãt eũ resurrexisse non crediderũt: cuz tñ aliqui iter eos fuerunt qui iaz crediderant sicut petrꝰ et alij plures: sed illõ ꝓmo dictũ est de incredul'. hec opinio videt ꝓbalior q̃ scõa. Et qd̃ dixit Ambrosiꝰ nõ ẽ credendum ꝙ dixerit asserendo: sed alioz opi. referendo: sz eam argumẽtis ꝓbare videatur: q̃bus iuxta ꝓdicta opi. leuiter respõdetur. et fere totuz qd̃ ipe inducit ꝑiterꝑtatõez soluitur.

verbi gratia: quod ipse dicit q̄ vna maria fuit ꝑm matb. que sciuit dñm resurrexisse boc̄ falsum: q2 alijs credentib⁹ verbis angeli ipsa remãsit incredula. Augustꝰ. Vo nõ sic fuisse dicit vt narrat: sed narrat ita potuisse fuisse; vñ ꝓbabilioꝛi sentẽtie nõ ꝓiudicat.

¶ De scõa feria post pascha. Rubꝛica.

QUia per gloꝛiaz resurrectõis impleuit dñs que ꝓmisit in veteꝛ testõ: vt vz introduceret nos in terrã fluentem lac t mel. nõ dicit ecclia in introitu hui⁹ scõe ferie. Introduxit nos dñs in terrã fluentẽ lac et mel. exo. xiij. q2 xps iã introductus ẽ: t ecclesia triũphãs in re. eccl'ia Vo militãs in spe. ¶ Epla sumit de actib⁹ apl'oꝝ. x. ca. Stãs petꝛ⁹ in medio ꝛc. et intendit ꝓbare passionẽ xpi et resurrectõez. vñ dicit. Huic oẽs ꝓphe testimoniũ phibẽt. ¶ Euangeliũ. Duo ex discipul'. Luc. xxiiij. c. Ꝺcoꝛ. epla de apparitõe dñi discipul'eũ⁹ in emaus. ibi eĩ baberl' q̄ cognouerũt euz in fractõe panis. Quid est fractio panis nisi expositio scripture? ibi eĩ cognoscit dñs. Rñsoꝛiũ vero Ꝺcoꝛ. cũ. itroitu. Dicat nunc israel. Alla. nõne coꝛ nostruz erat ardẽs ꝛc. est de scriptura ꝓ expositõe. In alijs eccles'ijs ꝺꝛ alla. Angel⁹ dñi. Mat. vl. c. Offertoꝛiũ. Angel⁹ dñi ꝛc. est de testimonio apostoloꝝ. Postcõio. Surrexit dñs ꝛc. Luc. vlt. ca. est de appitõe que facta est petro. Multiplicat igitur appitões: vt dictum ẽ ad ꝓfirmãdum fidem. ¶ Sane ex bodierno euangelio sumitur alla. nõne et offerenda. Angel⁹. d. ex eo q̄ ibi ꝺꝛ mulieres visiones angeloꝝ vidisse qui dicunt eũ viuere. silr et cõio. Surrexit dominꝰ. ex eo q̄ ibi ꝺꝛ: surrexit dñs Ve et appuit simoni. Ad pietatem ergo ꝑtinet boc officiũ in quo ꝑtinetur rememoratio scripturaꝝ: et per pietatem accedit ad ꝺmansuetudinem. mãsuetis autẽ terra ꝓmittitur illa de qua ꝺꝛ. Beati mites: qñ ipsi possidebũt terrã fluentẽ lac et mel. vñ in itroitu ꝺꝛ. Introduxit nos dñs in terrã fluentẽ lac t mel. Et sunt bec Vba moysi ppli in post esuz agni de egypto ducẽtis. Introduxit inquã spe: sed in illa postea introducet re quã caleb dedit axe filie sue irrigataz: irriguo superiori in inferiori. Irriguũ iferius amoꝛ est: superius amoꝛ: caleb etesii qui q̄si coꝛ interptatur: dat aĩe deuotõem cum timoꝛe pariter et amoꝛe. ¶ In bac scõa feria fit in vrbe statio apud sanctũ petrũ ꝓpter boc q̄ in euangelio babet: t apparuit simoni: t q2 ibidẽ ꝺꝛ nõne coꝛ nostrũ ardẽs erat in nobis: q2 ipe p̄ ceteris magis arsit dñm diligendo. Hac die pisces viuos inspicim⁹ recolẽtes cuz gaudio q̄ dñs ad ꝓbatõem resurrectõis ptez piscis assi comedit et in tertia feria ad fõtes imus: vt ibi dicetur: et mulieres verberabãt viros: et iã in bis trib⁹ dieb⁹ est feriandum: ꝓut sub pascha dictum est.

¶ De tertia feria post pascha. Rubꝛica.

IN tertia feria ostẽdit q̄ q̄ babeat bereditas celestis pñe. Ostẽso Vo in scõa feria q̄ in terrã fluentez lac et mel. iã itroduxit nos deꝰ in spe: t postea introducet in re. mõ ostendit q̄ q̄ habeatur: q2 ꝑ diuinã sciaz siue cognitionez dñi nñi: vñ bec tota feria ẽ de cognitõe siue sapia dei t inde introit⁹ est. Aqua sapiẽtie ꝛc. Eccl'. xv. ca. t est septimi toni: q2 in septẽ domis spũs sctĩ est ista sapia. In epla. Surgẽs paul⁹ act. xiij. ca. ostendit passio xpi t resurrectio ꝑ quã ꝺ sapiẽtia ꝺꝛ. Qui essi verã fidẽ ꝺz de dis ꝺz sapore dei. bec aũt cognitio est dies quã fecit dñs. De graduali ergo pz. t nota q̄ cũ oẽs gradu ales Vsus bꝰ bebdomade sumãtur ꝺ ps. cviij. scz Cõfitemini. qui ẽ non⁹ post. Dixit dñs. bodiern⁹ sumit de ps. cvi. s. Cõfitemini q̄ est decim⁹ in matutinali. Cantate. eo q̄ iste ps exboꝛtat fideles ad laudes dei q̄ ꝑ sapiẽtiã suaz redemit t liberauit eos de q̄druplici tentatione: q2 liberauit eos de necessitatib⁹ eoꝝ. i. ab infidelitate: et q2 liberauit eos de necessitatib⁹ eoꝝ. i. a ꝓpaua ꝯsuetudine t liberauit eos a tedio bone actõis: t eduxit eos a Vsurijs bereticis impugnatõis. Alla est. Surrexit dñs t apparuit mulieribus: vel pz alias ecclas. Opoꝛtuit. quod sumitur de euangelio. in alijs etiaz dicitur. Surrexit dominꝰ vere. Luc. vlt. c. In euangelio Vo. Stetit ie. ꝛc. Luc. xxiiij. c. ostẽdit dominus et ꝓbat resurrectionem suã di

scipulis suis p quattuor. pmo p ꝯsuetum modum loquedi: cuz dixit. Pax vobis. loquebat̃ eñ eis sepe de pace: ⁊ amator pacis erat. vnde ipe dñs inquit. In me pacē habebitis ī mūdo aūt p̄ssuram. Pacē relinquo vobis: pacez meā do vobis. scdo p hoc ꝙ oñdit se palpabilem. tertio qꝛ cū eis comedit. quarto qꝛ eis sensum aperuit scripturarū. ⁊ qꝛ hāc sapiam dñs dedit p se ⁊ p apl̃os iō dicit̃ in offertorio. Intonuit de celo dñs. i. de apl̃is vt oēs crederēt in illū. Hec eñ inquit Jo. scripta sunt vt credatis: ⁊ credētes vitā eternā habeatis. ¶ In post cōione q̄ est ad Collo. iij. ca. inuitamur ad hāc sapiam. Si cōsurrexistis cū xp̄o q̄ sursuz sunt sapite. ecce de sapia. Et qꝛ de sapia habet̃ in hac scda feria: ideo fit statio ad sanctū pauluz q̄ fuit sapientior oībus apostolis. seu cui dñs singulariter aperuit intelligentiā scripturarū: de q̄bus legit̃ in euāgelio ⁊ introitu. Uñ ipse dicit. Nō a me nec ab hoīe accepi euangelium meū: sed p reuelationē dñi mei iesu xp̄i: vel q̄a per eū maxime adimpletū est qd̄ in euangelio legitur. s. oportuit p̄dicare pniaz in oēs gētes: ideoqꝫ ⁊ ei⁹ p̄dicatio legit̃ in hodierna lectione actuū apl̃oꝝ. Hac die viri v̄berant mulieres: put sub pascha dictū est. Hac etiā die ad fontes imus: p eo ꝙ hodie in introitu viri btī aqua sapiētie potati referunt̃: ⁊ in offertorio fontes aquaꝝ aperuisse memorant̃.

¶ De quarta feria p⁹ pascha. Rubrica.

Ostēso de tertia feria de celesti p̄ria: ⁊ p qd̄ hēat̃: ostenso etiaz in scda feria ꝙ in terrā fluentē lac ⁊ mel introducimur: iō nunc in hac quarta feria inuitamur ad illaz. Uñ introit⁹ est. Uenite benedicti p̄ris mei ⁊c. Math. xxv. ca. Qꝛ vero dicit dñs penitētiā agite appropinquabit eñ regnū celoꝝ: ⁊ qꝛ ibi nō intrant nisi purificati p pniam: iō btūs petrus in epl̃a. Aperiēs Act. iij. inuitat iudeos ad pniaz: iō autē ad penitentiam inuitat̃ hō: vt de filio diaboli fiat filius dei: ⁊ hec mutatio dextre excelsi ꝓpter qd̄ in rñsorio hr̄. Dextra dñi fecit virtutē. ¶ Sequit̃ all̃a de resurrectōe. Surrexit dñs ⁊c. ⁊ in alijs ecclesijs est. Christ⁹ resurgēs ⁊c. Semp eñ in his dieb⁹ aliq̄ de resurrectiōe dñr. In alijs eñ dr̄. Cū sederit. Math. xxvi. c. ¶ Quia vero hec mutatio fit etiā qñ hoīes fiūt filij dei ꝓpter p̄dicationē: iō in euāgelio manifestauit se iesus. Jo. xxi. c. dicit dñs: mittite in dextram nauigij rhete. hoc facit q̄ tm̄ p̄dicat ꝓpt̃ deū: ⁊ tūc trahūtur magni pisces. postea dedit eis piscē assum. Piscis assus xp̄s passus. hec erit refectio in p̄ria cū comedem⁹ panē angelorū: de quo in offertorio. Portas celi ⁊c. Postcōmunio est xp̄us resurgēs. Ro. vi. c. Et qꝛ btūs Laurentius fuit vn⁹ de magnis piscib⁹: ⁊ fuit assatus ꝓ xp̄o: iō fit statio ad btm̄ laurentiū.

¶ De q̄nta feria post pascha. Rubrica.

Quinta feria est de conuersione gentiū ꝓpter passionem ⁊ resurrectionē. vñ introitus est. Uictricē manū tuam laudauer̄t pariter xp̄iani: qꝛ sapientia aperuit os mutoꝝ. Uñ Isa. xxv. ca. Tunc claud⁹ saliet sicut ceru⁹: ⁊ aperiētur lingue mutoꝝ: qd̄ factū est qñ xp̄us demones eijciebat ⁊ faciebat hoīes mutos loqui. Uñ ī euangelio. Erat iesus eijciens demoniū ⁊ illd̄ erat mutū. In epl̃a vero. Angel⁹ dñi. act. viij. significat̃ cōuersio ista gētiū. Uñ dicit̃ ibi de eunucho q̄ ꝯuersus est a philippo q̄ interpretatur os lampadis siue os illuminās: qꝛ quādoqꝫ p scripturarū inspectionē vel p̄dicatōem ꝯuertitur hō: vt gētiles q̄ significant̃ p eunuchum. qñqꝫ vero p inspirationē ꝯuertitur ad dñm: vt habet̃ in euangelio ꝙ apparuit ma. magda. ¶ Quia vero p ꝯuersionez gentium fact⁹ est xp̄us lapis angularis: iō in versu rñsorij habetur. Lapidē quē reprobauerunt edificantes ⁊c. Et qꝛ vera ꝯuersio fit p pniam: iō sequitur all̃a. Math. xxvi. In die resurrectōis mee dicit dñs. Precedā vos in galilea. i. ī trāsmigratiōe de vitijs ad virtutes. ¶ Euāgeliū Maria stabat. Jo. xx. c. est de apparitōe dñi. Ma. mag. ī specie hortulani siue pegrini: q̄a pegrinus est deus hōi q̄diu est in pctō. ¶ In offertorio. In die solēnitatis. Exo. iiij. ⁊ xiij. c. similiter ꝓmittit̃ cōuertentibus vera beatitudo. ¶ In postcōione v̄o. Popul⁹ ⁊c. i. Reg. ij. c. ad laudādū inuitamur. ⁊ fit statio ad sctōs

apostolos: qꝛ in philippo q̄ interp̄tatur os lā-
padis intelligūtur oēs apl̄i: ꝑ quoꝝ p̄dicatio-
nem ꝯuersio gentiū facta est. Item qꝛ fratres
dñi de quibus in euangelio legit̄ sunt apl̄i: ꝑ
quos os muti apertū est et deserte lingue in-
fantium: ideo statio fit ibi.

¶ De sexta feria post pascha. Rubrica.



Exta feria est de i-
stitutione baptismi. vnde ītroi
tus est. Introduxit eos dñs. s.
de egypto. i. de tenebris pecca
ti ⁊ inimicos eoꝝ operuit ma-
re. i. baptismus. ⁊ subijcitur ibi ter all̄a ꝑꝑ libe
rationem ab hostib⁹ ⁊ donuꝫ gratie. ¶ Post
modum sequit̄ epl̄a. Xp̄us semel. i. pe. iij. in q̄
beatus petr⁹ agit de baptismo ⁊ de arca noe:
sicut in diluuio ꝑ arcā salue facte sunt aīe licꝫ
pauce. s. viij. similiter ⁊ in baptismo: qꝛ sicut in
aquis diluuij q̄ inundauerunt totū mūdū: mū
dus a peccatis purgatus est: ⁊ per arcam aīe
salue facte sunt: ita ⁊ in aquis baptismi in quo
oīa peccata mūdata sunt ꝑ ecclesiā saluati su-
mus. ¶ Sequitur graduale. Hec dies quaꝫ
fecit dñs. versus. Benedict⁹ qui venit in noīe
dñi. Est eñ homo qui cōsecrat baptisma: sed
deus est q̄ inuisibiliter baptizat. Uñ sequitur
Deus dñs ⁊ illuxit nobis. s. per illuminationē
legis dñi. All̄a est. Angelus dñi. cū duplici v̄-
su sicut in die pasche in quibusdaꝫ ecclesijs: qꝛ
in hac die agitur de institutione baptismi. vn⁹
versus est ꝓpter xp̄i resurrectionē in corpore.
alius ꝓpter stolā anime quā in baptismo su-
scipiunt baptizati. Euangeliū vero est de īsti-
tutione baptismi ꝟm Math. vlt. ca. vndecim
discipuli abierunt in montē quē cōstituit illis
iesus: ⁊ sequitur ibi. Euntes docete omēs gē
tes baptizantes eos in noīe pa. ⁊c. ¶ Et qꝛ ī
memoria debemus habere istū diem ꝓpter ī-
stitutionez baptismi: ideo sequit̄ in offertorio
Erit nobis memorialis dies ista ⁊c. Exo. xij.
⁊. xiij. ca. memorialis quidē est dies in qua de
vitijs ad virtutes transim⁹: hec enī dixit moy-
ses de die pasche. ¶ Postcōio. Data est mi-
chi oīs ptās. Math. vlt. c. Quia vero btā vir
go creditur interfuisse in institutiōe baptismi:
qꝛ vt hieronym⁹ ait hoc apud nazareth in do-
mo ei⁹ actū est: iō hac die fit statio in eccl̄a ei⁹.

¶ De sabbato in albis. Rubrica.



Equitur de sabba
to in albis in quo est introitus
Eduxit dñs ppl̄m suū in exul-
tatione: hoc maxīe in extremo
sabbato fieri intelligimus qñ
erit verū sabbatū: sed ne iudei credant hoc di-
ctum esse de se. sequitur in epl̄a p̄me pe. ij. ca.
Fratres deponētes oēm maliciā ⁊ doluꝫ ⁊c.
Sequitur duplex all̄a sine graduali. Primo
qꝛ nūc termīatur septuagesima post quā seq̄t̄
octaua resurrectiōis: qñ habebit̄ duplex stola
aīe. s. ⁊ corporis: ⁊ cessabit labor opis: de quo
dictū est in ꝓhemio hui⁹ partis. ⁊ sub ti. de se-
ptez dieb⁹ post pascha. ⁊ in quarta ꝑte sub ti.
de all̄a. Secūdo qꝛ in die iudicij plenum erit
gaudiū ꝓ dñica ⁊ nr̄a resurrectōe. Tertio ge
minat̄ all̄a: qꝛ tunc erit leticia sempiterna. q̄a
eñ erit leticia vnū all̄a: qꝛ sempiterna sc̄dm cō
cinitur all̄a. Quarto qꝛ in octaua resurrectio-
nis oīs sollicitudo deponet̄: q̄d significat̄ in
hac. viij. die in qua vestis candida sine crisma
le deponit̄: iō in albis nō cantat̄ graduale: sed
duplex alleluia: qꝛ tunc erim⁹ in albis. Itē quā
tum ad resurrectionē dñi nō dꝫ graduale can
tari: neqꝫ q̄ꝫtum ad baptizatos: ⁊ iō cantatur
vnū all̄a ꝓ baptizatis. s. Laudate pueri dñꝫ.
⁊ aliud de resurrectiōe dñi. s. Hec dies. Pre-
terea iō post all̄a. Hec dies. sequit̄ all̄a. Lau-
date pueri: qꝛ de leticia aīaꝝ transient ad glo
riam incorruptibilē corporꝝ. Euangeliū vero
Una sabbati. Jo. xx. ca. est de duob⁹ discipl̄is
q̄ currebant ad monumentū. Pe. s. ⁊ Jo. q̄ si-
gnificant duos apl̄os. cucurrit tñ citi⁹ Johēs
id est iudaic⁹ ppl̄us: qꝛ hēbat ꝓphetas. s. Hie
remiaꝫ Isaiā ⁊ alios q̄ de passione dñi loquū
tur. s. Petr⁹ citi⁹ intrauit. i. gentilis ppl̄s nō tñ
intrauerūt iudei in multitudine. qui eñ credit
intrat: sicut dicit augu. Et attēde qꝛ epl̄a ⁊ e-
uangeliū hui⁹ sabbati cōcordant cū epl̄a ⁊ euā
gelio sabbati scti: ꝓut dictū est sub ti. de. vij.
dieb⁹ post pascha. In offertorio v̄o de illumi
natione post baptismū agūtur grates: Bene
dictus qui venit ⁊c. Postcōio est. Omēs qui
in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. Gal. iij.

petit se liberari ī respōsorio. Ad dñm cū tribularer clamaui: ⁊ exauduit me. In. v. Dñe libera me ⁊c. Et quia pfectus est qui nō peccat in lingua: iō in scdo tono cantat. Postmodū sequit alla siliter de charitate. Diligam te dñe fortitudo mea ⁊c. Quia vo ꝯsideratōne vite eterne ꝯcipitur charitas visa cena petit ꝯuerti ī offertorio. Cōuertere dñe eripe. Et qꝛ ibi cantabim⁹ vocaliter: vt ait cassiodor⁹ sup psalmistam. Oīs spirit⁹ laudet dñm: nō erit ibi tm̄ cena sed maxīa solennitas. Uñ in trenis. i. ca. Uie syon lugent: eo q̄ non sint qui veniāt ad solēnitatē. Ideo in postcōione promittit se cātaturū ibi dño dicēs. Cātabo dño qꝛ bona tribuit mihi et psallam ⁊c.

¶ De dñica tertia. Rubrica.

Tertia causa quare inflāmamur ad defendenduz regnū nostruz: ē ꝯsideratio beniuolentie dei: qua nos custodit ⁊ diligenter querit: ideo in euangelio hui⁹ dñice. Erant appropinquantes. Lu. xv. c. habet. Quis ex vobis hō habēs cētū oues. i. āgelos ⁊ hoīes. ⁊ si pdiderit vnā scz hoīem. nōne relinq̄t nonaginta nouē in deserto. i. in celo et vadit q̄rere pditam ⁊c. aut q̄ mulier hñs dragmas. x. s. angelos et hoīes. et pdit vnā. s. hoīem in quo imaginez suā depixerat nōne accendit lucernā. i. naturā humanaz in qua lumē deitatis posuit vniēdo se ei ⁊ querit diligēter donec īueniat. et cū īuenerit ꝯuocat amicas et vicinas dicēs eis. Congratulamini mihi: qꝛ īueni dragmā quā pdiderā. Ita dico vobis gaudiū est ī celis. an. dei su. v. pec. pe. agen. Ecce quāta est beniuolētia dei erga nos. Ista em̄ beniuolētia accēdit ī nobis charitatem. ¶ Quia vo ad nuptias eternas non intrāt supbi neqꝫ luxuriosi neqꝫ auari: vt p̄missuz est: iō introit⁹ hui⁹ dñice. Respice in me ⁊c. et dicit. vide humilitatē meā ꝯtra supbiam. ⁊ laborē meū ꝯtra luxuriā: qꝛ inops ⁊ paup suz ego ꝯtra auaritiā. Et ꝓpt p̄dicta monet nos Pe. ad hūilitatē dicēs in epla. i. pe. vl. c. Humiliamini sub potēti manu dei vt vos exaltet ⁊c. Et post sequit ibi. Sobrij estote et vigilate in oroib⁹: qm̄ ad. v. di. tā le. ru. cir. q. quē de.

¶ Et quia tantā curā hz dñs de nobis: ideo in graduali īuitat nos eccl̄ia dicēs. Iacta cogitatū tuū in dño et ip̄e te enutriet. v̄sus. Dū clamarem ad dñm ex. vocem meā ⁊c. ¶ Alla est. Domīe refugiū. Offer. est. Sperent in te oēs qui te nouerūt ⁊c. qꝛ de sperātib⁹ in se hz curā. Quia vo domin⁹ nō īuenitur nisi q̄s peniteat: cū vo quis penitet ad dominū clamat: ideo sequit postcōio. Clamabo. ¶ Rursus h officiū est de penitēte: sicut appet ex ipsa cōione et ex euāgelio vbi per dauid intelligit quilibet penitēs. vbi dr Gaudiū ē ī celo sup vno pec. pe. agen. ⁊c. et ex ītroitu et alijs: et iō cantatur circa festuz bti Io. bap. q̄ legit populū ad penitentiā ꝓuocasse.

¶ De dñica q̄rta post penth. Rubrica.

Quarta cā qua defēdimus regnū nostrū sunt opera misericordie. Unde in euāgelio. Luce. vi. ca. quod legit in hac quarta dñica in quibusdam ecclesijs dicitur. Estote misericordes sicut et pater vester misericors est. Et post seq̄tur Mensuram bonam et ꝯfertaz ⁊ coagitatam et superfluentē dabunt in sinuz vestrum. ¶ Quia vero non pōt homo opa misericordie facere nisi prius illumīetur a deo: ideo īcipit introit⁹. Domin⁹ illumīatio mea. Et quia per opera misericordie est ecclesia terribil' vt castroꝝ acies ordinata: sicut dicit in canticis canticoꝝ: sequitur v̄sus. Si exurgant aduersum me castra non timebit cor meuz: ⁊ si exurgat in me preliuz ⁊c. Postea petit in collecta misericordiā et gratiaz dandi elemosynas: cū dicit. Protector ī te sperantiū deus ⁊c. ¶ In epistola vero. Existimo. que est ad Ro. viij. c. ostēditur premiū vbi dicit apostol⁹. Nō sunt cōdigne passiones hui⁹ temporis ad futuraz gloriam que reuelabit ī vobis. Et post sequitur. Et oīs creatura ingemiscit expectans reuelatōem filioꝝ dei. Et vt hanc gloriaz ecclesia possit adipisci: petit in respōsorio veniā de peccatis. Propici⁹ esto peccatis nostris dñe ⁊c. ¶ Sequitur alleluia. In te domine sperauī: quia in se sperantib⁹ ꝓpici⁹ est. Unde psal. Quoniā in me sperauit liberabo eū. Adaptā-

tur etiam iste quattuor p̄cedentes domīce q̄t tuor libris regum sic. In p̄mo eñi libro habetur quō dauid inūctus fuit. Unde in p̄ma dñica incipit introitus. Dñe in mīa tua spaui. Et in respōsorio habet. Et vnxit me vnctōe misericordie sue et oleo exultatōis. Unde sequitur in ītroitu. Exultauit cor meuz in salutari tuo: et ita ostēdit se vnctuz oleo leticie p mīaz dei. In scdo libro habetur quō liberat⁹ fuit ab inimicis et vnctus bis vt haberet latitudinez regni. Unde in scda dñica incipit introitus. Factus est dñs protector meus et eduxit me ī latitudinē vt late regnarē. In tertio habet quō mortu⁹ fuit. Unde in tertia dñica vtitur ecclesia voce decedentiū dicēs. Respice in me ⁊ miserere mei: et in v̄su. In te dñe speraui. In q̄rto libro habetur de ꝓphetis q̄ illuminati sunt a deo vt viderent ventura: et iō in q̄rta dñica dicit in ītroitu. Dñs illumīatio mea.

¶ De quīta dñica post penth. Rubrica.

Quīta causa qua defendim⁹ ⁊ obtinemus regnuz nostrū est pax cū īimicis ecclesie: et patiētia in aduersis: ad quā īuitat nos btūs Petr⁹ in epl'a bui⁹ q̄nte dñice. Oēs vnanimes. i. Pe. iij. c. dicēs. et nō reddētes malum ꝓ malo ⁊c. Unde in euāgelio habetur de rethe btī petri. Sed multi sunt qui rūpunt rethe btī petri. i. ꝯcordiā et vnitatez fraternā: et ideo in p̄sona tollerantiū īcipit introitus. Exaudi dñe vocē meam qua clamaui ad te ⁊c. versus est. Dñs illumīatio mea ⁊c. Illuminatus eñi a deo saluatur ab hostib⁹: q̄ sperat in eo. Pro p̄dicta autē pace cuz īimicis ecclesie impetrāda orat ecclesia in collecta dicēs. Da nobis q̄sum⁹ domīe vt ⁊ mundi cursus ⁊c. In aliquib⁹ tñ ecclesijs d̄r. De⁹ qui diligētib⁹ te ⁊c. Sequit euangelium. Luc. v. ca. Dum plurime turbe irruerent in ih̄z ⁊c. vbi sequitur. Preceptor p totā noctez laborātes nihil cepim⁹. Tales q̄ laborant in nocte et nihil capiunt: sunt qui ꝓ terrenis p̄dicant. sequit. In verbo tuo aūt laxabo rethe: hoc facit qui habz scientiā et vitam: tal' eñi ꝯcludit multitudinē piscium copiosaz. vnde in principio tot capti sunt boni ⁊ mali q̄ rethe rumpitur: per quod significatur q̄ ecclesie vnitas in hac vita rumpitur a quibusdam: sed post resurrectōez capti sunt multi: et tamē non est scissuz rethe per quod significātur boni qui nō scindūt vnitatē ecclesie. Et ideo ī offertorio dicit ecclesia se laudare deum q̄ quātum ad bonos filios dedit eis ītellectū vt non rūpant rethe. i. vnitatē ecclesie. Bñdicā dñz qui mihi tribuit intellectū. In postcōione v̄o dicit eccl'ia se opare vnitatem et hāc petere a dño. inquit. Petij a dño. lz eñi plura petat q̄t tidie tñ d̄r vnū petere: q̄ ad vnuz finē. i. ad habenduz a deo oīa petēda petit: et hoc ē quod ibi seq̄tur. Hāc requiraz vt inhabitē in domo dñi oībus diebus vite mee. hoc iō dicit q̄ tūc legit Paralipomenō. i. verba dierz qui hz eādem materiam cū libro regū: et significat q̄ q̄ in dieb⁹ suis bene rexerit se habebit dies eternitatis. Et attēde q̄ hoc officiū cantat circa festuz btī Jacobi qui sicut dicit in euangelio: relictis rethib⁹ secut⁹ est dominū: et factus est piscator hoīm. i. supplantator re et nomine vitiorum.

¶ De sexta dñica post penth. Rubrica.

Quia vero nō valēt oīa predicta nisi fiat etiaz plena iusticia fidei et ī nouitate vite: ideo in hac sexta dñica legitur scds liber palipomenō: vbi habetur q̄ ꝯfortauit dñs salomonē. per qd̄ significatur q̄ dñs spūaliter suos ꝯfortat dando eis fortitudinē: ideo dicitur in officio b⁹ dominice. Domin⁹ fortitudo plebis sue et protector ⁊c. versus est. Ad te leuaui aīam meā: q̄ ab ipso est oīs fortitudo. et tunc bene regim⁹ regnum nostrū quod maxime fit si tendat homo ad ꝓmissiones dei. vnde dicitur in oratione. Deus qui diligentib⁹ te bona īuisibilia preparasti ⁊c. In epl'a autē. Quicūq̄z baptizati sumus ⁊c. ad Ro. vi. c. hortatur nos paul⁹ vt ī nouitate vite ambulemus aliter eniz nihil valent alia. et vt hoc possumus orat ecclesia ī responsorio. Cōuertere domīe aliquantulū ⁊c. Ille vero qui ambulat in nouitate vite preparat se ad laudandum deum in presenti et in futuro. vnde sequitur alleluia. Te decet hymn⁹

deus in syon. Ad hanc orationem vel ꝑfectionez hortamur in euãgelio. Math. v. ca. Nisi abundauerit iusticia vestra ꝛc. Et sequit̃ ibi. Si offers mun⁹ tuũ ante altare ꝛc. Et qꝛ nõ põt homo h̃ facere sine auxilio dei: ideo orat ĩ offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis ꝛc. Et qꝛ talis põt offerre: iõ sequit̃ ĩ post cõione. Tollite hostias ꝛc.

¶ De septĩa dñica post pẽthe. Rubrica.

Sequitur septĩa dominica ĩ qua legũtur libri Salomonis: vt ꝑabole ꝛc. Cantica libri sapĩe quem ꝑhilo ꝯposuit. et ecclesiastic⁹ quẽ Ihs filius sirach edidit: et tamẽ salomoni attribuit̃. Hi libri qui sunt de opeirb⁹ sapĩe salomonis legũtur a Kalẽdis augusti vsqꝫ ad Kalẽdas septembris: quia mensis iste calidus est ꝛ estũ significat vitioꝝ ĩ quo nos opꝫ sapiẽter regere: sicut in medio natõis prane et ꝑuerse: vl̃ qꝛ mensis iste. s. augustus sext⁹ est. vnde sextilis ante augustuꝫ cesarem vocabat̃. et verus noster salomon in sexta etate venit qui fecit vtraqꝫ vnuꝫ: qui fuit dei v̄tus et dei sapĩa: qui docuit nos sapiẽter viuere ꝛ docere. Hic est xp̃s rex reguꝫ: qui septem panib⁹ ꝛ paucis piscib⁹ vt legit̃ in euangelio hodierno: satiauit eos q̃ de longe venerant: et eũ triduo sustinuerant.

¶ Rursus in hac dñica incipit ecclesia ꝑabolas salo. Post festuꝫ eñ trinitatis legit̃ liber reguꝫ: qñ homo qñ trinitatis sil̃itudinem habet fit rex et sacerdos. vnde p̃ponũtur ei exempla de regib⁹ et sacerdotib⁹: sicut sub p̃ma dominica dictũ est. Postea v̄o sequũtur libri doctrinales. p̃ponũtur eñ exempla doctrinis: qꝛ plus mouẽt facta q̃ dicta. Act. i. Cepit iesus facere et docere: et sic ordinãtur libri ad se inuicem vt p̃cedant libri exẽplares regum ꝛ paralipomenon: et sequunt̃ libri doctrinales salomonis: que doctrina est refectio spũalis. de quo habetur in euãgelio hui⁹. vij. domĩce. de hoc dicetur sub domĩca. xi. ꝛ. xij. Et quia huic doctrine bonis operib⁹ respõdere debem⁹ ĩcipit ĩtroitus. Oẽs gentes plaudite manibus. Et beat⁹ Pau. ĩuitat nos in epl̃a ad Ro. vi. ca. vt respõdeam⁹ illi doctrine seruiendo deo dicens. Humanũ dico ꝓpter infirmitatẽ carnis vestre. vnde in quibusdam ecclesijs sequit̃ responsoriũ. Beata gens cuius est dñs deus eoꝝ. i. q̃ deum hꝫ pro domĩo ei soli seruiendo. et sequitur versus. Verbo domini. i. doctrina domini celi firmati sunt. i. maiores sicut apostoli ꝛ alij sancti. Sequitur in quibusdã ecclesijs alleluia. Attendite popule me⁹ legẽ meã. lex eñ illa refectio. illa autez refectio ostenditur in euangelio. Mar. viij. Cuꝫ turba plurima ꝛc. et est notandũ q̃ ibi dicitur q̃ quidam de longe venerunt. s. illi qui de peccatis enormibus redierũt et penituerũt: qui eñ in peccato mortali est non habet qd̃ manducet. Erãt autẽ quattuor milia. s. habẽtes quattuor cardinales v̄tutes: et comederũt et saturati sunt quia lex domini satiat: ꝛ remãserũt septẽ sporte. s. p̃dicatores habẽtes septẽ dona spũs sancti. et reficiẽtes alios. in alijs vero ecclesijs legitur euangeliũ. Attendite a falsis ꝓphetis: quia vero habens doctrinam videt in quãto periculo sit ꝯstitutus. videt eñ se esse ĩ fornace babylonis. in offertorio. Sicut holocaustũ ꝛc. Daniel. iij. ca. petit se liberari: et vtitur voce triuꝫ ꝑueroꝝ. In postcõmunione vero. Inclina aurem tuam ꝛc. petit liberationem accelerari.

¶ De octaua dñica post penth. Rubrica.

Sequitur octaua dominica in qua docet nos ecclesia vitare oẽm vanitatez. Hic eñ debet esse effectus doctrine in nobis: quia in doctrĩa docet nos fieri spirituales: et remoueri a corpalibus desiderijs ad similitudinem beate virginis cuius festuꝫ instat. Unde introitus ĩcipit. Suscepimus deus misericordiam tuam. i. filium tuum Jesum xp̃m nobis ex misericordia datum in medio templi tui. i. in cõmuni ecclesia tua: fm nomen tuum deus. Deus enĩz vbiqꝫ nominat̃. sic et laus tua in fines terre. i. vbiqꝫ. Templum etiam est beata virgo: ĩ qua vere suscepimus dei misericordiam. Unde circa eius festum rationabiliter presens cantamus officium cum sit templum domini et sacrariũ spiritus sancti. Sequit̃ epistola ad Ro. viij.

Debitores carni nō sumus: vt ꝑm carnē viuamus ꝛc. in qua docemur ꝯculcare oēm carnalitatem: ꝛ ad ostendendū ꝙ hoc possumus: sequitur. Non eñ accepistis spm̄ seruitutis iterum in timore: sed accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ: quo gustato desipit oīs caro. Sed q̄a nō possunt hec fieri nisi dñs ꝓtegat: iō orat in graduali. Esto mihi in deū ꝓtectorē. ¶ Rursus quia nō pōt habere hec oīa: nisi q̄ gaudet in dño: iō sequitur alla. Exultate deo adiutori nostro. Gaudiū eñ spūale excludit omnez carnalitatē. Quia vero quidā sunt vita casti ꝛ humiles: sed ficte: ab his docet caueri in euangelio Math. vij. ca. Attēdite a falsis ꝓphetis q̄ pretendūt castitatē ꝛ sunt luxuriosi. Uel ꝓpter humanā laudē sunt casti sicut fatue virgines: q̄bꝰ dicit. Amen dico vobis nescio vos Sed dñs vere humiles saluat. Uñ sequit offerto. Populū humilē saluū facies dñe ꝛ oculos supboꝝ humiliabis. Quia vero ꝑ delitias spūales oīa cōculcamus: iō dr̄ in postcōione. Gustate ꝛ videte, qm̄ suauis est dñs.

¶ De dñica. ix. post penthec. Rubrica.

Postmodum sequitur nona dñica in qua legit li. sapīe. Sapīa aūt est cogitare de celestibꝰ ꝛ leuare cor ad illa Uñ monet nos ad hoc maxīe ꝓpter festum assumptiōis btē virginis qd̄ instat qñ. s. assumpta est in celū. Et qꝛ hō se sup se leuare nō pōt: nisi eū dñs trahat: iō dicit in introitu. Ecce deus adiuuat me ꝛ dñs susceptor est aīe mee. i. sursum captor. sicut eniz itur ad celestia nō passibus corporis: sed assimilatione mentis ad deū in quo vitant oīa mala. de quibus sequit in epla. i. ad corīh. x. ca. Nō simus cōcupiscētes maloꝝ ꝛc. Postea sequitur ibi. Fidelis deus qui non patietur vos tētari sup id qd̄ potestis: sed faciet cū tētatione ꝓuentum: vt possitis sustinere. ꝑus tamē tiorem incutit dicendo. Stare q̄ se putat videat ne cadat. In graduali vero qui sursum rapit reddat gr̄as deo dicēs. Dñe dñs noster ꝙ admira. est no. tu. in vniuersa terra. Qm̄ eleuata est magnificētia tua sup celos: nō tm̄ in xp̄o ꝛ beata virgine. i. sup celos materiales ꝛ spūales: verū etiam in sanctis super celos materiales. In euangelio Luc. xvi. monet vt si nō possumus ꝑ nos volare ad celū faciamꝰ nobis amicos de māmona iniq̄tatis. i. de diuitijs inequaliter possessis dicens. Homo quidā habebat villicū ꝛc. Homo iste sciuit sic ꝑ prudētiā carnis disponere ꝙ amotꝰ a villicatiōe fuit receptus in domibꝰ dñi: ꝛ hoc ꝑ iniquitatē fraudis. Sic ergo ille laudatur qui ꝑ iniquitatem fraudis sciuit sibi in futuꝝ ꝓuidere: multo magis laudabit dñs eos q̄ dant elemosynas: qd̄ est prudētia spūs: de quo dicit apl̄us. Est vita ꝛ pax qua hō sibi ꝓuidet in futuro. Postea sequitur: qꝛ filij huiꝰ seculi prudētiores sunt filijs lucis in generatōe sua. i. in his q̄ pertinēt ad generationē suā. i. circa tēporalia. Et ego dico vobis facite vobis amicos de māmona iniquitatis: vt cū defeceritis. s. moriendo. recipiant vos in eterna tabernacula que sunt sua. Unde. Beati paupes spū: qm̄ ipsoꝝ ē regnū celorum. Et quia non tantū per elemosynas: sed etiam per orationes volamus ad celestia: ideo est alleluia. Domine deus salutis mee in die clamaui ꝛ nocte corā te. Quia vero hec tabernacula per opera iusticie habentur: sequit offertorium. Iusticie dñi recte letificātes corda ꝛc. Quo autem ordine hec fiant ostendit ī postcōmunione. Primū querite regnum dei. Mathei. vi. capl̄o.

¶ De decima dñica post pēth. Rubrica

In dominica decīa legitur ecclesiasticꝰ qui incipit. Omnis sapiētia a dño deo ē. vbi ostenditur ꝙ nō solū sapiētia: sed etiam omīa bona sunt a deo: ꝛ ideo ab eo solūmodo sunt petenda. et ad eum debemꝰ clamare: ꝛ iō incipit introitꝰ. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā. Et qꝛ debemus ipsum solū orare: sequit versus. Exaudi deus orationem meam. Et oratio in quibusdam ecclesijs. Pateant aures misericordie tue domine precibus supplicantium. In qua collecta patet quis rogans dignus sit exaudiri. Unde sequitur. Et vt patentibus desiderata concedas: fac eos que tibi sunt gratata ꝛ placita postulare. Et ostendit

in epl'a. Scitis qm̄ ꝛc. p̄ma ad corīth. xij. c. ꝙ oīa bona sunt a deo: ꝛ iō ei sūt exhibēde gr̄aꝝ actiones. Vñ enumeratis oībus donis dicit. Hec aūt oīa operatur vn⁹ atq; idez spūs diuidēs singulis ꝓut vult. Sz qꝛ bonū cito amittitur qđ nō a largiēte custodit̄ sicut dicit grego. iō sequit̄ responsoriū. Custodi me dñe vt pupillā oculi. Itē qꝛ ad illū ꝯfugere debem⁹ a quo oīa bona habem⁹: sequit̄ al'a. Dñe refugium fact⁹ es nobis. In alijs ecclesijs dicit̄ alleluia. Te decet. Euangeliū vero qđ est in quibusdā ecclesijs. Cū appropinquaret dñs hierosolymā. Luce. xix. ca. est de symoniacis q̄ iniuriantur spūi sancto. s. in hoc ꝙ vēdūt ea que ipse dat gratis: vel ad voluntatē suā tribuūt: ac si ab illis essent illa bona ꝛ nō a spū sancto. ¶ Et nota ꝙ hoc euangeliū in quo hierusalē destructio p̄dicat̄: in augusto legit̄: qꝛ prius a nabuchodonosor: postmodū a romanis ī hoc mēse destructa fuisse inuenit̄. In alijs ecclesijs legit̄. Dixit iesus ad quosdā. sequit̄ ꝛ offertorium. Ad te dñe leuaui aīam meā: quasi diceret nō ad symoniacos non ad p̄latos prauos vel ad quosdaz fatuos ꝛ sim'latos religiosos qui faciūt se a simplicib⁹ adorari: sz a te a quo oīa bona sunt. Et qꝛ tunc acceptat de⁹ omnia opera nostra qñ speram⁹ in ipso deo: iō seq̄tur postcōio. Acceptabis ꝛc.

¶ De. xi. dñica post penthe. Rubrica.



Vndecima dominica incipit ecclesia legere Job: q̄ similiter est liber exēplaris: sed est exemplū ꝑfectionis. i. ꝑfecte sapientie q̄ nō habet̄ nisi ꝑ predictā refectionē doctrine spūalis. Nam refectio facit spūaliter fortes: ꝛ iō post libros Salomonis legit̄ liber Job. In ordine autē biblie oēs exēplares. s. Ruth: Job: Thobias: Judith: ꝛ Hester p̄cedunt libros doctrinales Salomōis: ꝓpter p̄dictā rōnem: de quo etiā dicet̄ sub dñica. xv. Et q̄a vnanimitas facit fortes ꝛ patientes sicut fuit Job. ꝛ cōcordes sicut fuerūt filij iob q̄ faciebāt cōuiuia per domos vnusquisq; in die suo: iō incipit introitus Deus in loco sancto suo. i. in humilib⁹. Isa. super quē requiescet spūs me⁹ nisi sup̄ humilē ꝛ quietum ꝛ trementē sermones meos: ꝛ si de⁹ est cum eis nullus potest eis p̄ualere. De⁹ eñ habitare facit vni⁹ moris in domo. i. ꝯcordes ꝛ vnanimes quales fuerūt filij iob qui dabāt sibi inuicē comedere. vñ v̄sus ē. Exurgat de⁹ ꝛ dissipentur inimici ei⁹: qꝛ fortitudo nostra nihil valet nisi dñs nobiscū cooperet̄ īmo p̄ncipaliter operet̄. In epl'a. Notū vobis facio euāgel'z: q̄ est. i. Corinth. xv. oñdit btūs paul⁹ humilitatē. vnde sequit̄ ibi. Qui nō suz dign⁹ vocari apostolus: ꝛ ꝓpter hanc humilitatez raptus fuit vsq; ad tertiū celū. In respōsorio quoq; sequit̄ vox humilium. In deo sperauit cor meuz ꝛ adiutus sum. ꝛ inversu. Ad te dñe leuaui aīam meā. ꝛ qꝛ ex tali spe sequitur exultatio: ideo in quibusdam ecclesijs est al'a. Venite exultem⁹ domīo. Euangeliuz vero est de humilitate ꝛ eius effectu. Duo boīes ascendebant ꝛc. Luc. xviij. c. vñ sequitur. Phariseus dicebat. Dñe nō sum sicut ceteri boīum ꝛc. ecce superbia. sequitur. Publican⁹ dicebat. De⁹ ꝓpitius esto mihi peccatori. ecce humilitas: ꝛ ideo abijt iustificatus in domū suaz ab illo: qꝛ vero humilitatem sequitur exultatio: q̄ eñ se humiliat exaltabitur: iō sequit̄ offer. Exaltabo te dñe: qm̄ suscepisti me. i. sursum cepisti. q. d. exaltabo te dñe qm̄ exaltasti me. Postcōmunio. Honora dñm de tua substantia ꝛc. ꝓuerbio. iij. ca. hoc ad lr̄am facit humilis. dat eī libēter pauꝑibus. ꝛ hoc est honorare dñm: qꝛ ipse precepit vt detur pauperibus. vel honora dñm ꝛc. id est omīa bona tua deo attribue: ꝛ hoc est ꝓprium humilium. Hec postcommunio congrue hoc tempore canitur quando frugibus horrea ꝛ vino cellaria plene redundant q̄bus deuote dñs honoratur.

¶ De. xij. dñica post penthe. Rubrica.



Duodecīa dominica est de oratione ꝛ quasi exp̄mitur Job orans ꝛ sedens in sterquilinio conquerendo de falsis amicis. legitur eñ Job in duab⁹ dominicis. Job quidē in sterquilinio moraliter est aīma in mortali paccato et fetido: in quo dum residet: non restat nisi orare deum vt ipsam ab eo eripiat. Unde incipit in

troitus. Deus in adiu. meū intēde. Dñe ad ad iuuā. me festi. cō. ⁊ re. q̄ que. aīaz meā. in offertorio autē ostēdit efficatia orōnis. ⁊ totū of. est orō moysi sumpta de exo. qñ rogauit ꝓ filijs israel qui fecerūt sibi vitulū ꝯflatile: ⁊ incipit. Precatus est moyses in cōspectu dñi dei sui ⁊c. q̄ moyses seipsum exposuit ꝓ salute populi dicēs dño. Aut dimitte eis hāc noxā aut dele me ⁊c. xl. v. di. disciplina. ⁊ reducit ad memoriā merita patruz. Memēto inquit Abraham Isaac et Jacob ⁊c. et placat⁹ factus est dñs de malignitate quaz dixit facere populo suo. et ex hoc ꝓbatur ꝙ scōꝝ merita nobis ꝓsunt. Et nota ꝙ in hoc offertorio fit v̄borum gemīatio. de quo dictuz ē sub scda dñica post epiphaniā. in epl'a. Fiduciā talem habem⁹ ꝑ xp̄m ad deū. ij. ad Cor. iij. c. oñdit apl's ꝙ oratio sua ⁊ alioꝝ bonoꝝ p̄latoꝝ noui te. maiorē hz efficatiā q̄ habuit in veteri testō. ꝙ etiam moyses orauit cū fiducia ꝯfisus de meritꝫ patrum: sed ne videatur hoc ex arrogātia facere subdit. Nō ꝙ sufficientes sim⁹ cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis sz sufficiētia nostra ex deo est cui⁹ mīstri sum⁹. In euāgelio v̄o ostēditur ꝙ multū valet orō p̄latoꝝ qđ legitur in quibusdam ecclesijs. Dū trāsiret Jhs per medios fines decapoleos. adducūt ei surdum et mutū: ⁊ sanauit eū dñs. Multi sunt surdi qui nolūt audire v̄bū dei: et multi muti qui nolūt loqui et possunt. sil'r hos debēt prelati ꝑ p̄dicatōem adducere ad dñz ⁊ in ꝯfessione ⁊ orōne saluabit eos. vñ in ꝑsona surdi et muti cantatur in graduali. Bñdicaz dñm in oī tpe. v̄sus est. In dño laudabit aīa mea. in all'a vero monet ad hāc laudē. Venite exultem⁹ do. ⁊c. de offertorio supra dictū est. postcōio v̄o est. De fructu operū tuoꝝ satiabit terra. i. p̄dicatores quos dñs replet pri⁹ bonis ⁊ ipsi repleti alios replēt. In alijs v̄o ecclesijs dicit euāgeliū. Exiēs Jhs de finib⁹ tyri: qđ ē Marci. vij. Pōt autē dici s̄m Sicardū ep̄m cremoñ. in mitrali: ꝙ salomone mortuo regnuz diuiditur: et iō mēsis septēbris historia bipartitur. Prima ꝑs ī vna historia ꝯsolidat. alia variatur: qꝛ regnū iuda in dauid familia stabilit: sz regnū israel a plurib⁹ occupat. Vñ et historia de his iustis q̄ gētib⁹ intermixti fuerāt ꝯpilatur: vt de iob thobia iudith et hester. cū ī p̄ria septēbris hebdomada legat Job quē ip̄e scripsit cū rñsorio. Si bona. in scda liber thobie: quez ipse ꝯposuit. in tertia iudith: quē achior edidit. in quarta hester quez mardocheus vel potius esdra ꝯposuit: sed et liber esdre post h̄ opa recitat: et cuz his cātat rñsoriū. Peto. ⁊ adonai dñe ⁊c. His tpib⁹ ꝓphetizauit helyas q̄ gessit typū xp̄i. Sic mortuo ꝯstantino ecclesia sepatur. vna ꝑs est catholica. alia ꝑ multa scismata sepata: a quib⁹ eccl'ia catholica multa aduersa ꝓ dño tollerauit: sicut illi quoꝝ opera hoc tpe legūtur. Inter catholicos q̄daz sunt ꝑfecti quidā īperfecti. perfecti sunt predicatores idonei: mīstri ⁊ cooꝑatores dei: qđ dr in epl'a. Fiduciā. Hi adducūt īperfectos ⁊ alienos surdos et mutos ad gl'iam Jesu xp̄i: sicut legit ī euāgelio. Vox itaqz ꝑfectoꝝ est in introitu. De⁹ in adiutoriū meū intende qui adiutoriū dei implorāt: vt hereticis valeant tesistere: ⁊ eos ad dei gratiā adducere. Aut ē vox imꝑfectoꝝ ꝓficientiū: qui vt ꝓficiant dei īplorant auxiliū. In graduali. Bñdicā. Et ī all'a. Dñe refugiū. vox siquidē est ꝑfectoꝝ gr̄as agētiuz de illis se a ꝑsecutōe aliquotiēs tēperātibus: ⁊ istis ꝓficientib⁹. Et qꝛ moyses fuit vn⁹ eoꝝ qui se obtulerūt ꝓ peccatꝫ subditoꝝ: ideo in offer. cātat. Precat⁹ est moyses. Hi ꝑfecti sunt illa terra que satiata fructu opeꝝ dñi: donis vz spūs scti ꝓducit fenū iumētis. i. doctrinaz hoīb⁹. Unde cōio est. De fructu ⁊c. Et attēde ꝙ recte de iob ⁊ moyse simul cantat: qm̄ cōtemporanei repiunt ꝑ quoꝝ exēplū ad patientiā et māsuetudinē īuitamur.

¶ De deciatertia dñica post pēth. Rubrica.



Domīca tertiadecima legit liber thobie: ꝑ quē figuratur gen⁹ humanū cecū factū ꝑ peccatū p̄mi parētis: qđ nō potuit sanari: nisi amaritudine passionis: que per fel significata est. christus vero per piscez: quia piscis assus est xp̄s passus. Cecum quidem erat genus humanū: quia habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Petit ergo vt veniat domin⁹ sicut ꝓmisit. Dñica eñ ista ē de ꝓmissionib⁹

Vñ dicit in ĩtroitu. Respice dñe in testm̃ tuũ: et in ꝓmissione tua: vt sicut ꝓmisisti veniat filius tuꝰ. et hoc est qđ sequit̃: et aĩas pauperũ tuoꝝ ne obliuiscaris in finẽ. et hoc est qđ dixit thobias filio suo. Memẽto fili: qm̃ pauperã vitaꝫ gerimꝰ. habebis multa bona si timuerꝫ deum. Unde sequit̃ oratio. Omp̃s sempiterne deus de cuius munere venit ꝛc. ꝛ rogat vt possit currere ecclesia ad veras ꝓmissiones. Epistola. Abrahe facte sunt ꝓmissiones ꝛ semini eiꝰ ꝛc. Ad Gal. iij. c. vbi agitur de ꝓmissionibus. ꝛ sequit̃. ibi. Quid igit̃ lex dicit apostolus. si non põt sanare genus humanũ cecũ sicut thobiam? et sequitur respõsio. Lex q̃dez ꝓpter transgressores ꝓsita est sicut dicit pedagogus. Sequit̃ respõsoriũ. Respice domine in testamentũ tuũ: vbi ostenditur vehemẽs effectus orõnis. In alleluia. Quoniã deꝰ magnus ꝛc. ostẽditur quis est qui põt illumĩare. In euãgelio ostẽditur ꝙ lex nõ põt sanare: et incipit in quibusdam ecclesijs. Beati oculi q̃ vidẽt que vos videtis. multi ꝓphete et multi reges ꝛc. Luce. x. c. vbi habet̃ ꝙ sacerdos ꝛ leuita ꝑtransierũt hoĩez qui incidit in latrones. sacerdos inq̃ et leuita veteris testa. sed solus samaritanus. s. xp̃s qui est custos noster ipsuꝫ sanauit. Et qꝛ lex nõ sanat: qm̃ neminẽ ad ꝑfectionẽ ducit: sed solus deus in quo sperandu ꝫ est: iõ sequit̃ offer. In te domĩe speraui. Quomodo autẽ sanauit illum cecuꝫ ptꝫ: qꝛ per panem angeloꝝ qui factꝰ est lac hoĩm. i. per filiũ dei incarnatũ: et iõ sequitur ĩ postcõione. Panem angeloꝝ manducauit hõ. Alie ecclesie dicunt panẽ de celo ꝛc. Sapi. xvi. ca.

¶ De. xiiij. dñica post penthe. Rubrica.

Dominica decima quarta legit̃ liber iudith. et cãtat̃ quõ victoria data est ĩ manu femine. et monet nos ecclesia ad sanctimoniã siue ad ꝯtinentiã exẽplo iudith. sicut em̃ interfecit Olofernẽ qui ĩterp̃tatur eneruãs vitulum saginatuꝫ: sic monet ecclesia vt interficiamꝰ Olofernem. i. diabolum qui eneruat et interficit lasciuos mundi: qđ fit per sanctimoniã: abscindẽdo ei caput. nam caput diaboli est luxuria: qꝛ quasi primo de ea incipit hoĩes tẽtare: ꝛ ideo dñs dicit in Lu. Sint lũ. ve. pre. hoc est. p̃cingatis vos ꝯtra p̃mũ vitiuꝫ. Exo. xij. In comestione agni renes vestros accingetis. alio tñ mõ sup̃bia est initiũ oĩs peccati. Quia v̄o fragiles sumꝰ ꝛ effeminati. vñ interficere nõ possumꝰ Olofernẽ nisi adiutorio dei: ideo dicit ĩ introitu. Protector noster aspice deꝰ ꝛ respice in faciem xp̃i tui. Sequit̃ in quibusdam ecclesijs epl̃a ad Gal. v. c. Spũ ambulate ꝛ desideria carnis nõ ꝑficietis. caro em̃ ꝯcupiscit aduersus sp̃m̃ et sp̃ũs aduersus carnem. et sequit̃. manifesta aũt sunt opa carnis ꝛ nomĩat ea. Itez alibi dicit. Si ꝯtenditis nõne carnales estis? hoc dicit qꝛ ꝯtẽdimus de carnalibꝰ: et post. fructꝰ autẽ sp̃ũs sancti sunt longanimitas pax patiẽtia ꝛc. Deuincere igitur Olofernẽ in nobis est facere ista duo. Per hoc q̃ꝫ vitia interficimus in nobis ꝙ gustamus spiritum sanctũ quo gustato desipit oĩs caro. Sꝫ quia non põt sanari in nobis carnalitas nisi a dño: quia est sicut lepra: ideo ĩ quibusdã ecclesijs sequit̃ euangeliũ. Dum iret Ihs. Lu. xvij. ca. de leprosis qui venerũt ad dominũ. ꝛ dixit eis. Ite et ostẽdite vos sacerdotibus. ipsis tamẽ prius sanatis: per qđ significatur ꝙ prius peccator a domĩo sanatur ꝛ postea iniũgit̃ ei penitẽtia a sacerdote et absoluit̃. quod significatum est per hoc ꝙ discipuli domini instita lazari soluerũt: et tamẽ prius ipse erat resuscitatus a domino. Redijt autẽ vnus ad eum flexis genibus gratias agẽs per quod significatur ꝙ vnitas ecclesie reddit gratias deo. vnde vnus sanabatur in piscina. Jo. iiij. ꝛ ideo in responsorio in gratiaꝝ actões dicit eccl̃ia. Bonum est ꝯfiteri domino. et etiam in alt̃a quod est in quibusdaꝫ ecclesijs. Confitemini domino: et ĩuocate nomen eius. et quia hoc nõ sufficit nisi et dñs nos custodiat: ideo sequitur ĩ offertorio. Immittit angelus dñi in circuitu timentiũ eum: qꝛ custodit nos dominꝰ per angelos. sequit̃. Gustate ꝛ videte. quid autẽ gustare debemꝰ ostẽditur in postcõione. s. panẽ qui saginat animam nõ corpꝰ. vñ est offertoriũ in quibusdã ecclesijs. Panis quẽ ego dedero caro mea est ꝓ mundi vita.

¶ De. xv. dñica post penthe. Rubrica.

Dominica quinta decima habet eandem intētionem cū p̄cedēti. ⁊ ī quibusdam eccl̄ijs in his duab⁹ dñicis legit liber iudith: ⁊ introit⁹ est. Inclina aurez tuā dñe. Ysus est. Letifica aiam serui tui: qm̄ ad te dñe leuaui aiaz meā: q. dicat nō ad carnalia desideria. In epl̄a que est ad Gal. vi. ca. monet nos vt nō simus vitiosus saginatus: sed simus spūales. Vñ dicit ibi paulus. Si spū viuim⁹ spū ⁊ ambulem⁹: quia qui semīat in spū de spū metet vitā eternaz: q. Vo in carne de carne metet corruptionē. seq̄t r̄nsoꝛium. Bonū est cōfidere in dño q̄ cōfidere in homīe. q̄ dat victoꝛiā in manu femine: qm̄ facit boiem vincere in carne. ⁊ qz hoc facit q̄ p̄parat coꝛ suū ad seruiendū deo. sequitur alla. Paratū coꝛ meū de⁹. ⁊c. in euangelio. Nemo pōt duob⁹ dñis seruire. qd̄ est Matb. vi. c. docemur ne seruiam⁹ vētri: ⁊ post. Nolite sollicīti esse dicētes. quid māducabim⁹ aut q̄d bibemus ⁊c. sed p̄mū querite regnū dei ⁊c. Nolite solliciti esse. s. sollicitudine suffocationis. sollicitudine aūt p̄uidentie solliciti esse debem⁹. In offertoꝛio vero monemur vt seruiam⁹ dño nō ventri. Expectans expectaui dñz vt reficeret me. Quis aūt sit iste cib⁹ quo aīa dz refici oñditur in postcōione q̄ est in q̄busdam eccl̄ijs. Qui māducat meā carnē. s. p fidē. nā vt dicit Augu. Crede ⁊ māducasti ⁊c. Quenā aūt q̄re eccl̄ia post libꝛos Salo. legat libꝝ Job ⁊ postea libꝝ thobie ⁊ iudith cū alio mō oꝛdinent in biblia: sicut eīm dictū est sub septia dominica p̄cedunt libꝛi exemplares: ⁊ postea doctrinales: qz magis mouēt facta q̄ dicta: tad vltimuz ponunt libꝛi machabeoꝝ q̄ sunt libꝛi exemplares? Ad qd̄ dicit q̄ p doctrinā pueniūt ad pfectionem patiētie: q̄ magis fuit iob. Vñ postea sequitur Thobias. qz magnū etiā patientie signū fuit in thobia: qui amisit multa ⁊ filiuz ad tēpus ⁊ oculos: qui maxime ab homine diligūtur: ex eo q̄ oculi sunt p̄ncipiuz cognitionis ad quā nat⁹ est homo. ⁊ qz etiā plus valet exemplū femine ⁊ magis erubescentiaz incutit: iō liber iudith ī quo habet de victoꝛia in manu femie post p̄dictos ab eccl̄a oꝛdinat. vltimo vero liber machabeoꝝ legit: qz ibi habet exēplum de cōfirmatiōe iusticie. Machabei eīm passi sunt martyriū p̄ lege defendēda ⁊ custodienda ab antiocho fidei ināmico.

¶ De dñica. xvi. post pentbe. Rubꝛica.

Decimasexta dominica legit ⁊ cantat eccl̄ia ō machabeis: vt dicet in se. ti. q̄ multa passi sunt ab antiocho ⁊ septē ppl̄is: ⁊ ibi habet q̄ tēplū q̄ pollutū fuerat ab illis populis: ab istis machabeis purificatū fuit. ⁊ p hoc significat q̄ anima q̄ tēplū dei est polluta a septem capitalibus vitijs nō pōt mūdari nisi purificet a peccato: qd̄ est eā resuscitari de moꝛte peccati. vñ habet in euangelio de resurrectiōe filij vidue: ⁊ ideo incipit introit⁹: Miserere mei dñe. scz vt resuscites me. Ysus est. Inclina dñe aurem ⁊c. In epl̄a vero apl̄us inuitat nos ad patientiaz dicēs. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationib⁹ ⁊c. q̄ est ad epb. iij. c. sic eīm vincūt inimici a machabeis. i. a sctis. seq̄tur graduale. Timebūt gētes: qz sicut post q̄ illi vicerūt inimicos suos ⁊ mūdauerūt tēplū ⁊ reedificauerunt: timuerūt gentes in circuitu: sic ⁊ post q̄ bō vicerit diabolū ⁊ mūdauerit se p̄ cōfessionē ⁊ reedificauerit tēplum dei in se: timēt demones. vñ sequit Ysus. Q̄m̄ edificauit dñs syon. sed qz nō pōt fieri nisi a dño q̄ bō liberet a vitijs: nō sequit alla. Redēptionē misit ⁊c. Euāgelium ē in q̄busdā eccl̄ijs. Ibat ieſus in ciuitatē ⁊c. Luc. vij. ca. ⁊ post Accessit ieſus ⁊ tetigit lectulum: ⁊ dixit. Adolescens tibi dico surge ⁊ surrexit ⁊ dedit illū mri sue. Nēpe tangit dñs lectulū vbi erat moꝛtu⁹: q̄m infirmitate vel aliquo flagello tangit coꝛp⁹ bois in quo iacet moꝛtu⁹ ips bois. i. aīa ⁊ sic excitat a sōno moꝛtis. Vñ eccl. xxi. Infirmitas grauis sobꝛiā reddit aīaz. Seq̄t offertoꝛiū. q. ī voce machabeoꝝ. Dñe in auxiliū meū respice. seq̄t postcōio. Dñe mēoꝛabo⁹ iusticie tue soli⁹. iusticie ī q̄ oīs q̄ vēit ad te nō ejciet foꝛas. Pōt ⁊ aliter dici q̄ ioſue debūcto bieruſalē destruit. ppl̄s captiuat ⁊ p̄mit: nō ī hoc mēse octobꝛi machabeoꝝ bystoꝛia legit ⁊ cantat. Adapiat ⁊c. qz a suis aduersarijs ad modū p̄mebāt: quoꝝ p-

maz partē simon pōtifex edidit. aliam filiꝰ eiꝰ Jo. posteriorem q̄dam iudeꝰ agrestis sz eruditus. hi captiui militantē designāt eccl̄iam: in qua sūt duces ⁊ satellites: doctores ⁊ discipuli pfecti ⁊ imperfecti. Doctores vidua significat euangelica q̄ vidua est: qz militās cū spōso triūphanti nō est: cuiꝰ filiꝰ moriť cū discipl̄i ꝓ quouis crimine ab eccl̄e corpe separanť. resuscitanť cū illis gr̄a infundiť. Hec igiť orat i euangelio ꝓ filij resurrectiōe. i. gr̄e infusiōe. et hortať in epl̄a ne deficiat in tribulationibꝰ: et huiꝰ rei gr̄a flectit genua sua. hic eadē orat in introitu. Miserere. ⁊ in offertorio. Dñe. graduale. Respice id qđ diciť i euāgelio. Accepit aūt oēs tīor. Postcōio. Dñe mēorabor. gr̄aruz est actio. Vel hic mēsis octobris vt quidā aiūt designat octauā. sicut ergo iudei finitis p̄lijs ⁊ tēplo restaurato in hymnis ⁊ cōfessionibus dño bñdicebāt: sic in octaua magne festiuitatis sancti festiuius exultabunt.

¶ De dñica. xvij. post penthe. Rubrica.



In dominica decīa septima agiť de nuptijs eternis: qz ꝯsideratiōe nuptiaꝝ illarum libēter patimur tribulationes: sicut ⁊ machabei fecerunt. Sunt autē quattuor dñice in quibꝰ agit ecclesia de machabeis. cōsideratio eñ illa tribulationes leues facit ⁊ ꝓpter illas nuptias pena q̄libet leuiter sustineť. De his nuptijs dicitur in euāgelio qđ in hac die in quibusdā ecclesijs legiť. Cū inuitatꝰ fueris ad nuptias recūbe in nouissimo loco ⁊c. Omēs inuitati sumus ad nuptias eternas: ⁊ si in nouissimo loco nos ponimꝰ hic vt simus humiles: exultabimur in paradiso ⁊ ecōtra. vñ statim subiungiť Ego aūt dico vobis: qz oīs q̄ se exaltat humiliabiť ⁊c. Vñ incipit introitꝰ. Justus es dñe. s. in hoc iudicio. ⁊ rectū iudiciū tuū. Huic eñ iudicio ꝯcordat ecclesia seu ꝯsentit quo deꝰ exaltat humiles: ⁊ supbos depmit dicēs. Justꝰ es dñe ⁊c. In epl̄a. Obsecro vos. q̄ est ad ephe. iiij. c. inuitat nos ad humilitatē: vt dicať nob. Amice ascende superiꝰ. vbi diciť. vt digne. s. in humilitate ambuletis. vocatione qua vocati estis. s. ad nuptias: hoc eñ est nouissimū locū tenere. Ad hoc idem monet in graduali. Beata gens cuiꝰ est dñs deꝰ eoꝝ ⁊c. superbi faciunt se dños. humiliū vero deꝰ est dñs. vñ versus est. Verbo dñi celi. i. humiles firmati. i. sāctificati sunt. Debemꝰ ergo esse humiles: quia nihil habemꝰ nisi a deo: ⁊ ideo sequiť in q̄busdam ecclesijs. Alł̄a. Qui timent deū sperāt in eū. q. d. nō in se. Postea sequiť euangeliuz de nuptijs sicut dictū est. In alijs vero ecclesijs legitur. Cū intraret iesus in domū. Luc. xiiij. c. Notandū aūt q̄ anteq̄ in ipso euāgelio dicatur de nuptijs habeť quomō sanauit hydropicum: ꝑ quē intelligitur oīs amator mūdi: ꝑus eñ opz q̄ sitis mundi satieť: qz q̄ biberit ex aqua sitiet iterꝝ. Jo. iiij. q̄diu eñ homo erit hydropicus: in illis nuptijs nō poterit satiari. In offertorio similiter inuitamur ad humilitatē. Vñ ibi habeť oratio Danielis. Orauī ad deū meū ⁊c. Danie. ix. ca. Et ꝓpter hanc humilitatem meruit audire archangeluz q̄ certificauit eū de icarnatiōe xp̄i. Satis aūt cōgrue fit ibi mentio de angelo: qñi hoc officiū circa dedicationem btī michaelis cantať. In postcōione habeť de humilibꝰ ⁊ supbis. Vouete ⁊ reddite dño deo vestro omēs qui in circuitu eius offertis munera. i. humiles q̄ attribuitis oīa bona deo terribili ⁊ ei q̄ aufert spm̄ p̄ncipū. i. supbiam eoꝝ. ecce qz supbos hūiliat.

¶ De. iiij. feria q̄ttuor tēpoꝝ septēbris. R.



In quarta feria legitur euangeliū. Respondens vnꝰ de turba. Math. ix. ca. de surdo ⁊ muto quē apl̄i curare nō poterant eo q̄ illud genus demonij nō eijciť nisi in orōne ⁊ ieiunio: qđ bene huic diei ꝯuenit. hodie nanq̄ ieiuniū est q̄ttuor tēpoꝝ. Jō nanq̄ due lectiōes legūtur vt ordinādi in duobꝰ p̄ceptis charitatis: vel duabus legibꝰ insturanť. Prima calcatore vue. s. Ecce dies. Amos in fine. tempori conuenit. Secunda videlicet. Congregatus. Neemie viij. c. congruit ordinandis. quibus dicitur in introitu. Exultate deo: qui premeditari ꝓmittunt in offer. Meditabor. Cōio est. Comedite pinguia. ⁊ sumitur de lectōe scđa.

¶ De. vi. feria q̄ttuor tpoꝝ septēbris. R.



Erie sexte officiū pniam exprimit ordinandorū. Vñ in euangelio. Factuz est. peccata paralitico dimittunt: ⁊ in lectione. Cōuertere. Osee vlti.ca.ad cōuersationē instruūtur. ⁊ in introitu. Letetur.ad querendū dñm inuitant. Graduale ⁊ postcōio:sunt orationes electoꝝ. Offerenda consolatio eorūdem. In alijs tamen ecclesijs dicitur euangeliuz. Rogabat iesum. Luce septimo capitulo.

¶ De sabbato q̄ttuor tēpoꝝ septēbris. R.



Abbati quoqz officiū ad doctrinā ipoꝝ ordinādoꝝ fit:ne sint steriles vt fici arbor infructuosa:de qua loquit euāgeliū. Arborē fici ⁊c. Luc. iiij.ca.ne vita illoꝝ sit terrenis implicita sicut mulier incuruata. In epl'a vero. Tabernacl'm factū est ⁊c.que est ad Hebr.ix.c.vbi de p̄mo ⁊ scdo agit tabernaculo:monent vt sic seruiant in tabernaculis ecclesie militātis: vt dño p̄sentent in tabernaculo triūphātis. In lectionibus vero quare hoc septēbris ieiuniū indicitur cā institutiōis. ⁊ ei⁹ vtilitas intimat:quaꝝ p̄ma est. Decima die. Leuiti.xxiij.ca.scda est. Quītadecima die:q̄ est ibidez.tertia est. Dñe dñs noster. Michee vlti.c.quarta est. Factū est v̄bum.zacha.vij.ca.q̄nta est. Angel⁹ dñi. Danie.iij.ca. Cetera sunt ordinandoꝝ exhortatōes ⁊ orōnes ⁊ cōsolatiōes. Cōio.s. Mēse septimo de leuitici lectione sumit. Merito aūt in hoc mēse fit clericoꝝ ordinatio:qm̄ ⁊ in mēse fiebat tabernaculoꝝ celebratio. Ordinati vero sunt ecclesie ministri in dei tabernaculo p septiformē gr̄az in septē gradib⁹ ꝯstituti. Vñ ⁊ btūs petrus legitur ordinationē fecisse in septēbri sex epoꝝ.x.p̄s byteroꝝ ⁊ septē dyaconoꝝ. Et celebrat ordinatio in tertia hebdomada:qz in tpe tertio.s.gr̄e fuit ab apl'is instituta. Oli tñ alia rō fuit a sapientib⁹ assignata nā oli īstituta fuere ieiunia in p̄ma hebdomada martij.in scda iunij.i tertia septēbris. i q̄rta decēbris:vt comitarēt initia thesseredecadis iesu xp̄i. Cū em̄ quis ordinatur quodāmodo: vt xp̄o attineat generatur.ergo persona p̄me thesseredecadis est abraham a quo sumit ordinatio p̄me hebdomade martij. p̄ma p̄sona scde thesseredecadis est dauid a quo sumitur ordinatio scde septimane iunij.initiū tertie est Jeconie:a quo sumitur ordinatio tertie septimane septembris.demū est xp̄us in quarto loco a quo sumitur ordinatio quarte septimane decēbris. Sumūtur aūt potius ab his personis q̄ ab alijs ordinationes:vel qz fuerūt i genealogia maiores:vel ꝓpter nominū interp̄tationes. Dicit em̄ abrahā pater multaꝝ gentium. Dauid fortis. Jeconia p̄paratio dñi:sic ⁊ illi qui ordinant debent esse fortes p̄parati ad euangeliū xp̄i:vel sicut a p̄sona in p̄sonam sunt.xiiij.generationes:sic ab ordinatione in ordinationē septimane.xiiij.inueniūtur: vt ordinandi p̄iti sint in decalogi ⁊ in euangelij disciplina. Nunc aūt ieiunia ex causis p̄missis aliter ordinant:vt dictū est sub quarta feria tertie hebdomade aduentus. Et memento q̄ apostolici vsqz ad Simpliciū papā in decēbri sp ordines celebrabāt vt ordinādos coaptarent generationi iesu xp̄i. Simplici⁹ vero addidit ordines in februario tribuēdos:vt ordinandos vicinius incorporaret corpori iesu xp̄i Vide de hoc in ꝓhemio scde partis. Sed si vt p̄missuz est ieiunia cōstituta sunt in p̄dictis septimanis:ꝓ his q̄ ad ordinationez accedūt nūq̄d cōmutari possunt qñ null⁹ tūc ordinat: certe nō:nisi necessitate vrgēte:de qua in ꝓhemio scde partis dictū est. Cū em̄ sit vna eccl'a oīno debet in actionib⁹ ei⁹ esse cōcordia q̄ non esset si in tam generali ieiunio alij pranderēt: alij ieiunarent. Preterea lz alicubi nō fiat ordinatio:fit tñ alibi ꝓ quibus ieiunare ⁊ orare debem⁹:vt digni ad ordinationē p̄ueniāt. oēs em̄ frēs sum⁹ ⁊ vnanimes in domo dñi sum⁹.

¶ De.xviij.dñica post penthe. Rubrica.



Dictum est ī precedenti dñica q̄ dz homo se ponere ī uouissimo loco:vt ponatur in p̄mo sicut sunt p̄lati.vñ ī hac.xviij. dñica agit de p̄latis q̄ sunt in p̄mo loco.vñ euangeliū est in q̄busdā ecclesijs. Sup cathedrā moysi ⁊c. Introitus v̄o q̄ sumit eccl.xxxij.ca.incipit. Da pacē dñe

sustinentib⁹ te: vt ꝓphete tui. i. p̄lati fideles inueniantur. supplendū est nō infideles sicut scribe ⁊ pharisei. Uersus est. Letatus sum in his q̄ dicta sunt mihi in domū dñi ibim⁹. i. ibimus ad nuptias ⁊ de hoc letat⁹ sum: q̄ inuitati sumus ad nuptias in q̄bus erat eterna pax. In alijs vero ecclesijs v̄sus est. Bonū est. Preterea scripserūt quidā ꝙ iō dicit̄ introit⁹ ipe: q̄ tali die zacharias papa fecit pacē cū lōgobardis. In epl'a apl'us agit gr̄as de ephesijs: q̄a hn̄t fidem verā de istis nuptijs dicens. Gr̄as ago semꝑ deo meo ꝓ vobis ⁊c. i. ad corīth. c. i. In respōsorio v̄o Letat⁹ suz ⁊c. ostēdit gaudium de p̄dictis nuptijs: ⁊ iō ꝓpt̄ p̄dictas nuptias in all'a. Laudate dñm oīs gentes. hortat̄ ad laudē. Euāgeliū in q̄busdā eccl'ijs. Accesserūt ad iesum: q̄d est Math. xxij. c. de scribis ⁊ phariseis q̄ infideles fuerunt. Uñ tentauerūt dñm dicētes. Q̄d est mandatū magnū ⁊c. Dixit dñs. Diliges dñm deū tuū ⁊c: ⁊ post ea rep̄hendit eos de infidelitate: q̄ nō credebant ip̄m esse deū dicēs. Quid vobis videtur de xp̄o: cui⁹ fili⁹ sit. Dicūt ei: dauid. Et dixit eis Quomodo ergo dauid in spū vocat eū dñm dicens. Dixit dñs do. meo se. a dext. meis ⁊c. Prelati vero nō debēt esse tales. i. infideles: sed sicut moyses de quo habet̄ in offer. Sanctificauit moyses altare dño ⁊c. dicūt p̄lati se totos offerre incensum: ⁊ postea multas hostias. Unde sequitur postcōio. Tollite hostias. loquitur enim de prelatis.

¶ De. xix. dñica post pentbe. Rubrica.



Ec decīanona dominica respōdet p̄cedēti. in q̄ dictū est. Da pacē dñe sustinētib⁹ te: vt ꝓphe tui. i. p̄lati tui fideles iueniant̄. Rñdet inq̄ si faciāt q̄d habet̄ in euāgelio q̄d legit̄ in hac dñica in quibusdā eccl'ijs. s. ascēdens iesus ⁊c. q̄d est math. ix. c. in quo habet̄ ꝙ adduxerunt ad dñm paraliticū. Jesus aūt vidēs fidē illoꝝ q̄ offerebāt ⁊c. Paralitici sūt q̄ in delitijs carnis ita dissoluti sunt ꝙ nō possunt opa bōa facere ⁊ merito fidei p̄latoꝝ sanant̄: ⁊ iō bonū ē bre bonos p̄latos. Quidā aūt de scribis dixit intra se. Hic blasphemat q̄ pctā dimittit. Jesus aūt videns cogitatiōes eoꝝ dixit. Ut sciatis qm̄ fili⁹ hoīs habet ptātez in terra dimittēdi peccata: dixit paralitico. Tolle grabatum tuū ⁊ ābula. Et q̄ solus de⁹ est qui sanat paralisim: ideo incipit introitus. Salus ppl'i ego sum ⁊c. v̄sus est. Attendite ppl'e me⁹ legē meam. subaudi per quā sanant̄ paralitici. In epistola monet apl'us paraliticos vt erigant̄ corporaliter a paralisi ad bona opa dicēs. Renouamini in spū mentis vestre ⁊ induite nouum hoīem ⁊c. Ephe. iiij. c. Sequit̄ etiā graduale in voce paralitici. Dirigat̄ oro mea sicut incēsum ⁊c. versus est. Eleuatio manuū mearum ⁊c. iam iste leuatur ad bona opa. All'a vero dicitur in voce paralitici sanati. s. Dextera dñi fecit virtutē: subaudi: q̄ sanauit me. Sz q̄ non sufficit sanare nisi dñs custodiat. seq̄tur offer. Si ambulauero in medio tribulationis. vbicunq̄ em̄ ambulant sanati a domīo: custodit eos q̄tum in se est.

¶ De dñica. xx. post pentbe. Rubrica.



In dominica. xx. incipit eccl'a legere. xij. ꝓphetas ⁊ danielē: ⁊ cātat de Jsa. ⁊ daniele ⁊ hieremia: nō tñ legit de Jsa. ⁊ hiere. q̄ in alijs tp̄ibus pleni⁹ legunt̄. De Jsa. em̄ legit̄ in aduētu. de hiere. in passiōe. Querit̄ aūt quare legit ecclesia ꝓphetas p⁹ librū machabeoꝝ cū in biblia p̄ponant̄. Ad q̄d dicim⁹ ꝙ biblia p̄ponit oīs libros exēplares: eo ꝙ magis mouēt exēpla q̄ doctrina: p̄ter librū machabeoꝝ: quē vltio ponit. ⁊ ꝓpter pfectā iusticiā: ⁊ ꝓpter tp̄s: q̄a vltimo tp̄e fuerūt. Ecclesia etiā legit vltio librū Ezechielis: q̄ in eo agit̄ de tēplo celesti: ī quo est ꝯfirmatio ⁊ finis oīm. Duodecim v̄o ꝓph̄as legit ꝓpter fundamētū fidei q̄d semꝑ necessariū est quātūcunq̄ hō sit pfect⁹: ⁊ vide q̄d dictū est sub dñica. xv. Incipit aūt ecclesia legere ezechielē in p̄ncipio nouēbris. In matutinali huius dominice officio p̄mum respōsorium est in quibusdam ecclesijs de Jsa. s. Uidi dñm sedentem sup̄ soliū excelsuz. Uidit em̄ Jsa. quomodo thronum dei angeli sunt ⁊ sancti in ecclesia triūphante ⁊ militante: in quib⁹ per gr̄am sedet ille qui est p̄mus ⁊ nouissim⁹.

Quia ergo ezechiel vidit templum celeste in quo fiunt nuptie eterne: ideo in euangelio misse qđ ī quibusdā ecclesijs in hac dñica dr. ⁊ est math. xxij. c. habetur de illis nuptijs. Sil̄e est regnum celoꝝ homī regi qui fecit nuptias: et misit seruos. s. hora cene dicere īuitatis. Oīa parata sunt venite ad nuptias. Illi vero ꝯtēpserunt venire ad nuptias. Hi sunt iudei q̄ cōtempserūt venire. Et misit tūc seruos suos dicens. Ite ad exit⁹ viaꝝ ⁊ ꝯuocate oēs ⁊ implete sunt nuptie discūbentiū. Et videns rex quēdam nō habentē vestē nuptialē dixit ei. Amice quō huc ītrasti non habēs vestē nuptialez? et tradidit eum mīstris suis: vt ꝓijcerent euz ī tenebras exteriores. Huic autē iudicio q̄ dñs eos qui ꝯtempserunt venire ad nuptias āmouit a nuptijs: et oēs alios vocauit: cōgaudet eccl̄ia in introitu dicēs. Oīa que fecisti nobis dñe in vero iudicio fecisti. In epistola v̄o monet nos apostol⁹ vt caute ambulem⁹ ad has nuptias: qꝛ sine veste nuptiali ꝓijcimur ī tenebras exteriores dicēs. Uidete aūt quō caute ambuletis ⁊c. que est ad Ephe. v. c. et dissuadet a ꝯtrario dicens. Nolite inebriari vino in quo est luxuria ne sitis ī nuptijs diaboli: sz impleamini in spū sancto. Sed quia cibum illarum nuptiaꝝ non pōt dare nisi solus deus: iō sequit̄ in responsorio. Oculi oīm in te sperant dñe et tu das escam illoꝝ. i. cibū nuptiaꝝ eternaꝝ in tpe oportuno. Et quia de nuptijs illis non pōt comedere qui est in peccato mortali: sequitur in quibusdaz ecclesijs alleluia. De ꝓfundis. i. de peccato. clamaui ad te dñe: vt me eruas a peccato: ⁊ ita peto nuptijs interesse. In offertorio v̄o ostēdit̄ quid sit interesse nuptijs. s. habere memoriā de eternis dicēs. Super flumina babylonis. s. delicias seculi illic sedimus et fleuim⁹ dū recordaremur tui syon. i. tui o eccl̄ia triūphās. In postcōione v̄o petit vt det̄ ei interesse nuptijs illis dicēs. Memēto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spez dedisti ⁊c. q. d. memor esto qꝛ ꝓmisisti. qui eñ ꝓmittit et nō dat videtur esse oblit⁹. ¶ Et nota ꝙ tres nuptie legūtur in euangelio. De p̄mis dicit̄ ꝙ simile est regnū celoꝝ homī regi: q̄ fecit nuptias filio suo. hic fili⁹ est xp̄s qui humanā naturam sibi copulauit: vbi fuit thalam⁹ v̄gi-

nis vterus. vnde tanq̄ spōsus ꝓcedēs de thalamo suo: ad has nuptias hoīes sub lege per ꝓphetas inuitauit. De secūdis dicit̄. Uos similes hoībus expectātib⁹ dñm suū quando reuertatur a nuptijs. hic dñs xp̄s est verus homo qui ascēdens angelicā naturā sibi copulauit. ad has nuptias gētes per apl̄os cōuocauit. De tertijs v̄o dr. Uirgies q̄ prepate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias. hic spōsus est xp̄s qui ecclesiā post iudiciū sibi copulabit ⁊ in thalamo glorificabit. Ad has per p̄latos ecclesie quottidie īuitamur. De p̄mis solennizat ecclesia in xp̄i natiuitate. De scd̄is in ascēsione. De tertijs in resurrectōe. qm̄ in nostra resurrectōe xp̄s spōsaz assumet et de babylonia mundi introducet in cellarium ꝑadisi. de quib⁹ nuptijs hic pōt intelligi. cum eñ ītrasset hō nō habēs vestē nuptialē eiectus est in tenebras exteriores. ceteri nuptial̄r īduti: sunt cū dño epulati. Hi sunt lapides viui e quib⁹ edificantur muri hierusalē. Potest etiā aliter dici ꝙ post reuersionē a captiuitate: hierusalē reedificabitur ⁊ templū restaurabit̄ per zachariā et aggeū: esdram et malachiam: per quos aduētus dñi p̄nunciat̄: ideoqꝫ in hoc mēse nouēbris vsqꝫ ad aduēntū dñi cantat̄ historia de ꝓphetis. Uidi dñm. ⁊ legūtur libri Ezechiel̄: daniel̄. ⁊. xij. ꝓphaꝝ. Captiuitas illa corꝑalis: nostrā spūalez significat. A captiuitate reuersio est peccatoruz remissio. Rex itaqꝫ prophetarum volens supernam hierusalem restaurare: filio nuptias celebrauit: et sicut legitur in euangelio: multos ad celeste prandiū inuitauit. hi qui intrauerunt sunt lapides viui de quibus premissuz ē. Ne igitur ad captiuitatez sil̄em reuertamur: et a nuptijs excludamur monet nos paulus in epistola p̄cedēti. Uidete quomō caute ambuletis: nō quasi insipientes sed vt sapientes. Introitus. Oīa que fecisti. vox est danielis captiuitatem p̄teritam recolētis et eā suis meritis dei iudicio ascribentis. Sil̄r in offer. Super flumīa babylonis captiuitatem illaz ploramus: sed in graduali. Oculi omniū. gratias agimus. In postcōione. Memento verbi. postulamus vt nuptias ꝓmissas ī spe: percipiamus in re.

¶ De dñica. xxi. post penthe. Rubrica.

est in ꝓbemio hui⁹ partis: sic et anniuersariuz defunctoꝝ ad ipsoꝝ vtilitatem et nostram deuotionem. Tertio dies anniuersarij ꝓ defunctis ideo repetitur: quoniã ꝑm Aug. qualit̃ fit eis in alia vita nescimus: et melius est vt eis supersit beneficiũ nostrũ q̃ desit. xiij. q. ij. nõ estimamus. Anniuersariũ aũt si ꝓtigerit ī die dñica vel in aliqua celebrari solẽnitate nõ dz mutari ad sequentẽ diem ꝓut fit in festis sanctorũ sed fiat in die p̃cedenti vt ciꝰ occurrat penis defunctoꝝ quas in purgatorio sustinent. defuncti eñi nostro indigẽt auxilio et bñficio: sed nõ sancti. Die quidez festiuo anniuersariũ celebrari non debz: nec missa ꝓ defuncto dici: nisi corpus p̃sens fuerit: tũc sic: qz omni tẽpore potest missa pro defũctis celebrari cadauere p̃sente nisi in parasceue: tunc eñi nõ debz corpꝰ ītumulari: nec missa ꝓ eo cãtari: qz tunc corpus xp̃i īmolari non debet: sed vsq; in crastinum reseruetur. et tunc. s. in sabbato potest missa ꝓ illo cantari et corpus sepeliri. Similiter si quis ī die pasche moriatur corpus eius vsq; in crastinũ reseruetur super terrã. z tũc cũ celebratõne misse sepeliatur. Non eñi dz corpus sepeliri absq; missa q̃uis ꝯrarium fiat ī pleriscq; locis. ¶ Licet autẽ ꝑm Babiloñ. ꝯcilium de ꝯse. di. i. visum. quottidie sit ꝓ defunctis orandũ et sacrificandum: in ꝓmissis tamẽ diebus boc spãliter agitur ab amicis. Siquidem aliqui omni tpe festiuus dieꝰ dũtaxat exceptis generaliter orãt ꝓ defunctis in officio vesptinali et matutinali. alij missam ꝓ eis q̃tidie celebrãt. alij in mensis initio nouem psalmos: et nouẽ lectões: et nouem respõsoria cãtãt. et quidem sancta et salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare vt a peccatis soluantur. ¶ In quibusdam locis nõ dz in ecclesia officium mortuoꝝ a q̃nta feria cene dñi vsq; ad octauas pentbe. dicẽtes: q̃ oia officia illiꝰ tẽporis debent esse breuia: nec in dñicis diebus. ¶ Legitur autez q̃ quidam abbas ꝓbibuit monachos suos celebrare dñicis diebus pro defunctis: qz mortui ꝓpter boc durissimus ꝝberibus eũ afflixerũt: et nõ ꝓbibitiõez bmõi revocauit. ¶ Et nota q̃ suffragia que fiũt in ecclesijs ꝓ defunctis valde bonis: actiões sunt gratiaꝝ. Ille eñi aie que sunt ꝑfecte bone: statiz cum egrediunt a corpꝰ euolãt ad celos: nec subsidijs nostris egent. extra de cele. miss. cuz marthe. ad fi. xiij. q. ij. temp⁹. Pro valde malꝫ fiũt qualescũq; ꝙsolatões viuoꝝ. Eis eñi subsidia nostra non ꝓsunt: qñi aie illoꝝ statiz descendũt ad infernũ. Pro mediocriter bonis q̃ scz sunt in purgatorio sunt expiatões. ꝓ mediocriter malis qui. s. sunt in iferno sunt ꝓpitiatões siue penaꝝ mitigatiões. Nã ꝑm Aug. q̃b⁹ ꝓsunt: aut ꝓsunt vt sit plena remissio: aut certe vt tollerabilioꝝ sit damnatio. xiij. q. ij. tẽpus. in fi. quidã tamẽ ꝓ eodẽ sumũt mediocriter bonos et mediocriter malos quos vocãt nõ valde bonos q̃ vz ītrãt purgatoriũ: q̃ viuẽtes iunctã pniaz non ꝑfecerũt quibus ꝓsunt elemosyne: orãtões: ieiunia: et sacrificia que ꝓ eis fiunt. nã vt dicũt eis qui sunt ī in iferno nibil ꝓsunt. ¶ Illud etiã nota q̃ ꝑm Hiero. de ꝯse. di. v. mediocriter. cum ꝓ cunctis aialibus psalm⁹ vl missa dicet: nõ min⁹ q̃ si ꝓ quolibz diceret accipit. Circa boc tamẽ dici põt q̃ si suffragia fiunt in spãli magis ꝓsunt illis ꝓ quibus spãliter fiũt q̃ alijs. Si fiunt in genere seu in cõi magis ꝓsunt illis qui plus meruerũt in bac vita vt sibi ꝓdessent: vt in. d. ca. non estimem⁹. z. c. tps si in eq̃li vel maiori necessitate existũt. Licz eñi ꝑm Aug. xiij. q. ij. nõ estimem⁹. nõ ꝓsint oibus ꝓ quib⁹ fiunt: qz tñ nescim⁹ quib⁹ ꝓsint vel non: ꝓ oib⁹ facienda sunt: ne aliq̃s ptermittat. melius nãq; superũt eis quib⁹ nec obsunt nec ꝓsunt q̃ desint eis q̃ bus ꝓsunt: et ideo dies anniuersarij fit vt premissum est. ¶ Sed nũquid suffragia ei⁹ q̃ ꝓpter mortale peccatũ ī charitate nõ est ꝓsint ei qui in charitate decessit? Respõdeo opa sacramẽtalia vt missa officiũ mortuoꝝ collecte et silia per talẽ facta bene valent sed et defuncto ꝓsunt: extra de cle. ex. mi. c. fi. tũ qz illa deo non ab opante efficatiã babent. tum quia ille non ꝓpio nomie: sed quasi sindic⁹ oĩm: vz totius ecclesie noie boc agit ꝑm eaq; dicta fũt in ꝓbemio quarte ptis. Sivero tanq̃ ꝑuata ꝑsona alia suffragia facit: aut b̃ agit alio noie aut suo. ꝓpio. si alieno vt quia defuncti seu alterius in charitate existẽtis iussu: de illiꝰ bonis elemosynã tanq̃ minister ꝓ eo facit: tunc q̃dem illi ꝓdest: qñi is intelligitur facere cui⁹ mãda-

to facit. extra de sen. ex. mulieres. ⁊ qui mādat solui ipse soluere videt̄. ff. de so. qui mandato. hinc est ꝙ pegrinatōis votū ab vno emissuz: alter eius iussu exequi pōt: extra de voto: licz. Idem quoqz est si duo quoꝝ alter in charitate est alter nō ꝓ defuncto psalteriū legunt. Et si elemosyna datur iusto vt oret pro defuncto His etem̄ casib⁹ ꝓdest defūcto rōe charitatꝫ homīs iusti adiūcti. ff. qđ cuz fal. tu. vel act. §. extra de elec. illa ꝯtra. extra de of. dele. cuz nuper. Si autē suo p̄uato nomīe ⁊ de ꝓprio q̄s ꝓ illo elemosynam dat vel orat vel ieiunat vl̄ aliter se affligit: quasi cōiter dicunt theologi ꝙ talia in nullo ꝓsunt ei. Nam legitur Jo. ix. Scimus quia peccatores de⁹ nō exaudit: sed illud ceci et nō euāgeliste fuit verbum. et Isa. i. Cuz multiplicaueritis oratōes nō exaudiā. manus eniz vestre sanguine. i. peccatis plene sunt. īmo ꝟm Aug. iij. q. vij. in grauib⁹. Duz is qui displicet ad intercedēduz mittitur: irati iudicis anim⁹ ad deteriora ꝓuocatur. Deus em̄ iniquoꝝ dona nō respicit: et iustoꝝ solum oratōes exaudit. Itez dn̄s per amos prophetā. Vota pinguiū terre. i. peccatoꝝ non recipiaz xxiiij. q. i. odi. Verum cuz pauci sine crimīe viuant: de pe. di. ij. si em̄. ī p̄n. l. di. quia tua. talis sententia que misericordiā et tot suffragia defunctis adimit. et viuoꝝ charitatez ad illos refrigescere facit nimis dura: et ideo non sequēda videt̄. l. di. ponderet. extra de renū. nisi. §. i. Si em̄ oīz quos ꝯscīa culpe arguit suffragia ꝯdēnamus illi paucoꝝ suffragijs iuuabūtur. Dicendū ergo videtur ꝙ q̄q̄ suffragia ei⁹ q̄ et si non in charitate: in fide tamē est: illi qui in charitate decessit: non ꝓsunt ex merito vite agentis: quia tamē illa fiunt scđz doctrinaz ecclesie: et per euz qui in fide est: et pro eo qui talia recipere meruit beneficia: vbi deficit charitas agentis: supplet merituz fidei ⁊ charitas ecclesie talia dictantis ac defuncti capacis suscipiētis: nec non et liberalitas dei miserētis: qui ꝟm Ambr. de pe. di. i. quātūlibz. beneficia non reuocat: īmo cumulos liberalitatꝫ amplificat: et sua liberalitate opus ab alio factuz ꝓ inde reputat ac si per illum pro quo fit factuz esset Nam ꝟm iura aliquo alienum debitū exoluente ipse debitoꝝ liberatur. ff. de pig. ac. solutum. §. solutā. et si seruo legata sit libertas: si titio decem prestiterit: quōcunqz illa decem p̄stantur liber est. ff. de sta. et bo. aretusa. Sz et per eum qui capax non est: alteri legatuz et hereditas acquiri potest. §. ad trebel. l. cogi. §. hi qui. ff. si quis aliquem testari ꝓhi. l. i. §. sz si legatum. Et is qui ob crimen ꝓ alijs postulare prohibet̄ pro se ⁊ pro his quoꝝ curaz gerit admittitur. iij. q. vij. §. tria. Et ꝟz Aug. i. q. i. si fuerit. q̄q̄ in lapideo canali nil generetur. tamen aqua inde transiēs terram fecundat. Et Hierony. de pe. di. i. potest fieri. ⁊ di. iij. piuz. Si quando videritis inter multa opa peccatoꝝ quēq̄ aliqua facere que iusta sunt. nō ē tamen īiustus deus vt propter multa mala paucoꝝ bonoꝝ obliuiscatur. ¶ Sane defūcti sciunt suffragia que pro eis fiunt tribus modis ꝟm Augu. xiij. q. ij. fatenduz. Primo per diuinam reuelatōez: qn̄. s. deus eis reuelat. Scđo per bonoꝝ angeloꝝ manifestationem. angeli em̄ qui hic sempet nobiscum sunt et omnes actus nostros ꝯsiderant quasi in instāti possunt ad eos descendere et eis ꝓtin⁹ nunciare. Tertio per animarū hinc exeuntiū intimationem. Quarto per experientiam: cum vz se a penis sentiunt reuelari. ¶ Sciendum autē ꝙ defuncti valde mali nesciunt quid a viuis agitur nisi quatenus eis scire ꝑmittitur. Similiter nec mediocriter boni adhuc ī igne purgatorij cōstituti qui nondum dei visione fruūtr. nisi quatenus per aliquem de p̄missis modis ꝑmittit̄ eis scire. Sed valde boni qui iam ea fruuntur bene sciunt quid hic agitur. Iuxta illud Gre. Quid est quod nesciunt qui videntem oīa vident? Alij tamē dicunt eos scire omnia q̄ eis necessaria sunt et non alia. Unde Isa. ex ꝑsona populi afflicti ait. Abraham pater noster nesciuit de hoc. xiij. q. ij. de mortuis. Et vtrum mortuis cura sit de viuis. Augu. late ꝓsequitur libro de cura pro mortuis habēda. ¶ Adhuc sicut Aug. ait. xiij. q. ij. fatendum. Multi aliquos ex mortuis vel in somnis vel alio quocūqz modo viuis apparere credūt. Et vbi eorum inhumata iacerent corpora atqz vt eis sepulchra fierent et alia hmōi īnumera sepe admonuisse: ⁊ illa vera repertuz esse in dyalogo Greg. et in alijs ꝓlerisqz scriptis autēticis re

peritur. Verumtamen vt idez Aug. in p̄misso libro ait: quāuis mortui talia ī somnis indicare vel petere videātur: non ideo putanduz est eos ista sentire. naz et viuentes plerūqz apparent in somnis dormiētibus dum ipsi se nesciunt apparere: et ab eis qui hoc somniauerunt audisse dicentib⁹ q̄ eos in somnis agētes aliquid vel loquentes viderūt. vnde vt dicit credendum est q̄ he sunt āgelice opatōes ꝓpter dispensatōez prouidentie dei ad qualecūqz solacium viuoꝝ. Conciliū etiā anquiritañ. xxvi. q. v. ep̄i. in prin. ait q̄ pleriqz demonū illusionibus et fantasmatib⁹ sepe seducūtur. ¶ Officium mortuoꝝ imitatur oīno triduanaz xp̄i sepulturam: sicut em̄ in illo triduo: ita ⁊ in hoc officio oīa laudis cantica subticemus et solēnitates quaslibet subtrahim⁹. naz in missa benedictōes ab ep̄o non petim⁹: nec in agēda dicimus. Dñe labia mea. nec Deus in adiutoriū meum intende. nec Bñdicamus. nec īuitatorium nisi corp⁹ p̄sens sit: et etiā in vigiliis. nec Gloria patri ad respōsoria vel in fine psalmoruz: nec ad lectōes benedictōez petim⁹ vel damus. nec dicimus. Tu autē: vel Deo gratias: nec in missa alleluia. nec Gloria ī excelsis. nec Ite missa est. Naz in veteri lege ꝓhibitū fuit oleuz leticie et thus suauitatis ꝓ peccato offerri. mors etem̄ est vīdicta peccati. vnde vbi pctm̄ ibi tenebre: nec debet esse letitia nec cāticoꝝ leticie decantatio vbi est luctus et ꝯtristatio mētis. ac exequie pro mortuis celebrātur cuz luctu. ¶ Rursus laudes supprimim⁹: quia quo mortui transeūt ignorātes nescim⁹. vnde laudare dñm debemus de iusticia vl' misericordia. gaudiuz reprimim⁹: quia tristes in hunc munduz intramus et tristiores eximus: non ergo sequentia debet dici que est canticū exultatōis. ¶ Adhuc lz in missa pro viuis debeant omnes thurificari ad significandū q̄ illoꝝ oratōes ad celestia dirigūtur: in missa tamen pro defunctis non debz thus per chorū portari nec offerri. i. altare thurificari: sed circa corpus tantum: quia hoc in lege prohibitū fuit vt iam premissum est. Nullus ergo ī hoc officio thurificatur: ad notandū q̄ mortui nil ammodo valent orationib⁹ suis ꝓmereri. vnde psal. Non mortui laudabunt te dñe. Ipsa autē defunctoꝝ corpora thurificātur et aqua benedicta aspergūtur non vt eorum peccata tollantur: que tunc per talia tolli nequeūt: sed vt omnis īmūdoꝝ spūum presentia arceatur: Et fiunt etiam in signum societatis vt cōmunionis sacramentoꝝ quā nobiscum dum vixerunt habuerunt. vnde et Dionysius tradit q̄ antiquitus viui mortuos osculabātur ī signū vnitatis quam cum ipsis habuerunt. prosunt etiam hec et sil'ia inquantuz per talia ipsi deo reuerentia exhibetur. ¶ Quare autez duplex versus ponitur in ītroitu pro defunctis. s. Te decet. et Exaudi orationem meam ⁊c. dictuz est ī sexta parte sub sabbato tertie hebdomade quadragesime. Item in missa ꝓ defunctis non debet intermisceri oratio ꝓ viuis: ꝓut dictum est in q̄rta parte sub ti. de oratōne. Pax etiam triplici ratōe non datur. Primo qz hoc officium vt iam dictum est triduanam. Christi sepulturā vestigio sequitur vbi pax non datur ꝓpter iude osculum detestandum. Secūdo qz non ꝯmunicamus mortuis: quia nō nobis respōdet. nos em̄ sumus in sexta etate: illi in septima. Inde est q̄ corp⁹ nunq̄ debz esse in eccl'a q̄diu missa de die celebrat̄ imo p̄us si esset ibi debet asportari extra ecclesiā in vestibulo ecclesie quātacūqz auctoritate viuēs fulgeret: et postea ad missam de mortuis reportari. Tertio quoniā sicut ex mltis granis simul collectis vnus panis ꝯficitur: et ex multis racemis vinuz eliquatur: sic ex multis fidelibus: quoꝝ quidaz boni quidā mali sunt: vna ecclesia ꝯstruitur et coadunatur. Quia ergo de mortuo homīe nescimus adhuc vtrū sit ipse de cōformitate ecclesie et pacem habeat cū suo creatore et recōciliationē: ideo pacem ad missam non dam⁹: nec aliquas laudes ꝓ mortuis referimus: quia non est vnde agendū sit. non em̄ adhuc apparet eoruz requies. Quarta ratio posita est in quarta parte vbi agitur de osculo pacis. ¶ Illud quoqz notanduz est q̄ officium mortuoꝝ īcipit a vesperis. postea sequūtur vigilie quarum tria sunt genera. In quibusdam enim ecclesiis leguntur nouem lectiones de Job. et incipiunt. Parce mihi domine ⁊c. In aliis leguntur de libro sapientie: et incipiunt. Melius est ire ad ⁊c. In aliis ve

ro de quodam sermone aug. sed vndecūq; sumantur: absolute: sine Jube dōne benedicere. ⁊ sine Tu aūt dñe. vel alibi incipiūtur ⁊ finiuntur ꝓut in exequijs q̄s ī dicto triduo ꝓ xp̄o celebramus seruatur. Uerūtamē in q̄busdaz ecclesijs loco Tu aūt dñe: termīatur. Bti mortui q̄ in dño moriūtur: q̄ v̄ba sunt Apo. xiiij. c. ¶ Frequentat̄ aūt in hoc officio psalm⁹. Te decet de⁹: qm̄ ibi agit̄ de reditu filioꝝ israel a captiuitate in terrā ꝓmissionis. sic ⁊ defuncti de captiuitatis miseria ad vitā ꝓficiscunt̄ eternam. Dicit̄ etiā psal. Dñe ne in furore tuo arguas me. qui cū sit sextus ī ordine psalterij: tñ ꝓ octaua intitulat̄ q̄si in sex etatib⁹ ꝑ hūc psalmuz deū rogantes vt septime etatis possim⁹ ornamenta euadere ⁊ ad octauā gl̄ie ꝑuenire ¶ Officiū mortuoꝝ nō hz scd̄as vespas: vt dictum est in sexta ꝑte sub ti. de vespis. ¶ In cōcilio tolethañ. xxvi. q. v. quicūq; statutū ē ꝙ sacerdos missam defunctoꝝ celebrans vt ei⁹ inimicus mortē incurrat deponat̄ ⁊ tam ipse q̄ eum ad hoc incitans exilio perpetuo puniatur. ¶ Nunc videndū est qual'r corp⁹ sepeliendum sit: ⁊ quidē qñ homo videt̄ agere in extremis dz poni ad terrā sup cineres vel ad minus supra paleas: ꝑ qd̄ innuitur ꝙ cinis est ⁊ in cinerem reuertet̄. ⁊ fit hoc exemplo bti Martini q̄ vt in se alijs daret exeplū in cinere iacens vitā finiuit. Et si moriēs litterat⁹ sit legi debz passio dñi: vel saltē ꝑs illius ante eū: vt sic ad maiorē punctionē moueat̄. Et dz esse crux erecta ad pedes vt moriens eā cernens magis cōteratur ⁊ ꝯuertatur. Debet etiā supin⁹ iacere vt semꝑ erecta facie aspiciat celū exēplo bti Martini. ⁊ ꝑus q̄ expiret ei⁹ aīa dño cōmēdetur. Postq̄ vero expirauerit campane debēt pulsari: ꝓut dictū est in ꝑma parte vbi agitur de cāpanis. deinde corpus nisi viuēs nouiter inunct⁹ fuerit dz lauari: ad significandū ꝙ si anima ꝑ cōfessionem ⁊ contritionē a culpa mūdata sit: vtrūq; s. aīa ⁊ corpus eternā glorificationem ⁊ claritatē in die iudicij cōsequet̄. ꝙ q; illi ꝑm iob vere in dño moriūtur ⁊ beati sūt qui nullā secū portāt maculā: sed in hoc mūdo ꝑ pniam derelinquūt. Sz cū de hac lotōe neq; in vete. te. s. leuitici. x. c. neq; in nouo. s. Act. v. c. nil agat̄: si omitteret̄ nō multū vt aiūt quidam curanduz esset. Et augu. dicit in li. de cura ꝓ mortuis agenda. Corpori humano qd̄ post mortē impeditur nō est salutis ꝑsidiū sed humanitatis offm̄. Uerūtamē cū maria magdalena vnxerit dñm ante passionem. Math. xxvi. c. fecit eñ morituro qd̄ nō potuisset facere mortuo. Mar. xiij. ca. Preuenit inq̄t vngere corpus meū in sepulturā: ex hoc ꝓbari pōt corpora defunctoꝝ lauāda esse. Nā sicut hierony. ait in originali sup illud. Math. vi. ca. vnge caput tuū. in illis ꝑtibus vnguentis probalneis vtebant̄. Canō tolethanē. cōcilij. xiij. q. ij. q̄ diuina. statuit ꝙ qui diuina vocatōe ab hac vita recedūt cū psalmis tm̄modo ⁊ psallētibus vocibus ad sepulcrū deferant̄. debz autem defunctus portari a cōsimilibus sue professionis: vt si fuerit dyacon⁹ a dyaconib⁹: si sacerdos a sacerdotib⁹ si sint ibi: aliter nō est vis qz necessitas legi nō subiacet: de cō. di. i. sicut. extra de obser. ieiu. ca. ij. clericus a clericis. catholicus a catholicis. Si vero fuerit de aliq̄ fraternitate deportetur ab illis q̄ sunt eiusdez fraternitatis. mulieribus vero nō licet corpora ferre: ne cogant̄ corpora sua lasciuia incitātia denudare qd̄ facile cōtingere posset. Dum aūt de domo ad ecclesiā seu sepulturā portantur ꝑm quorūdam locorū morē ter in via pausatur. Primo ad significanduz ꝙ ipse in hac vita existens: vt posset digne dño presentari: ⁊ cū alijs sanctis ꝑpetua quiete perfrui: in tribus spāliter se ipm exercitauit: vz ī dei dilectōne: in charitate ꝓximi: ⁊ ī custodia sui: siue ꝙ ī fide scē trinitat̄ vixit atq; vitā finiuit. Scd̄o ad representandum ꝙ dñs triduo in vētre terre pausauit. Tertio tres pause fiūt in via: vt ꝑ tres dietas psalmodie que tunc dicit̄ trina fiat ei absolutio a delictis trib⁹ modis: scz cogitatione: verbo ⁊ opere cōmissis. Exo. iij. Uiā triū dieꝝ ibim⁹ in solitudine. Deinde ponitur ī spelūca: in qua in quibusdā locis ponit̄ aqua benedicta ⁊ prune cū thure. Aqua bñdicta ne demones q̄ multū eā timēt ad corp⁹ accedāt. Solēt nāq; deseuire si corpa mortuoꝝ: vt qd̄ nequerūt in via saltē post mortē agāt. Thus vero ibi ponitur ꝓpter fetorē corporis remouendū: seu vt defunct⁹ creatori suo acceptabilem bonoꝝ opeꝝ odorē intelligatur obtulisse

seu ad ostendendum ꝙ defunctis ꝓsit auxiliū
orōnis. carbōes in testimoniū ꝙ terra illa ad
cōes vsus amplius redigi nō potest. plus eñ
durat carbo sub terra ꝙ̄ aliud. Hedera quo-
q̄ vel laurus ⁊ hmōi q̄ semper seruāt virorem
in sarcophago corpori substernūtur: ad signi-
ficandum ꝙ qui moriūtur in xp̄o viuere nō de
sinent. Nam licet mūdo moriant̄ ꝑm corpus:
tamē ꝑm aīam viuūt ⁊ reuiuiscūt deo. Alia ta
men cōsideratione habebāt in funerib⁹ antiq̄
cypressos: q̄ vz sicut cypressus cesa nō iteruz
surculescit: sed tota morit̄: ita homo mortu⁹ ñ
reuiuiscit. Fiunt etiā hec nō q̄ cadauerib⁹ in-
sit sensus: sed in figurā: vz vel ad resurrectiōez
sperandam: vel ad dei mīam seu beniuolentiā
ꝓuocandam: cui talia pietatis officia placēt.
Debet aūt quis sic sepeliri vt capite ad occidē
tem posito pedes dirigat ad orientē. in quo q̄
si ipsa positione orat: ⁊ innuit ꝙ ꝓmptus est:
vt de occasu festinet ad ortum: de mūdo ad se
culuz. Et in quocūq̄ loco extra cimiterū xp̄ia
nus sepeliatur semp̄ crux capiti illius apponi
debet: ad notandum illū xp̄ianuz fuisse: q̄ hoc
signū dyabolus valdeveretur: ⁊ timet accede
re ad locū crucis signaculo insignitū. Debent
q̄ fideles xp̄iani sepeliri induti sudarijs: ꝓut
ꝓuinciales obseruant: quod sumūt ex euāge-
lio in quo legit̄ de sudario ⁊ syndone xp̄i. Qui
daz vero cilicio insuunt̄: vt hac veste insignia
pnīe rep̄sentent. nam cinis ⁊ ciliciū arma sunt
penitentiū. Nec debent indui vestib⁹ cōibus:
ꝓut in italia fit. Et vt quidā dicunt debēt ha
bere caligas circa tybias: ⁊ subtulares ī pedi-
bus vt ꝑ hoc ipsos esse paratos ad iudiciū re-
presentetur. Clerici vero si sunt ordinati illis ī
dumētis induti sint q̄ requirūt ordines quos
hñt. Si vero nō habēt ordines sacros more
laicoꝝ sepeliant̄. Uerūtamē licet in alijs ordi
nibus ꝓpter pauꝑtatem hoc sepius omittat̄:
in sacerdote tamē ⁊ ep̄o nullo mō p̄termitten
dum est. vestes eniz sacerdotales virtutes si-
gnificant cū quibus p̄ ceteris sunt dño presen
tandi. Eutician⁹ papa statuit vt null⁹ martyr-
res sepeliat sine dalmatica aut collobio pur-
purato. ¶ Circa hoc aūt cōsiderandū est vtrū
xp̄s vestitus fuerit post resurrectionē. ⁊ vtruz
celū vestitus ascenderit. ⁊ vtrū duob⁹ discipl̄is
euntibus in emaus: ⁊ ceteris mulierib⁹ ⁊ disci
pulis vestitus apparuit. Siquidē āgeli legū
tur vestiti apparuisse. Iuxta illud Job. Uidit
angelos sedentes in albis. et alibi. Ecce duo
viri astiterunt iuxta illos in vestib⁹ albis: qui ⁊
dixerūt. Hic iesus qui assumptus est a vobis
in celum: sic veniet quēadmodum vidistis eū
euntem in celum. Nempe xp̄us vestitus ascē-
dit in celum. Iuxta illud. Quis est iste qui ve
nit de edom tinctis vestibus de bosra. Itē an
geli dixerunt. Quare rubrum est indumentū
tuū. ¶ Queritur etiam vtrū homines erūt nu
di post diem iudicij: an vestiti. ⁊ videt̄ ꝙ vesti-
ti. Nam semp̄ angeli apparere solent vestiti:
⁊ xp̄us etiam post resurrectionem cū veste ap-
paruit: ⁊ in transfiguratione vestitus fuit. vn-
de. Et apparebant vestimēta eius alba sicut
nix. Econtra videtur ꝙ nudi erunt: quia habz
auctoritas ꝙ in eadem forma erimus in qua
fuit adam priusq̄ peccaret: ⁊ etiaz in meliori:
sed tunc fuit nudus: ergo similiter nudi erim⁹.
Solutio nil diffinimus de veste: sed hoc solū
dicimus ꝙ ibi nō erit difformitas nec vlla ad-
uersitas vel infirmitas ⁊ erim⁹ vestiti ⁊ orna-
ti vestimentis virtutum. ¶ Quis autē ⁊ ī quo
loco sepeliri debet: ⁊ vtrum locus sepulture a
liquid cōferat dictum est in p̄ma parte vbi de
cimiterio agitur. ¶ Illud autez nota ꝙ quia
scriptū est Leui. xxi. c. Pontifex ad oēm mor-
tuum etiam patrem vel matrē nō ingredietur
neq̄ egredietur de sanctis. hinc est ꝙ roman⁹
pontifex ad nullius defuncti domum accedit.
Item quia ibidem dicitur. Sacerdotes non
radent caput nō barbam nec in crinibus suis
facient inscissuram: ideo q̄ caroꝝ morte tristā-
tur barbam nutriunt: nec crines prescindūt: et
etiam nigris vestibus ornantur: vt ꝑ nigredi-
nem ⁊ dolorem consepulti mortuo videātur.
¶ Hic etiaz queri potest vtrū voces mortuo
rum loquant̄: ⁊ videt̄ ꝙ sic. Iuxta illud ꝓphe
Exultationes dei in gutture eorum. Hormis
da papa. l. dist. siquis dyaconus. dicit ꝙ illi q̄-
bus cum falsa misericordia indulserimus an-
te tribunal xp̄i contra nos facient questionez.
⁊ Augustinus. xiij. q. ij. fatendum. dicit ꝙ de-
functi qui nesciunt que hic fiunt dum hic agun
tur postea audiunt ab his qui moriendo hinc

recedunt. Sed apostol⁹ ꝓtradicere videt dicens ꝙ tūc lingue cessabūt. ⁊ psalmista. Non mortui laudabunt te. Et nota fm Aug. ꝙ tēpus qō inter hois mortē ⁊ vltimā resurrectionem iterpositū est aīas abditis. i. nobis occultis receptaculis ꝓtinz. ¶ Postremo nota fz magfz Jo. beleth ꝙ antiq solebant dicere ꝙ qñ aīe in humanis sunt corporib⁹: vocant aīe in infernis manes: quando vero celos ascēdūt spūs. quādo aūt recēs erat sepultura siue quādo spūs circa sepulturas errabat vmbrā vocabant. vnde psalmista. Nam si ambulauero in medio vmbre mortis nō timebo mala; qm tu mecum es. et ideo tunc panē et vinū ponebāt supra sepulchra mortuoꝝ: vt dictū ē sub ti. de cbat bedra petri. ¶ In missa ꝑ mortuis dicit quādoqz epla. Vir fortissim⁹ iudas. ij. Machabeoꝝ. xij. c. qñqz. Nolumus vos ignorare de dormētibus sicut et ceteri q̄ spem non habent. ⁊ bessaloceñ. iiij. c. quādoqz. Audiui vocem. Apo. xiiij. c. quādoqz. Ecce mysteriū vobis dico. ꝑme Eozīth. xvi. c. Dicitur etiā quādoqz euangelium. Amen dico vobis quia venit. Jobā. v. c. quādoqz. Dixit martha ad Jesum. Job. xi. c. quandoqz. Sicut enī pater suscitat mortuos et viuificat ⁊c. Jobānis. v. ca. quandoqz. Oē quod dat mihi pater. Joban. vi. ca. quādoqz. Ego sum panis viu⁹ qui de celo descendi. quod est ibidem.

¶ De q̄ttuoꝝ coronatis martyrib⁹. Rubrica.

DE quattuoꝝ coronatis hoc notabile repitur: ꝙ quinqz fuerūt qui venerāt ad ꝓstruendum templū. et diocletiano cognito ꝙ essent xp̄iani martyrio sunt coronati: quoꝝ nomia qz nota fuerūt: ideirco i collecta ponūtur. Post duos vero āos alij quattuoꝝ martyriū susceperūt: quoꝝ corpa sepulta sunt iuxta corpa p̄dictoꝝ quinqz. quoꝝ noia quia fuerunt ignota: nō statuit melchiades papa vt dies eoꝝ sub noib⁹ p̄dictoꝝ q̄nqz celebris haberet: et sic vocatus est festū quattuoꝝ coronatoꝝ. postea vo fuerunt cuidam religioso eoꝝ noia reuelata. s. fuerint: seuerint: carpophori: et victorini: nomē tñ festi ꝓpterea mutatū non est: nec etiaz dies in Kalendario.

¶ De btō Martio epō ⁊ pfessore. Rubrica.

DE beato martino sciēdū ꝙ dicit par aplis nō ꝑpter suscitationē mortuorum quoꝝūda vt quidā putāt: cum idem multi alij fecerūt martyres ⁊ pfessores vel ꝓpter multitudinē miraculoꝝ: sed spāliter ꝓpter vnū miraculū. Cū esī esset turoneñ. archiepūs venit ad euz quidaz pauper et inops tunicā ab eo petēs: et ipe cō cessit. Jussit ergo ꝓcuratori suo vt emeret. Ille vero iuit ad forum et tardus rediit: tunicaz vilē portans: quo fere penula quasi pene nulla poterat dici: quā vir sanct⁹ sibi mōstrare fecit. Erat aūt breuis forte vsqz ad genua: manice vsqz ad cubitū. extrabēs ergo suā paupe ri dedit: ⁊ ipse paupis tunicā indut. Nec multo post p̄parauit se ad celebrādū missaz ⁊ stās ante altare: sicut mos est in prefatōne leuauit manus ad dñz manicis latis retro labentib⁹: lz nec grossa eius brachia nec multum carnosa essent: et cum prefata penula non nisi vsqz ad cubitum ꝓtenderetur remāserunt eadem brachia nuda. Tunc venerunt miraculose aurei torques ipsaqz decenter operuerūt. ⁊ globus igneus apparuit super caput ei⁹: per qō demonstratum est spūm sanctum sup eū descēdisse ad robur: sicut sup aplos i pentb. Unde ꝓpter hoc nō imerito dict⁹ ē par aplis. ē etiā eis par i officio. ¶ Cōsiderandū aūt est ꝙ ipse solus inter ꝓfessores istitutōis bz octauas sicut beat⁹ Laurēti⁹ inter martyres. Ille enī dixit. Igne me examinasti: et nō est inuenta in me iniquitas. ⁊ Martinus in agone mortis dixit demoni astanti. Mil iuenies in me cruenta bestia. ecce quō ꝓcordāt: ille p̄pollens martyr: quare pre omnib⁹ aliis octauas et vigiliā bz. iste ꝓfessor excellēs: quare p̄ oībus aliis octauam bz. Cappā ei⁹ reges frācoꝝ ꝓsueuerūt portare in plīs: vt dictū est i. ij. pre vbi agitur de sacerdote. ¶ Fortūat⁹ poeta vir vita egregius: et i gemo pclar⁹ de italia turonis venit eius: gesta beati Martini cōscripsit tempore Jobannis pape tertij.

¶ De beato Andrea aplo. Rubrica.

Sanctus Andreas niger fuit colore: barba prolixa: stature mediocris. h̄ iō dicitur vt sciat̄ q̄lis in ecclesia debet depigi: qd̄ de vno q̄z apostolorꝫ ⁊ aliorꝫ multorꝫ scōꝝ sciendū essꝫ. Predicauit aūt in achaia et athenis: et circa ꝑtes illas. Excellētis fuit valde meriti. nec sine causa beat⁹ Greg. fuit sibi adeo deuot⁹ ꝙ sibi fecit ꝓprium officiū: et monasteriū ꝯdidit: ⁊ ibi monach⁹ extitit. Uigiliaꝫ ex institutōe nō habet: quia est in tempore ieiuniorꝫ q̄re non fuit necesse institui ei vigiliam. et idem est de beato Thoma apl̄o. ¶ Sane ossa ei⁹ ac bti Luce euāgeliste tpe ꝯstātini scd̄i imp̄atoris trāslata sunt apud ꝯstantinopolim. Hac die dicitur epl̄a. Corde creditur ad iusticiā. Ro. x. c. ⁊ euangeliū. Ambulās ih̄s iuxta mare. Mat. iiij. ¶ Postcōio. Uenite ad me: que est ibidē. ¶ In vigilia v̄o est introit⁹. Dn̄s sec⁹ mare. Mat. iiij. Et euāgeliuꝫ. Stabat Jo. ⁊ ex discipul̄. Jo. i. c. Postcōio. Dicit Andreas. Johannis p̄mo capitulo.

¶ De beato Nicolao. Rubrica.

Legitur ꝙ cū ī quadā ecclesia que dicit̄ Crux subiecta monasterio beate Marie de charitate nonduꝫ historia beati Nicholai cātaretur: fratres eiusdem loci p̄orem suū vt eam sibi cātare liceret instāter rogauerūt. Ille v̄o hoc p̄cise negauit dicēs incōgruū fore p̄stinū morē nouitatibus īmutare. Illis vero instantib⁹ indignatus respōdit. Recedite a me qꝛ noua cātica īmo ioculatoria quedā ī mea ecclesia nō cantabūtur. Adueniēte autē eiusdeꝫ scti festiuitate fratres cū quadā animi tristicia matutinales vigilias pegerūt. Cūq̄ oēs se in lectis recepissent: ecce beat⁹ Nicolaus p̄ori visibiliter terribilis appuit: quem a lecto extrahēs ꝑ capillos: dormitorij pauimēto allisit et incipiens anthiphonā. O pastor eterne. ꝑ singl̄as vocum dn̄as virgis q̄s in manu tenebat grauissimos ictus super dorsuꝫ illi⁹ ingeminans: per ordinem morose cantādo antiphonaꝫ ipsam ad finē vsq̄ ꝑduxit: oīb⁹ ergo illis clamorib⁹ excitatis semiuiu⁹ ad lectū deportat̄ qui tandē ad se rediens dixit. Ite ⁊ historiā nouā sancti Nicolai decantate. Tēpore hērici q̄rti imp̄atoris ossa scti Nicolai apud vrbē bn̄uētum trāslata sunt.

¶ De venerabili Beda p̄sbytero. Rubrica.

Beda venerabilis p̄sbyter et monach⁹ egregi⁹ expositor claruit in anglia circa annū dn̄i. vi. c. lxxxvi. qui licet ī sctōꝝ cathalogo ꝯputetur: nō tamen ab eccl̄ia sanct⁹ sed venerabilis appellatur duplici rōe. Prīo qꝛ cū p̄ nimia senectute ei⁹ oculi caligarēt faciebat se duci ꝑ villas ⁊ castra vbiq̄ v̄bū dn̄i p̄dicādo. cūq̄ quadaꝫ vice per quandā vallē magnis lapidib⁹ plenā trāsirꝫ: quidā ex ductorib⁹ derisorie dixit ei ꝙ ibi erat magn⁹ popul⁹ ꝯgregat⁹ expectas ei⁹ p̄dicatōeꝫ auide et silenter: et tūc incepit ille p̄dicare feruēter: et cū in fine ꝯclusisset: ꝑ oīa secula seculoruꝫ: mox oēs lapides alta voce clamasse dicunt̄. Amē venerabilis pater. ⁊ iō venerabilis pater appellat̄. Alij v̄o asserunt ꝙ angeli respōderūt: bn̄ dixisti venerabil̄ pater. Scd̄a causa est: quia post ei⁹ mortē cleric⁹ q̄dam sibi deuotus quendā versuꝫ edere cupiebat: quem in illius tumulo sculpi facere intendebat incipiēs sic. Hac sunt in fossa volēs v̄sum termīare. Bede sancti ossa: sed qꝛ talē finez v̄sus ꝯgruitas nō patiebat̄. et sedula mēte reuolueret: nec ꝯgruū finez videret: dū quadam nocte multū sup hoc cogitasset: mane ad tumulū ꝓperans manib⁹ angelicis: talit̄ versum scriptum reperit finitū. Hac sunt in fossa bede venerabilis ossa. Eius autē corp⁹ apud apud ianuā deuotiōe ꝯgrua dicit̄ coli.

¶ De sctō Thoma apl̄o. Rubrica.

Historia seu legenda de sancto Thoma apl̄o: ⁊ si quid ex ea in respōsorijs vel antiphonis sumptum reperitur: inter apocripha deputat̄ in ipso autem festo legitur ad missam euangelium. Thomas vn⁹ ex. xij. Jo. xx. cap̄.

¶ De sanctis Stephano. Jo. euāge. et innocentibus. Rubrica.

POst dominī natiuitatē sequēti die fit festū de obitu bti Stephani ꝓthomartyris: ⁊ tñ ipe fuit passus ī augusto. Quare autē hoc festū fiat sub festo inuentionis ei⁹ dictū est. Queritꝝ quare b tria festa: vz sanctoꝝ Stephani: Johānis: et innocentū īmediate post festū natiuitatis dñi ordinantꝝ. Rñdeo ꝑmo vt xp̃o capiti ⁊ sponso oēs sui comites adiungantꝝ. Natus essī xp̃us sponsus ecclesie in hunc mundū tres sibi comites adiuntit: de quib⁹ dicitꝝ in canticis. Dilect⁹ meus candidus ⁊ rubicūdus elect⁹ ex milib⁹. candidus q̃tum ad Johānem euangelistā p̃ciosum virginē ⁊ cōfessoꝝ. rubicūdus q̃tuz ad Stephanū ꝓthomartyrē. elect⁹ ex milib⁹ q̃tum ad magnaz turbā innocentū. Scōo vt sic ecclesia oīm martyrū genera: quoꝝ quidez martyriꝝ xp̃i natiuitas causa fuit insimul ꝑdunaret. Triplex est essī martyriū. Primū voluntate ⁊ opere. tale fuit martyriū bti Stephani ⁊ hoc est dignissimū in genere. hoc aūt dicim⁹ q⁹ aliqua circūstantia facere ꝓsset q̃ aliquis cōfessoꝝ aliquo martyre dignioꝝ essz: ⁊ ideo festum ei⁹ p̃cedit alia ⁊ ꝓtinuatur festo dñice natiuitatis. vñ in ipso festo legitꝝ. Oꝛtē quam saluatoꝝ dignatus est ꝓ oībus patī: hanc ille p̃mus pꝛe oībus reddidit saluatoꝛi. Et iterū. Christus beri⁹ nat⁹ est in terris vt hodie nasceretur Stephan⁹ in celis. ¶ In festo beati stephani introitus est. Eteīm sederūt p̃ncipes et aduersum me loquebantꝝ. in quo ostenduntꝝ insidie p̃ncipum iudeoꝝ btō stephano insidiantiuz. Epla est. Act. vi. ca. Stephan⁹ plen⁹ gra ⁊ fortitudine. que sicut dicit augu. in sermone hui⁹ diei cū plurimū habeat admiratiōis in ipsa spē nō min⁹ ꝓtinet in mysterio dignitatis: ī qua narrat tam passio ipsius q̃ passionis cā: ⁊ meritū seu remuneratio. ⁊ hec etiā insinuantur ⁊ repsentāt in rñsoꝛio: qō est. Sederūt p̃ncipes aduersum me loquebantꝝ. ⁊ in alla: qō ē Videō celos apertos ⁊ iesum stantem a dextris. Act. vij. ca. ⁊ in offertoꝛio ⁊ in postcōione. Videō celos aptos. Act. vij. c. ⁊ in nocturnali etiā officio idem repetitꝝ: vt ostendaꝝ q̃ sepe ⁊ sepius psiliati sunt p̃ncipes sacerdotū in mortem eius. Euangelium est. Ecce ego mitto ad vos. Matb. xxiij. ca. ⁊ sequitꝝ. Hierusalem hierusalem q̃ occidis ꝓphetas ⁊ lapidas eos ⁊c. Stephan⁹ enim fuit lapidatus. dicitꝝ etiam ibi. A sanguine Abel iusti: sicut essī ille fuit ꝓthomartyr in veteri testamēto: sic iste ī nouo. ¶ Hystoriam sancti stephani cōposuit alcuin⁹ Karoli magist⁹ ⁊ capellan⁹. nocturnales antipbonas de psalmis q̃bus attitulāt̃, accepit. cetera de actib⁹ apostoloꝝ: antipbonis etiam laudum quidā ꝝsus ꝑmittunt̃: put dictum est in serta parte sub dñica de trinitate. Frequentatur aūt in versiculis alla: vel ꝓpt solemnitatem dñice natiuitatis. vel ꝓpter gaudium de consoꝛtio stephani angelice ꝓtionis Dicitur essī illud capitulū. Stephan⁹ plenus gra ⁊ fortitudine. ⁊ illud. Surrexerūt quidā: que sunt. Act. vi. ca. ⁊ illud. Cum esset stephanus plenus. Act. vij. ca. Secūdum martyriū est voluntate ⁊ nō opere q̃le fuit martyriū Johānis euāgeliste q̃ martyr fuit: sicut pz in illa antipbona. In feruētis olei dolū missus Johānes apl's diuina se ꝓtegente gra illesus exiuit: vt sicut nō senserat carnis estum: quia virgo fuit mēte ⁊ coꝛpoꝛe: sic nec estum feruētis olei sensit. In natali aūt ei⁹ cant̃ in quibusdaz ecclesijs vna missa in exoꝛdio lucis: ad notandum q̃ ipse accepto lumine, hui⁹ nūdi sacrificium virginitatis semp obtulit deoꝝ: q̃ essī nō poterat habere vigiliā ꝓpt festū bti stephani statutū fuit vt duas missas haberet. In missa de beato iobāne epla. Qui timet deuz faciet bona. Eccle. xv. ca. Euangeliū est. Dixit iesus petro. Jo. vlt. c. ⁊ cantat̃ alla. Valde bonoꝛādus est ⁊c. ⁊ qō ibi dicitꝝ. Qui supꝛa pect⁹ dñi ī cena recubuit sumitur Jo. vlti. ca. Introit⁹ est. In medio ecclesie aperit. Eccl. xv. c. ⁊ rñsoꝛiū. Exijt sermo inter frēs ⁊c. Jo. vlti. ca. Jtē alla Hic est discipulus. Jo. vlti. c. Cōio. Exijt sermo. que est ibidē. Dicitur etiā ad hoꝛas capl's Cibauit. Eccle. xv. ca. ⁊ illud. Benedict⁹ de⁹ ⁊ pf. Epbe. i. c. ⁊ illud. Qui timet dñm. Eccl. xv. c. ¶ Et nota q̃ btūs Jo. euāgelista ī festo bti iobāis baptiste obijt: tñ qz nō poterat tūc eius festū fieri translatū est ad tertiū diē nata liꝛ dñi: vt oēs comites suos haberet sponsus: p̃missum ē. Et festū bti isbānis baptiste i suo

die remansit. nec mirũ: quia dies illa ab angelo gaudio natiuitatis precursoris autenticata fuit. Nec est dogmatizandum ꝙ euangelista baptiste tanq̃ maior cesserit: ꝓ eo ꝙ legit̃ Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Johãne baptista. nam ꝙ nõ debet esse de ipsoꝝ maioritate disputandũ diuinit⁹ est ostensum. Cũ em̃ duo magistri quoꝝ vnus baptistã: alter p̃ferebat euangelistã solẽnez ad h̃ indixissent disputationem ⁊ q̃libet solicite inuestigasset auctoritates ⁊ rõnes efficaces quib⁹ suũ iohẽm p̃ferre posset: tandẽ die disputationis adueniente quilibet sanctoꝝ emulatori suo apparuit dicens. Bene cõcordes sumus in celis: de nobis nõ disputetis in terris. Tunc illi sibi adinuicem ⁊ oĩ ppl̃o visionẽ publicauerunt: ⁊ dñm benedixerũt. vel ido fuit ad tertiũ diẽ post dñi natiuitatẽ translatum: q̃ forte illa die dedicata est ei basilica: vel quia forte ea die rediit de pathmos insula vel insulatus est: fuit em̃ patriarcha ephesin⁹. ¶ Aiũt quidã ꝙ btũs iohãnes cũ post celebratã missam descẽdisset in tumulum euanuit ab oculis circũstantiũ: ⁊ cum terra ibi scaturiat de ꝓfundo addũt eũ viuere ⁊ terrã ei⁹ anhelitu scaturire. alij in celũ translatũ. Igit̃ ꝑtim ex euangelio ꝑtim ex ei⁹ tribulatione hodierna copulat̃ hystoria: in cui⁹ vltimo rũsorio. s. In medio eccl̃e. quod sumit̃ de libro sap. in quo agit̃ de spũ intellect⁹ neuma iubilatur: q̃ ꝑ spm̃ intellect⁹ fuit de ineffabili v̄bo. s. de deo vero locut⁹. Tertiuz martyriũ est opere ⁊ nõ volũtate: quale fuit martyriũ innocentũ: qd̃ sicut tertiũ locũ obtinet in dignitate ita ⁊ inter festa martyꝝ. ¶ Sed quare festuz inocentũ celebratur ante festũ stelle. i. epiphanie cũ mortui fuerint post apparitionez stelle: qñ. s. herodes vidit ꝙ illusus eẽt a magis? Rñ det̃ ꝙ herodes auditis rumorib⁹ de xp̃o nato turbatus est valde timens amittere regnũ. vñ cogitauit facere interfici oẽs pueros: ⁊ sic xp̃s nõ euaderet: sed fuit impedit⁹ tunc qm̃ augu. cesar mãdauit ei ꝙ ad eũ veniret cũ aristobolo ⁊ alexãdro filijs ipsius herodis rñsuris coraz eo. Et q̃ nõ fuit ausus nõ ire iuit. postmodum vero reuersus reuoluto anno post natale dñi fecit omẽs pueros interfici a bimatu. i. biẽnio ⁊ infra. bimatos em̃ grece dr̃ latine biẽnium. ¶ Queritur quare in festiuitate innocẽtum in missa. Gl̃ia in excelsis deo. ⁊ all̃a. ⁊ alia cantica leticie nõ cantant̃? Dicũt magistri ideo: q̃ mortui sunt ante dñi passionẽ: ⁊ sic ad inferos descenderũt. Sed pari rõne ⁊ in festo bti Jo. bap. subticeri deberẽt. Dicendũ est igitur ꝙ hoc ideo ꝯtingit: q̃ auctor officij voluit nos cõiungi in hac festiuitate aĩabus deuotarum mulieꝝ de morte innocentũ plangentiũ ⁊ dolentiũ. Unde causa tristicie eaꝝ illa dimittimus: ⁊ ideo legitur ꝓphetia Hiere. xxxi. c. de innocentib⁹. Vox in rama audita est: q̃ ad litteram de beniamitis exponitur: qui interfecti sunt ꝓpter vxorem leui quã oppresserãt: ⁊ rachel fuit mater beniamin. Vel ꝑ rachel que interpretatur ouis vel videns intelligit̃ ecclesia que plorat filios suos. s. triplices. Primi sunt martyres cõsiderans eos esse sibi subtractos ⁊ nos vult cõsolari in p̃nti: sed oẽm cõsolationem transfert in futurum quia nõ sunt. s. p̃sentes. Secũdos filios luget ecclesia: q̃ fere ad partũ veniũt in quibus patitur abortum. Tertij vero sunt qui iam renati in baptismo erant: sed ꝑ peccata retrocedũt. hos ⁊ illos luget ecclesia: quia non sunt. i. dãnati sunt. ⁊ ideo quia luget ecclesia cãtica leticie subticent̃. Potest esse ⁊ alia ratio: naz cantica leticie ꝓprie post victoriã cantari debẽt. vñ Ezech. dictum est. Dispone domui tue quia morieris: quia post victoriam habitaz non cecinit cantica leticie: sed innocentes nõ habuerũt victoriam. nõ em̃ est victoria vbi pugna non est. Media ratio melior est. Quidam tñ ꝓ all̃a cantant in missa. Laus tibi xp̃e. Alij Cantemus eia. Et dicitur epistola. Vidi supra montem syon agnum stantem. Apoca. xiiij. ca. Et euangelium. Angelus domini apparuit in somnis. Math. ij. ca. Si autem festum illud in dñica contingit nullũ canticum leticie subticetur ꝓpter gaudium resurrectionis. In octauis quoqꝫ eoruz cantica leticie cantantur: ꝓ significatiõe gaudij qd̃ accepturi sunt i octaua. i. in resurrectione: quia licet ad inferos descenderint resurgẽt tamẽ nobiscũ in gl̃a. Octaue em̃ festiuitatuz celebrãt in memoriã generalis resurrectiõis. quã significãt. ¶ Rursus q̃ hac die tristiciam repñtam⁹: in mltis ecclesijs dyaconi nõ vtunt̃

